BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
13
1 I
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13. a. 9

Digitized by Google

LVCERNA RVBRICA- RVM, ET TITVLO- RVM IN TRES POSTERIO- res libros Codicis Iuſtiniani, nouè nũc in lucem edita per licenciatum Garſiam Toletanum, quondam Iudicem, & nunc aduocatum.

DOMINO DOMINO IOANNI DE YDIA- quez, viro ad modum illuſtri, generoſo, & præſtantiſsimo Comendatario maiori Legionenſi, & Regij Conſilij Ordinum militarium Præſuli meritiſsimo, nec non Senatus Belli, & Status, egre- gio Conſiliario.



CVM PRIVILEGIO.

MATRITI.

Ex Typographia Illephonſi Martini.

Anno M, DC. XVIII.

Aprouacion.

POR *mandado de los ſeñores del Conſejo he viſto eſte libro intitulado* Lucerna Rubricarum, *en quatro tomos. El primero, ſobre los cinquenta libros del Digeſto. El ſegundo, ſobre los nueue del Codigo. El tercero, ſobre los tres del Volumen. Y el quarto, ſobre los cinco de las Decretales. Compueſto por el Licenciado Garcia Toledano: en el qual con mucha erudicion ha declarado todos los titulos y rubricas del Derecho ciuil y Canonico, concordandolas con las leyes de partida. Pareceme obra vtil, y q̃ eſcuſara de trabajo a los que tratã de eſcuelas y abogacia, por dar noticia de todos los principios de las materias a coſta de mucho tiempo, y eſtudio ſuyo: y aſsi me parece que ſiendo V.A. ſeruido le podra hazer merced de dar licencia y priuilegio para que ſe imprima.*

El Licenciado don Franciſco de Valcarcel.

Digitized by Google

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Garcia Toledano, natural de la villa de Torrecilla, de la Orden de ſan Iuan, nueſtro Alcalde mayor que fuyſteys de la Encomienda mayor de Leon, y del partido de Sigura de la Sierra, nos fue fecha relacion, que vos teniades eſcrito y cōpueſto vn libro en lēgua Latina, ſobre todas las Rubricas del derecho ciuil, en los digeſtos, y nueue libros del codigo, y los tres poſtreros del codigo, q̄ llamauā volumē, y anſi miſmo ſobre las Rubricas del derecho Canonico en las decretales q̄ ſe intitulaua Lucerna Rubricarū, & titulorū: el qual era vtil, y prouechoſo para Eſtudiātes, Oyētes, Maeſtros, Abogados, y Iuezes, y nos ſuplicaſteys os mādaſſemos dar licēcia para le imprimir, y priuilegio por veynte años, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro Cōſejo, por quāto en el dicho libro ſe hizo la diligēcia q̄ la prematica por nos ſobre ello fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula, en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien. Por la qual vos damos licencia, y facultad, para que por tiempo, y eſpacio de diez años cumplidos, primeros, ſiguientes que corran, y ſe quenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante vos o la perſona que para ello nueſtro poder huuiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion, y por la preſente damos licēcia, y facultad, a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos, que nombraredes, para que durante el dicho tiempo lo pueda imprimir por el original que en el nueſtro Cōſejo ſe vio q̄ va Rubricado y firmado al fin de Antonio de Olmedo nr̄o eſcriuano de Camara, y vno de los que en el nueſtro Conſejo reſiden, con que antes que ſe venda, le traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para q̄ ſe vea ſi la dicha impreſſiō eſtâ conforme a el, o traygays fê en publica forma, como por corretor por nos nombrado, ſe vio y corregio la dicha impreſſion, por el dicho original, y mandamos al impreſſor que anſi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro, con el original, al autor, y perſona a cuyo cargo le imprimiere, ni otra alguna, para efeto de la dicha correcion, y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſtê corregido, y taſſado, por los del nueſtro Cōſejo, y eſtādo ya hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual inmediatamēte ponga eſta nueſtra licencia, y la aprouacion, taſſa y erratas, ni lo podays vender, ni vendays, vos ni otra perſona alguna, haſta que eſtē el dicho libro en la forma ſuſodicha, ſo pena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nueſtros Reynos, q̄ ſobre ello diſponē, y mandamos que durante el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licēcia, no le pueda imprimir ni vēder, ſo pena que el que lo imprimiere y vēdiere, aya perdido y pierda qualeſquier libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, de la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez q̄ lo ſentenciare y la otra para el que lo denunciare: y mandamos â los del nueſtro Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y Corte e Chancillerias, y otras qualeſquiera juſticias de todas las ciudades, villas, y lugares, de eſtos nueſtros Reynos, y ſeñorios, y a cada vno en ſu juriſdiciō anſi a los que agora ſon como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guardē cūplan eſta nueſtra cedula, y merced que anſi vos hazemos, y contra ella no vayā ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Fecha en ſan Lorenço el Real, a treze dias del mes de Agoſto, de mil y ſeyſcientos y onze años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor:

Iorge de Touar.

Digitized by Google

TASSA.

YO Hernando de Vallejo, eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en ſu Conſejo, doy fè, que auiendoſe viſto por los ſeñores del, vn libro que cō ſu licencia fue impreſſo, que ſe intitula, las Rubricas del derecho ciuil, ſe taſſò a quatro marauedis cada pliego, el qual tiene ciēto y treze pliegos, ſin el principio que al dicho precio ſumà, y monta en papel quatro cientos y cinquenta y dos marauedis, y mandaron que al dicho precio ſe pueda vender, y venda, y no a mas, y que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada volumen del dicho libro, para que ſe ſepa, y entiēda lo que por el ſe ha de pedir, y lleuar, como conſta, y parece por el auto y decreto ſobre ello dado, que eſtà y queda en mi poder, a que me refiero, y dè mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, y pedimiento de la parte del Licenciado Garcia Toledano, natural de la villa de Torrecilla a quiē ſe le dio la dicha licencia, para imprimirle, di eſta fè. En la villa de Madrid, a primero de Agoſto de mil y ſeyſcientos y treze años.

Hernando de Vallejo.

Fè de las erratas.

Librum hunc libri decimi Codicis Iuſtiniani repetitæ prælectionis vidi, & cum ſuo archetypo contuli, quod ſacræ Cæſariæ Maieſtatis Senatus approbauit, & eorumquè typis excuſi ſunt exemplar eſſe voluit, omniaq; in eo ſunt adeò verè & fideliter impreſſa, vt nihil notatu dignum in eo inuenerim, quod non correſpondeat ſuo exemplari. Datum Matriti die octaua menſis Iulij, anni 1613.

Licenciatus Franciſcus
Murcia de la Llana.

DOMINO

DOMINO DOMINO IOANNI DEYdiaquez, viro admodũ illuſtri, generoſo, & præſtãtiſsimo Comendatario maiori Legionenſi, & Regij conſilij ordinum militarium præſuli meritiſsimo, nec non ſenatus belli, & ſtatus egregio conſiliario, Garſias Tolenatanus in iure Cæſareo Licenciatus Salmantinus ſalutem plurimam dicit, & exoptat.

QVanquam vetuſtiſsima conſuetudine multis, iam ſeculis obſeruata omniumq; politicarum gentium moribus Recepta (digniſsime preſul,) ſemper licuerit literarum profeſſoribus, lucubrationes ſuas, etiam de humilioribus, argumentis magnis viris conſecrare, non potui tamen non valde timere preſentem libellum veſtræ dominationis nomini dicare, occurrebat enim mihi quãtus ſplendor, quantaq́, eius ſit magnitudo cui recte nihilo ferri dicariue poſsit, niſi vndiq́; expolitum, hac omnibus numeris perfectum, & abſolutum. Agnoſcebam etiam quanta, & quam egregia in ſcriptore neceſſaria ſit eruditio, quamq́; non vulgaris autoritas, nec timorem pelebat vbiq;. ſcribentium audatia, cogitabam enim plurimos ſcriptores eum ludum expertos fuiſſe, & magno ſuo diſpendio, qui cum docti haberi, aliiſq; excællere putarẽtur, vix pro ſanis habiti ſunt, potero tamen bona fide aſſerere traxiſſe me adhoc opoſculum ſcribendũ, & diuulgandum: tum, quodam hõneſtum votum & deſiderium communicandi iuris ſtudioſis cognitionem, & qualem qualem lucem titulorum, ac Rubricarum trium poſteriorum librorum Codicis, (quod vulgo volumen nuncupatur) quæ nõn omnibus notæ vel claræ, ſed obſcuræ ad modum & tenebroſæ ſunt: tùm etiam quod licèt in omni tractatu ciuili tot tãtaq́; commentaria extent, & tam noſtræ Hiſpaniæ quam exterarum nationum ſcriptores innumeros libros ediderint, nemó tamen adhuc eorum (ſaltim quos mihi videre contingit) ſimilem huic tractatum ſcripſit aut diuulgauit, vt ſuperuacuus labor noſter videri queat, nec me latut ſummam eſſe huius operis difficultatem, ea enim animum meum deterrebat, atq; in ipſo ignaua ſuccumbere faciebat, inculta etenim eſt materia & ab interpretibus & hiſtoriographis non exacte cognita, verum enim verò cum mente mea perpenderem & cogitarem opus hoc non niſi ſub veſtræ dominationis præſidio & protectione in publicum mitti poſſe animo excitato id audacter ſcripſi & in publicum prodire permiſsi. Recipiat igitur

veſtra dominatio munuſculum hoc & ſub nomine ſuo & præſidio a morſibus calumnantium defendat, & proprijs erroribus & defectibus parcat, nec dubito quin ſi hoſce labores tutandos & fauendos ſuſcipiat (qui me in iuuentute ſeneſcere fecerunt) à cunctis literarum ac ſcientiæ iuris profeſſoribus æquo hilariq; animo eſſe admittendos valle, præclariſsime preſul, & viuat veſtra dominatio, & Deus optimus maximus ei ſemper adſit, eáq; ab omni malo incolumem redat, atq; in longos ſoſpitet annos, & ad maximum rerum faſtigium ac culmen dignitatum excitet, & perducat & poſt longæuam ætatem ad patriam paradiſsi perferat.

AD LEG.

Digitized by Google

SEmper ab eo tempore, quo prima iuris elementa imbibere cœpi (ſtudioſiſsimi lectores) conſideraui, quænam fuiſſet ſcriptorum, ac profeſſorum iuris obliuio, vt de exponendis & interpretandis Rubricis, & inſcriptionibus trium poſteriorum librorum Codicis, nullatenus curarint, nec libellum ſpecialem conſcripſerint; præſertim Cuiacius & Vveſembechius, viri quidem doctiſsimi & omni eruditione pleni, qui hac de re in Pandectis & Codice, & Anaſtaſius Germonius in Decretalibus, paratitlas ediderunt; & idem Cuia. in præfatione paratitlæ Codicis id opus conſcribendum promiſsit, nec hactenus quod ego viderim, in lucem protulit; potiſsimum cum ipſe autor, & omnes alij iuris interpretes, innumeros libros fortè non tantæ auctotitatis ac eruditionis diuulgarint. Protinus tamen communis illa cauſa mihi occurrit, quæ non ſolũ hanc (de qua agimus) materiã, ſed multa alia, ſcitu digniſsima, æternæ obliuioni tradita & ſepulta tenet, ea eſt auerſio noſtrorum ingeniorum res curioſas & veteres tractandi. Sed & cum rem totam altius animo meo perpenderem, iſtius operis difficultatem perſpexi; quæ, nimirum, ſi omnes præfatos auctores, & me primum omnium minimum de tenuerit, animumq́; in aggreſſu deficere fecerit; verùm enim verò poſt deinde ſpe nimia & certa fretus, cogitati, ita vos (candidi lectores) circa libellum meum beneuolos & gratos futuros, cumq́; hilari ſpontaneaq́; voluntate à vobis ſuſcipiendũ & admittẽdum eſſe, tametſi multis defectibus & erroribus abundet, & contra ingeniorum veſtrorum defectum, aliquid contineat, vt plurimi faciatis magnique, extinctis, honeſtum quoddam deſiderium, quod habeo, patefaciendi & explicandi iuris prudentiæ ſtudioſis aliqua, quæ non omnibus nota ſunt, in tenebroſis & incultis trium poſteriorum librorum Codicis Rubricis; ad quarum difficultates extirpandas, opuſculum hoc ſaltem vt lucernam intenebris aliquantulum profecturum ſpero. Idq́; animum meum excitauit, vt terrore oblito ac timore de pulſo illud conſcribere, & in publicum edere audeam. Nec me latet maledicorum quorumdam hominum deprauata conditio, qui inuidia, vel alio ſimili vitio combuſti, nomina eorum; qui in librorũ editione florent, mordere ac funditus & extirpare conantur, quod ipſum docet experimentum, atq́; exemplis multis ſuadet vetuſtas. Nam in dialogis ſuis diuinus ille Plató de non recto ordine obiurgatur; Ariſtotiles obſcuritatis notatur, & in multis à Galeno reprehẽditur; Virgilius à nõnullis ingenio imbecillus, ab alijs Homerici laboris compillator habetur; Homerum aliquando dormitaſſe Horatius teſtatur, Demoſthenes Marco Tullio non in omnibus placuit; Trogus Pompeius Titi Libij cõciones fictionis arguit; nõ deſunt qui Plinium turbido flumini aſsimillent, quippe qui multa guſtauit, pauca tamen digeſsit. Senecam calcẽ ſine arena; Marcum Varronem literarum porcum appellent; diuus Hieronymus in Epiſtolis magni Aurelij Auguſtini non nihil notat; alij Acurſio iudicium inique detrahunt; Bartoli

diſ-

diſtinctionem intricatam longitudinem, Alberici breuitatem, Baldi incõſtantiam, Alexãdri perplexam methodum, vtriuſq; Raphaelis nimiam ſubtilitatem culpant, & (vt vno verbo concludam) ne ipſi quidem Iuriſconſulti huius notæ immunes fuerunt. Si igitur his priſcis viris ſapientiſsimis & æterna fama clariſsimis inuidia non pepercit, quanto vehementius hac noſtra tempeſtate vigebit? Cum itaq; maior pars mortalium huiuſmodi vitio ſit plena, nouum non erit ſi aduerſus libellum meum & auctorem eius maledici & detractores inſurgant & canino dente, vt reliqua diſcerpere inten dant. Hi enim (vt diuus Hieronymus ait) mimicis calumnijs publicè impetunt, quod priuatim libenter legunt, & quod tẽtare non audent, aſſequi autem deſperant, liuidis morſibus dilacerare non ceſſant. A quibus lectores gratos ac beneuolos libenter obſecro, vt libellum meum eiuſq; defectus & errores pro viribus defendant; animauertentes, quod nulli mortalium inuida fortuna ita proſperè flauit aut affluenter indulſit, vt ab eiusopinione nul lus diſſenſerit. Quod ſi fecerint, & opuſculum hoc beneuolè exceperint; libenter policeor, vt alij ſimiles tractatus de rubricarum, Digeſtorum, Codicis, & iuris Canonici expoſitione agentes, qui apud me manent, prope diem in publicum proferentur. Accipite nunc (ſtudioſi lectores) munuſculum hoc fructuoſum, ex quo Rubricarum & aliquot legum difficiles ſenſus veriſsime enucleatos percipietis, earumq; nodos ligatos ſoluetis, lapſus quorundam ſcribentium emendabitis, ac deniq; plurima ſcholaſticæ & forenſi vtilitati coniunctiſsima vobis occurrẽt; quæ fortaſis decies repetita placebunt. Valete, & viuite, voſq; Deus optimus maximus ab omni malo ſemper incolumes ſeruet.

Digitized by Google

CODICIS IVSTINIANI REPETITAE PRAELECTIONIS.

LIBER DECIMVS.

TITVLVS PRIMVS.
De iure fiſci.

SVMMARIVM.

1 DISPOSItio ordinis dicendorũ.
2 Quid ſit fiſcus, remiſſiuè: quidque, verbum confiſcare ſignificet:
3 Quibus bonis conſtet fiſcus.
4 Duplex Imperatoris, ſeu Principis patrimonium fiſcale, & priuatum, & num. 5.
6 Fiſci etymologia vnde deriuetur, remiſſiuè.
7 In quibus ius fiſci conſiſtat, quaque ſint iura fiſcalia.
8 Quid doceat hic titulus, & qua ſit eius intentio, & ſumma, & num. 9.
10 Differentiæ inter hunc titulum, & titulum. C. de priuilegio fiſci.
11 Rubricæ expoſitio.
12 An fiſcus, & reſpublica differant? remiſſiuè.

A OMISSA

C. Liber decimus de iure fiſci.

OMISSA Con-
tinuatione huius
tituli, & libri ad
præcedentes, in
qua nimis inſi-
ſtunt, & vexan-
tur Azo, Acurſij, Bart. Bald. Lu-
cas de Pena, Ioan. de Platea, Valen
çuela Piſcator eruditiſsimus, quō-
dā Salmāticæ Præceptor meus, &
alij interpretes, hic (non enim de
rubricarū, & titulorū cōrinuatio-
ne, in hoc opuſculo diſceptamus,
1 vt alibi dixi.) Pro huius rubricę, &
tituli cognitione tria, nunc nobis
inueſtigāda ſunt, quàm primum
quid ſit fiſcus, quidque fiſci appel-
larione comprehendatur: deinde,
& ſecundò, vnde dicatur fiſcus, &
quæ ſit eius vera etymologia: ter-
tiò, & vltimò, in quibus ius ipſius
fiſci cōſiſtat, & quæ ſint fiſcalia iu-
ra, de quibus is ritulus agit, vt ſic
deueniamus ad cognoſcendū præ
cipuum eius finem, & intentum,
nam hic ordo in effectu ſeruatur
2 ab Acurſio hic. Ad primum acce
dentes, quid ſit fiſcus, explicuimus
in rubr. ff. eo. nu. 1. & 2. à fiſco autē
verbū, confiſcare, deſcendit, quod
quidem ſignificat redigere, aliqua
bona in ius publicū ærarij ſeu fiſ-
ci, ita quod ad eundem fiſcū Prin-
cipis, quidquam deferatur, vt ei-
dē aggregetur, vnde confiſcari eſt
inducere pecunias in fiſcos, id eſt,
ſportulas, ſic appellatos, quia fiſci
ſportea erant vtenſilia pro capien-
dis pecunijs maiorijs ſummæ, vt
rectè explicat Piſcator hic nu. 23.
3 & 24. Bona autem quibus fiſcus
cōſtare dicitur hæc ſunt, redditus
ordinarij Imperatoris, Regis, ſeu
Principis, vtputa portoria, indi-
ctiones octaua, ſeu vigeſima, de
qua loquitur text. in l. filius fami-
lias 117. §. diui, el 2. ff. de leg. 2. bo-
na vacantia, vt in tit. C. de bonis va
cantibus, infr. hoc lib. 10. bona con
trahentium inceſtas nuptias col-
lectæ pœnæ maleficiorum, ſeu
mulctæ, quæ pro criminibus à iu-
re, vel iudice imponuntur. l. 1. ff.
hoc tit. l. mulctarum. 5. C. de mo-
do mulctarum, & ea quæ aliqui-
bus vt indignis auferuntur. l. Pa-
pinianus. §. meminiſſe. ff. de inoſ-
ficioſo teſtament. l. hæreditas. C.
de his quibus vt indignis. Fiſcus
enim ſacus eſt, qui imburſat bo-
na malè, & turpiter alijs quæſita,
in l. in hæredem autem. ff. de calū-
niatoribus, docet Piſcator, hic nu.
20. qui quidem num. 21. diſputat
an inter fiſcum, & ærarium diſcri-
men aliquod ſit, & tandem poſt-
quam hæc inter ſe, quodammodo
differre oſtendit, inquit, quod fiſ-
cus, & ærarium paſsim confundū
tur, & vnum pro altero ſumi-
tur ex Eginario varone in rubr. ff.
4 de offic. Procuratoris Cæſar. Por-
rò quamuis fiſcus his, & alijs ſimi-
libus bonis conſtet, non tamē cō-
ſtare dicitur proprio patrimonio,
& priuato ipſius Principis, Regis,
ſeu Imperatoris, vt ſenſit Acur-
ſius, hic vno verbo, ibi: Non dico
patri-

Digitized by Google

patrimonij Imperatoris, ad cuius doctrinæ intelligētiam ſciendum eſt, quod Rex, Imperator, vel alius Princeps duplex patrimoniū habet, nempè fiſcale, & priuatum: fiſcale dicitur illud, quod præfatis bonis conſtat: priuatum eſt priuata ſubſtantia, quam aliquo titulo non vt Rex, vel Imperator, ſed tāquam priuatus acquiſiuit ante Imperium, ſeu Regnum adeptū, vel etiā poſt, veluti ſi titulo legati, emptionis, donationis, vel ſimili fundum, domū, vel res alias habuit, quæ quidem res Dominicæ, & bona diuinæ domus nō ſemel appellantur. l. bene Azenone. C. de quadriennij præſcrip. l. Dominicis, C. vbi cauſæ fiſcales. l. fin. infr. de fundis priuatis, lib. 11. vt diximus in tit. C. de officio Comitis rerū priuã. & in tit. ff. de officio procurat. Cæſar, nec nō in tit. infr. de fundis patrimon. lib. 11. quo fit, vt hoc patrimonium Principis priuatū non computetur in fiſco, nec patrimonij fiſcalis appellatione cōtinetur, & ſic Rex, ſeu Princeps, & eius camera dupliciter cōſiderari poteſt vno modo, prout eſt Rex, ſeu Imperator, & tunc idem eſt dicere cameram fiſci, & cameram Imperatoris, ſeu Regis, conſtat enim bonis proprie fiſcalibus, iuxta l. 2. §. interdictum, verſ. Res enim. ff. ne quid in loco publico. Alio & ſecūdo modo, prout eſt priuatus, & tunc differt camera Imperij, ſeu fiſci à camera priuata ipſius Imperatoris, vel Regis ſecundum præfatam patrimoniorum diuiſionē, prout colligitur ex Bart. hic num. 17. & in hoc ſenſu accipiēdus eſt Acurſius, hic in verbis ſupra relatis. Nec huic diſtinctioni obeſt text. in l. 9. infr. hoc tit. quæ loquitur de patrimonio priuato ipſius Imperatoris, & tamē ponitur ſub illo tit. de iure fiſci: vnde videbatur fiſci appellatione cōtineri, quoquè res priuatas Regis, ſeu Imperatoris. Reſpondetur enim, quod ideò ſitus eſt ſub hoc tit. text. ille, quia vtrumque patrimonium fiſcale, & priuatum Regis, eiſdem gaudet iuribus, & priuilegijs (vt ſtatim dicemus:) propriè tamē res priuatæ non ſunt fiſcales, nec fiſci appellatione cōtinētur. Ad quod non aduertit Piſcator, hic nu. 19. ibi, vt tamen interim, verſ. quinimo, nec in dict. l. 9. Idque veriſsimum exiſtimamus, quidquid cōtra putet Cuia. hic, qui ait fiſci appellatione comprehēdi, etiam pri-
5 uatū Principis patrimoniū. Quāquam autem inter vtrumque Regis, ſeu Imperatoris patrimonium prædicta eſſentialis detur differentia: tamen quod attinet ad iura, & priuilegia ſpecialia, omnino exequantur, & pari paſſu ambulant, eiſdemq; gaudent priuilegis bona priuata, quibus potiūtur fiſcalia, l. fiſcus, cūm in priuati ius. ff. hoc tit. de quo tamen articulo legēdus eſt

Piſcator hic nu.34. cum ſequent.
6 Et hacten' de primo promiſſo. Ad ſecundum, vnde fiſci etymologia deriuetur, explicui in rubr. ff. hoc
7 tit.nu.5. Ad tertium deuenientes, videlicèt in quibus ius fiſci conſiſtat, & quæ ſint iura fiſcalia, animaduertẽdum eſt, quod ius ſumitur in varia ſignificatione.l.penul. ff.de iuſt.& iure, & cõſtat ex Briſſonio, & Prateio de verbis iuris, verb.ius, & diximus in rubr. ff. de iuſt. & iure: ſed in hoc rubro, & tit.ius accipitur pro actione, vtilitate, commodo, vel quouis alio remedio ipſi fiſco competente, ſiue hæc conſiſtãt in aliquo ſpeciali priuilegio, ſiue in iure cõmuni, & ita etiam capitur in tit.ff.eod. Sunt autem plurima huiuſcèmodi iura fiſcalia, quorum aliquot refert.l.1.ff. eod. & docet Bart.& Lucas de Pẽna, hic. Bald.in l.1.in fin C.de hæred.vel actio.vend. Piſcator in l.5.
8 nu.1.infr.eo. Et de quibuſdam agitur in hoc lib.10.Codicis, & ſpecialiter in hoc tit.de iure fiſci, qui quidem docet, quòd ſi quis donauit alicui ſua bona, & poſtea ex aliqua cauſa fiſco obligetur, non poterit donatarius cõueniri à fiſco, dummodo abſit fraus contra fiſcum, in præfata donatione.l.1.inf.eo. quæ continet in hoc ius cõmune. Rurſus, vt calculatio, & computatio facta à tabularijs, ſeu calculatoribus vulgo, *Contadores*, nequeat executioni mandari, nec authoritatem habeat rei iudicatæ; niſi ſententia procuratoris Cæſaris fuerit comprobata.l.2.infr.eo. Quę quidẽ lex partim conſtituit ius ſingulare fiſci, quatenus mentionem facit de tabularijs, qui certi erant officiales fiſci, & de procuratore Cæſaris: partim verò ius cõmune: nã eius diſpoſitio, etiam locum habet in alijs calculatoribus, & officialibus, tametſi fiſcales non ſint, vt ſenſit Acurſius, ſic intelligendus in hic. & in d.l.2.ad finẽ, dicens: in ea lege contineri ius commune: & rectè aduertit ibi Bart.nu.9. Rebuf. 3.Piſcator.7. & eſt hodie l.24. tit. 21.lib.4.nouæ Recop. ***Que eſtà en el quaderno de las leyes añadidas à la nueua Recopilacion.*** Item, quãdo Imperator aliquam terram, vel prouinciam hoſtilem capiebat, inde extrahebat homines illius terrę fortes, & armigeros, eoſq; in alia loca transferebat, & omnia eorũ prædia, quæ in illo loco habebant, publicabantur, aliaq; prædia mẽſurata alibi eis aſsignabãtur: appellabantur autem huiuſmodi homĩnes extracti, metrohici, vt volluit Acurſius in l.4. infr. eod. vel metæci, id eſt, noui habitatores, vti exponunt ibidem Alciat.& Cuia. Conſtituit igitur Imperator, in d. l.4. licere iſtis metæcis, antequam ex propria ciuitate egrediãtur, vt vẽdere poſsint, aut quouis alio titulo diſtrahere prædia, quæ in illa ciuitate habẽt, à qua iuſſu Principis tranſ-

Digitized by Google

transferuntur in aliam, ſi tamen nō diſtraxerint, fiſco applicāda eſſe, niſi aliud Principis reſcripto cautum ſit, non tamen hanc publicationem impedire, ipſos metacos in parentum, ſeu filiorum hæredi tatibus ſuccedere, vt in d. l. 4. quæ
9 ius ſpeciale conſtituit. Et hæc ſufficiant exempla pro colligenda, & percipienda iſtius tituli ſumma, & intētione, quæ nihil aliud eſt, quā agere de iuribus, aliquot fiſcalibus: quorum quædam in iure cōmuni conſiſtunt: alia in iure ſingulari, vt ex modò relatis exemplis, & ex legibus huius tituli intellige
10 re fas eſt. Ex quibus etiā, & ſupradictis elicitur. Primò duplex differentia inter hunc titulum, & titulū C. de priuilegio fiſci. Altera eſt, quòd titulus ille loquitur de iuribus fiſcalibus, quæ in priuilegio ſpeciali, & iure ſingulari tantum verſantur: at is titulus agit de iuribus fiſci, quę tam in iure ſingulari, quàm in iure communi conſiſtūt, vt ſupra expoſitū eſt, & docet Accurſ. hic. Altera eſt, quod hic titulus generalis eſt, quoad omnes titulos ſequentes ferè huius lib. 10. ad eoſque pertinet rubrica noſtra; at verò titulus ille, dumtaxat, ſpectat ad illū de priuilegio fiſci inſcriptum, & non ad ſequentes, vti rectè etiam obſeruat Accurſius hic.
11 Secundò colligitur plana ad præſentem rubricam expoſitio, & interpretatio, ita cōcepta de iure fiſci, id eſt, tit. 1. lib. 10. Codicis, qui agit, & diſſerit de iure fiſci, hoc eſt de actione, vtilitate, commodo, vel quouis auxilio ipſi fiſco, id eſt patrimonio fiſcali Principis competente, ſiue hæc cōſiſtant in iure cōmuni, ſiue in iure ſingulari, & pri-
12 uilegio ſpeciali ipſius fiſci. An autem differant fiſcus, & reſpublica dicemus in tit. infr. de iure reipublicæ, lib. 11. Et videndus eſt Bobad. in poli. verb. fiſco, in reportorio.

Titulus II.

De conueniendis fiſci debitoribus.

SVMMARIVM.

1 *RVBRICAE verbā diuiduntur.*
2 *Conuenire verbū, quid ſignificet.*
3 *Fiſcus, quid ſit, remiſsiuè.*
4 *Debitores, qui dicantur.*
5 *Quid in ſumma decidatur hoc titulo.*
6 *Iſtius tituli intentum, & finis, & rubri expoſitio.*
7 *De procuratore fiſci, & procuratore Cæſaris paululū tractatur.*
8 *Differentia inter hunc titulū, & primū inferiorem, remiſsiue.*

1 TRIA ſunt huius rubricæ, verba. Primum, ibi: conueniendis: aliud, ibi:

fiſci:tertium,debitoribus, quæ ſi-
gillatim exponere conſentaneum
2 eſt. Et circa verbum cõueniri,ſciẽ-
dum eſt plura,variaque in iure ſor
tiri ſignificata, vt notãt ſcriptores
in l.1.ff. de pact. Briſoni. Prateius,
Berucius, & Octomanus, de ver-
bor.ſignifi.verb. conuenire. Cæte
rum in huius tituli tractatu conue
nire,idem eſt, quod in ius vocare,
vt patet ex l. 1. 2. & alijs infr. eod.
In qua ſignificatione, etiam capi-
tur in tit.infr. quo quiſque ordine
conueniatur lib. 11. circa ſecundũ
3 verbũ.ibi: Fiſci videnda ſunt,quæ
ſcripſimus in tit. i. ſuperiori, & in
tit.ff.de iure fiſci,quibus in locis ſa
tis loculẽter expreſsimus, quid ſit
fiſcus,quibus bonis cõſtet, & vn-
dè fiſci appellatio, & etymologia
4 diſcenda. Circa tertium, ibi: de-
bitoribus,intellige, quod debito-
res propriè appellantur, hi à qui-
bus inuitis pecunia exigi poteſt,l.
108. ff. de verborum ſignificatio.
l.18.§.fide iuſſor. ff. de fideiuſſor.
Item illi, qui ex quacumque cau-
ſa,ſiue ex contractu, ſiue ex deli-
cto, obnoxi ſunt, & obligati,l.14.
cum l.ſequent.ff.de priuilegijs cre
dito. & quibus nulla competit ex-
ceptio, ſeu defenſio.l. debitor. vbi
Acurſius. ff. de verborum ſignifi-
catione.De his igitur debitoribus,
qui ex quauis cauſa ciuili, vel cri-
minali fiſco aliquid ſoluere de-
5 bent, loquitur titulus iſte.Quo ca-
uetur,& deciditur, quod ſi aliqui
geſſerunt adminiſtrationem pu-
blicam ipſius fiſci, pro quibus alij
indemnitatem promiſerunt fide-
iubẽdo, apud fiſcum creditorem.
prius exigendi, conueniendique
ſunt à fiſco principales, illi admi-
niſtratores.& debitores, quàm fi-
deiuſſores indemnitatis, etiam ſi
tales fideiuſſores rem aliquã eme-
rint ex bonis principalis debito-
ris,l.1.infr.eod. Item,ſi debitor tri
buti fiſcalis,habeat apocham ſolu-
tionis ipſius tributi à ſuſceptori-
bus, ſeu numerarijs factã,non ve-
rò ab altero ex tabularijs ſubnota
tam,& ſubſcriptam, nõ liberatur,
ſed tamen prius conueniet fiſcus,
exactorem publicum tributorum
fiſci officialem (qui quidem tene-
batur dare apocham iſtam ſolutio
nis à tabulario ſubnotatã, & ſubſ-
criptam)& eo prius excuſſo, & mi
nus idoneo reperto poterit conue
nire ipſum principalẽ debitorẽ tri
butorũ l.2.infr.eod. Decidũtur, &
alia hoc titulo, ſed ſat ſit,hæc duo
exẽpla retuliſſe, pro eius breui in-
6 tẽtione, ac ſũma intelligẽda. Hoc
etenim eſt eius intentum, & hic
finis,nempè docere formam,ordi-
nem,& ſtylum,quo fiſcus debito-
res ſuos poſsit conuenire, & in ius
vocare, ex quibus colligitur, hoc
plana,nitidaque expoſitio ad præ-
ſens rubrum, de conueniendis fiſ-
ci debitoribus, id eſt titulus 2.qui
agit de conueniendis fiſci debito-
ribus, hoc eſt,oſtendit, & definit
ordinem,

Digitized by Google

ordinem,formam, & ſtylum, qui quæuè ſeruari debet à fiſco, qui vult ſuos debitores in iudicio conuenire, an videlicèt priùs cõueniatur debitor principalis,quã eius fideiuſſor indemnitatis, vt in d.l.1. & an priùs excutiatur exactor tributorũ fiſci,quàm debitor principalis, vel nominator, aut collega exactoris, vt in d.l.2. & 3.inſt.eod.
7 &c.Illud autẽ obliuiſcendũ nõ eſt, quod procurator fiſci habet facultatem conueniendi debitores fiſcales fiſci nomine: ipſi enim hoc officium iniunctũ eſt,idq; facere debet corã procuratore Cæſaris, qui quidem vnà cum Præſide prouinciæ ſaltim iure Codicis iudex cõpetens eſt.l.3.ibi: Rationalis,infra eod.l.1.3.& 4.infr.tit.1.& diximus fuſiuè in tit.C.vbi cauſę fiſcales,& C.ſi aduerſus fiſcum,& ff.de offic. procur. Cæſaris: vbi etiã oſtendimus, qui nam iudices de iure Regio de his cauſis hodie cognoſcãt, & in locũ procuratoris Cæſaris,& procuratoris fiſci ſucceſſerint,& faciũt tit.7.lib.9.Recop. quo quidem præſcribitur ordo in litibus, quæ ſuper redditibus Regijs mouẽtur, & in alijs Regijs cõſtitutionibus in
8 tit.proximo ſequenti à nobis citãdis, vbi etiã docebitur differentia, quæ inter hũc, & illũ tit. verſatur, legẽda etiã ſunt, quæ ſcripſim⁹ in rubr.infr.de capiẽdis, & diſtrahẽdis pignoribus tributorũ cauſa,ad huius tit. perſpicatiorẽ intellectũ.

Titulus III.

De fide, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus.

SVMMARIVM.

1 *DVplex rubricæ inſcriptio.*
2 *Rubricæ diuiſio.*
3 *Haſta fiſcalis, quid ſit, & ſubhaſtatio.*
4 *De qua ſubhaſtatione loquatur is titulus.*
5 *Prior rubri pars exponitur.*
6 *Solemnitas vnde dicta.*
7 *Adiectio quid.*
8 *In quo differant, licitatio, adiectio, & addictio.*
9 *Huius tituli, qualis ſumma, mẽs, atque intentio.*
10 *Rubrij explanatio.*
11 *Differentia inter hunc titulum, & primũ ſuperiorem, nec non titulum. C. ſi propter publicas penſitationes.*
12 *Iura Regia ad propoſitum allegantur.*

1 DVplici modo, hæc rubrica inſcribi ſolet. Primò, de fide & inſtrumentorũ, & iure haſtæ fiſcalis, & de addictionibus: verũ diſplicet inſcriptio iſta ex eo, quòd non re-

ctè legibus huius tituli conuenit, nec bene eis adaptatur, nec in Codice Theodoſiano ita inſcribitur. Debet enim deti ahi illa particula, inſtrumentorum, nec additionibus, dicendũ eſt, ſed potiùs, adiectionibus. Secundo modo inſcribitur de fide, & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionib⁹, vti rectè obſeruãt plures Codices, & docẽt hìc Accurſ. pluresq; alij ſcriptores, & ita
2 habet meus Codex. Quo explicito, rubrica hæc, hoc ſecũdo modo inſcripta, duas habet partes. Prior eſt illa de fide, & iure haſtę fiſcalis: poſterior illa, & de adiectionibus, de quibus ſingulis exponendis diſſeramus: & pro primæ explicatione ſciẽdũ eſt, quod veteres ea, quæ publicè venundabant haſtæ ſubij-
3 ciebãt, vt ſcribit Feſtus lib. 8. & Cicero, ſecũdo officiorũ, ibi: haſtã in foro ponere, & bona ciuium voci ſubijcere præconis, & probat. l. vltima. C. ſi proper publicas pẽſita. ibi: ſubhaſta diſtracta, indeq; ſubhaſtatę res appellãtur, quæ ſubhaſta venales proponuntur. l. 3. C. de executione rei iudi. Inde etiã ſubhaſtatio dicitur. l. 16. C. de reſcind. vendi. ſermone Hiſpano, ***almoneda***, l. 32. l. 33. tit. 26. p. 3. Quæ autẽ ſubhaſta vendebantur res præconibus, proclamãtibuſq; veniebant eis, qui ad haſtam ſtitiſſent, & pretia nũtiaſſent; vt ex Horatio docet lexiconiuris, verb. haſtarũ. Porrò ſubhaſta dicitur res vendi, id eſt, ſub rectitudine (vt inquit Bal. hìc) haſta enim recta eſt, indeq; metaphora ſumpta ſubhaſtatio deriua-
4 tur. Sanè hubhaſtatio in multis caſibus neceſſaria eſt, nẽpè, in diſtractione rerũ fiſcaliũ, minorum, Eccleſiæ, reipublicæ, & cuiuslibet priuati cõdẽnati pro rei iudicatæ executione, iuxta text. in l. à diuo Pio, §. in vẽditione. ff. de reiud. cũ ſimilib. l. 6. tit. 8. l. fin. tit. 27. l. 52. tit. 5. p. 5. In hoc tamen titulo, dũtaxat agitur de publica ſubhaſtatione, non quidẽ volũtaria, ſed de neceſſaria, quæ ad petitionẽ fiſci, aut eius procuratoris, & pro debito ſibi exoluendo, in diſtractione bonorũ ſuorũ debitorũ, ſolẽmiter fit, vt patet ex l. i. l. 2. & cũctis alijs, inf. eo. & ex hac priori rubri parte, ibi: haſtæ fiſ-
5 calis. Quæ tota hoc modo exponẽda eſt de fide, & iure haſtæ fiſcalis, id eſt de vi, effectu, & ſolemnitate, ſubhaſtationis fiſcalis: de vi, & effectu (in quam) quia regulariter venditio, quæ in huiuſmodi ſubhaſtatione celebratur, inuiolabilis, & irretractabilis eſt. l. ſi hypothecas. C. de remiſsione pig. eique tantũ ius, ac talis effect⁹ cõceditur per leges, vt nec auctoritate reſcripti Principis, nec priuilegio minoris ætatis reſcindi poſsit venditio, ſemel ſubhac publica fiſcali ſubhaſtatione ſoléniter facta. l. 5. inf. eo. At ſolẽnitate, dixi. Celebrantur etenim huiuſcemodi ſubhaſtationes bonorum debitorũ fiſci, plurimis concurrentibus

tibus ſolénitatibus, de quibus latè tractant,gloſ.in l.1.verb. omni ordine,infr.eo.vbi omnes potiſsimū Piſcator,ex nu.3.cū ſeq. qui quidē nuncupatim plures refert, citatq; leges Regias, quæ hodie in praxi verſantur,in eiuſmodi ſubhaſtationibus fiſcalibus,& in l.5. nu.5. nec nō in d.l.1.nu. 60. vbi docet, quis nam habeat facultatē vendēdi res
6 fiſcales,vel res debitorū fiſci.Et dicitur ſolénitas, eo quod fieri ſolet, l.cū plures.§.ſolénia, & l. ſequent. ff.de adminiſt.tutor. docet Lucas de Penna,in l.3.inf.eod.nu. 2. Nec loquitur is titulus de venditione, quam facit fiſcus alienæ rei veluti ſuæ, ſed text. in l. bene à Zenone, C.de quadriēnij præſcrip. & text. in §.ædicto diui Marci,inſtitut.de
7 vſucapion.Et hæc de prima parte rubricæ, nunc de ſecūda dicendū, ibi: Et de adiectionib⁹, adiectionē malunt aliqui appellare addictionem,quaſi velint hæc duo, idē eſſe,eundemque ſignificatum habere,ſed eos non immerito reprehendit Laurent. Valla,lib. 5.elegan. c. 28.diuerſa enim res eſt addictio,nā que eſt adiudicatio rei venalis facta emptori, qui meliorem attulerit conditionem, vt notum eſt ex rubr.& tit.ff. de in diem addictione,vbi diximus, & docet nouiſsi-
5 me Parlador.lib.2. rerum quotid. c.fin.4.p.§.13.nu.1. Idque veriſsimum eſt, quidquid contrà velit Alciatus in l. quinque pedum, C. finium regūd.Verbum,namque adicere (vnde adiectio deſcendit) etſi plura ſignificet. Interdum tamen, idem eſt, quod addere aliquid ad pretium,pluriſque licitari,vulgo: *Pujar en las almonedas.* l.7.ff.de in diem addictione, indeque adiectiones accipiuntur pro in crementis, & additamentis pretij, quibus aliquid ad prius pretiū adijcitur.l.4.l.10.l.11.§. penul.ff. de in diem addictione, l.1. infr. de vendendis rebus ciuita.lib.11.quas Hiſpani, *Pujas*, Galij autē enchezas,appellant,vti docēt Briſonius, & Prateius, ad verbum, adijcere.
8 Differunt autem licitatio, addictio, & adiectio(vt hæc ad ſermonem vernaculū accommodemus) nam licitatio, dicitur: *Poſtura*, adiectio, *Puja*, addictio, *Remate*, vt docet Parladorus in loco ſupra citato. Et in præfata ſignificatione,accipitur adiectio, in hoc titulo, & rubro. Verùmenimverò nō de qualibet adiectione is titulus agit, ſed de ea dumtaxat, quæ in ſubhaſtatione rerum debitorum fiſci ſolemniter fit, vt ſupra oſtenſum eſt: & hæc de ſecunda rubri parte dixiſſe ſat ſit, cui correſpondet, l. ſi tempora, infra eodem.
9 Porrò ex ſupradictis apparet iſtū titulum, ſolummodò agere de ſubhaſtatione, quæ pro vendēdis rebus debitorum fiſci,publicæ celebratur ad hoc, vt quod fiſco debetur,exoluatur, qui in ſumma docet

Digitized by Google

docet in primis, quod ſi debitor fiſci allegans probet, fiſcum in diſtractione huiuſmodi debitas ſolemnitates non obſeruaſſe, & debitũ fiſco exoluerit, recipiet rem, cum fructibus præceptis, & percipiendis, l. 1. infr. eo. Deinde, quod ſi in ſubhaſtatione clamitet præco, & dicat, quod qui plus dederit, vſq; ad menſem, in his habebit rẽ, & intra illũ mẽſem alicui vẽdatur, adhuc tamen admittenda eſt adiectio pretij intra illũ mẽſem, tamẽſi vendita ſit alij, & addicta, d. l. ſi tẽpora. Retẽto vno intellectu, vel ſecũdo velit illa lex, quod ſi in ſubhaſtatione minus tempus in præconio apponatur, quã ſit per legem ſtatutũ, & intra illud res vendatur, nihilominus admittũtur adiectiones intra tale tempus à iure præfixum, vt tenent gloſſ. & DD. ibi. Item, quod vẽditio à fiſco ſolemniter facta prætextu reſcripti, vel minoris ætatis non retractatur, d. l. 5. Docemur, & alia, ſed hæc eſt præcipua, huius tituli ſumma, mẽs, & intentio, nempè oſtendere, quanta ſit vis, fides, & effectus venditionis bonorum debitorũ fiſci, in publica ſubhaſtatione ſolemniter celebratæ, & quando in ea recipiantur li-
10 citationes, & adiectiones pretij. Ex quibus, & antea dictis deducitur clara, patẽſque ad noſtrum rubrũ explicatio, hoc tenore, & fido, & iure, &c. Hoc eſt, tit. 3. quo quidẽ tractatur de fide, & iure, id eſt, de vi, & effectu, ac ſolẽnitate haſtæ fiſcalis, id eſt, ſubhaſtationis publicæ, quæ ad fiſci petitionem fit pro diſtrahendis bonis debitorũ eius, vt debita ſua conſequatur, docetque, quãdo licitationes, & adiectiones, in huiuſmodi ſubhaſtatione ad-
11 mittantur. Tandem animaduertimus, hunc titulũ, & proximũ ſuperiorem illo diſtare, & in hoc inter ſe differre, quòd in illo præſcribitur, & oſtẽditur ordo, & forma, quo, quavè fiſci debitores debent ab ipſo, vel eius procuratore cõueniri, atq; in ius vocari, & à procuratore Cæſaris, vnà cũ Præſide prouinciæ condẽnari, vt ibi diximus: at in iſto ſtatuitur forma, ordo, & ſolẽnitas, ſaltim in genere publicę ſubhaſtationis, quæ pro executione talis condẽnationis, vel ſentẽtię aduerſus ipſos fiſci debitores latæ, obſeruari debet, oſtẽditurq; huiuſmodi ſubhaſtationis, & executionis vis, & effectus, vt modò expoſitũ fuit, itaque in illo tit. tractatur, lis ordinaria, in hoc autem via executiua à fiſco, cõtra ſuos debitores obſeruãda, & ſic de iudiciali venditione, ſanè ſicut procurator Cæſaris, iudex erat cõpetens, hoc iure cõmuni Codicis, vnà cum Præſide ad cognoſcẽdũ, & iudicãdũ de illa via, & lite ordinaria fiſcali, & ſic in caſib' illi' tituli, vt ibi explicuim': ita etiã erit cõpetens de executiua, & ſic in caſibus tituli huius, vt probat d. l. i. ibi: procuratori meo. l. 3.

ibi:

Digitized by Google

ibi:Procurator meus,l.4.ibi,ad rationalem noſtrum,infr.eod.Cognoſcebat enim procurator Cæſaris, iure digeſtorum inter fiſcum, & priuatū ſolus ipſe, ſed iure Codicis vna cum Præſide,vt fuſius diximus in rubr. ff.de offic.procura. Cæſar.& in rubr.C. vbi cauſæ fiſcales,& C.ſi aduerſus fiſcum. Nec his refragabitur text.in l.2.& 3.C. ſi propter publicas penſitationes, quib' probari videtur auctoritate Præſidis prouintiæ fieri, ſubhaſtationes fiſcales, & nō procuratoris Cæſaris.Reſpōdetur enim, omiſſa ſolutione gloſſæ, in d.l.1.inf.eo. verb.omni ordine, & ibi Bart. nu. 5. quod venditio bonorū debitorū fiſci fieri poteſt,vel coram Præſide prouintiæ,vel coram Cæſaris procuratore tantum,vt expreſsim indicat textus in dict.l.1. in fin. in quo ſenſu procedūt illa duo iura, imò totus ille textus.C. ſi propter publicas penſitationes. At verò facta iam tali venditione, ſi aliquod litigium oriatur ex ea,videlicet,an bona fide,vel ſolemniter facta fuerit, necne? Aut ſuper licitatione, vel adiectione admittenda,vel nō? &c.Ventilari debet coram procuratore Cæſaris, vnà cum Præſide, & ita ſunt accipiēda iſtius tituli iura:vnde intelliges diſcrimē, quod inter tres iſtos titulos verſatur, nēpè,inter præſentem, & primū ſuperiorē,& illum.C. ſi propter pu-
12 blicas penſationes. Hodie autem iure regio diuerſi ſunt iudices deſtinati cauſarum fiſcalium, certaque præſcribitur forma,& ſolemnitas aduerſus debitores fiſcales,tā in litibus ordinarijs,quàm in ſumarijs, & executiuis, nec non in ſubhaſtationibus,licitationibus, adiectionibus, & adictionibus fiſcalibus,in tit. 1. 2. 7. 13.14.& toto lib. 9. Regiæ nouæ compilationis, & in l.11.& 12.tit.9.lib.3.l.2.3.4.5. tit. 12.l.26.tit.8.lib.2.eiuſdem compilat.conducunt etiam, l. 6. tit. 27.l. 40.tit.28. ibi: *Que mandaſſe*, & l. 7.tit.7.part.5.part.3.l.52.tit.5.p.5. & videndus eſt Auenda.in dictionario, verb. *Almoneda*, & Molin. lib.4.de primogen.cap.3.num.46. Parladorus,vbi ſupr. & vide,quæ dixi in tit.infr.de capiendis pignor. tributorum cauſa.

Titulus IIII.

De vēditione rerum fiſcalium, cum priuatis communium.

SVMMARIVM.

1 *Singula verba rubricæ exponuntur,remiſſiuè.*

2 *Quid tractetur hoc titulo, & eius intentum,ac finis.*

3 *Rubricæ declaratio.*

4 *Elegans,& notāda traditio,pro intellectu pluriū.ll. huius Regni.*

QVID

1 QVID ſit emptio, & venditio, diximus in titul.ff.de contrahend. emptione, & quæ ſint res fiſcales, oſtendimus in tit.ſupr.de iure fiſci, hoc lib.10.& ff. eod. & quales ſint cõmunes, declarauimus in tit. C. de communium rerum alienatione, quod ſciri oportet ad huius rubri ſingula verba explicanda, & intelligenda; quibus pro fundamẽ

2 to præiactis. Intellige, quod is titulus tractat de quodam iure ſingulari, & priuilegio ſpeciali, fiſco cõpetenti, quando rem habet communem, cum perſona priuata, vt ſcilicèt totam poſsit vendere, & diſtrahere inuito ſocio: ita tamen, vt ſolummodò ſuæ partis habeat pretium: reliquum vero, ſocio reſtituat, & hoc eſt eius intentum, & hic finis, vt patet ex l.vna infr.eod. ubi ſcribentes, quam plures mouent quæſtiones, in qua lege, verbum, formam, exponitur ab Acurſio, id eſt, iuris conſtitutionem, ſed melius exponit, id eſt, priuilegiũ: vt probat l.multum intereſt.C. de communiũ rerum alienat.ibi. an

3 verò fiſcus. Vnde colligitur, hæc ad præſens rubrum declaratio, de venditione, &c. Id eſt titulus 4. in quo diſſeritur de venditione rerũ, quas communes habet fiſcus, cum priuatis perſonis, v. g. ſi Titio, & fiſco legata, aut donata ſit domus, vel alia res, an ſcilicèt poſsit fiſcus ratione communionis totam rem

4 vendere? Et conuenit cum hac tractatione.l.53.in medio, tit. 5. part. 5. Illud autem prætermittendum non eſt, quod in caſu dict.l.vnicæ, infr. eod. totum pretium rei venditæ eſt ſoluendum fiſco, qui quidem partem ſuam rediget in ſuũ patrimoniũ irreuocabiliter, aliãque partem reddet ſocio, vt docet, ibi Acurſius, verbo, redigatur: quẽ omnes ſequuntur, eſtque vtiliſsima, & notanda traditio, ad intellectum legum regiarum, quibus frequenter, iudici, denuntiatori, & fiſco applicãtur mulctæ, & pœnæ pecuniariæ, nam totã pœnam exiget, & recuperabit fiſcus, poſteaque reddet iudici, & denuntiatori ſingulas partes ad ſe pertinentes, vt tradit Bobadilla in politic. lib.5.cap.6.num.7. & 8. Ad quod actione negotiorum geſtorũ compeli poteſt, vt reſoluit Piſcator in dict.l.vnica, nu. 10. & 17. qui quidem num. 14. diſputat, an ſocius fiſci præferatur, alijs emptoribus rei communis, ad idque videnda eſt, lex 55.tit.5.part.5.l.13.l.14.tit. 11.lib.5. Regiæ nouæ compila. Et ad præſentem materiam legenda ſunt, quę ſcripſimus in dict.tit. C.de communium rerum alienatione.

(.?.)

Titulus

Titulus V.

Ne fiſcus rem quam vendidit, euincat.

SVMMARIVM.

1 *QVID ſit fiſcus, remiſſiuè.*
2 *Stationis voce, quid ſignificetur, & qui ſtationarij, ſtatoreſq; appellentur.*
3 *Quid definiat, & ſtatuat is titulus, eiuſque ſummaria, mens, atque intentio oſtenditur.*
4 *Rubrum declaratur.*

1 QVID ſit fiſcus, ſupra in rubrica, de iure fiſci, hoc lib. & in rubr. ff. eod. latè expoſitũ nobis eſt: quid autem verbum euincere ſignificet, in tit. C. & ff. de euictionibus explicauimus, & hoc ſit fundamentum primum præiactũ pro huius rubri, & nigri introdu-
2 ctione. Deinde, & ſecundò præiacendum eſt, quod appellatione huius vocis, ſtatio ſtationis, ſignificatur locus in quo quis exercendi ſui muneris, & officij cauſa ſe ſiſtit, & ſtat. l. apud Labeonem. ff. de iniurijs, ibi, Proinde, &c. l. Fulcinus. § illud ſciẽdum poſſe, quem, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur, ibi, denique, indeque ſtationes fiſcales appellãtur fiſci officiales, qui quidem diſtincta, ac ſeparata, & ſinguli, ſingula exercent officia in rebus fiſcalibus adminiſtrandis. l. 1. infra eodem, ibi: Ab ea ſtatione, & ibi non inquietato officiã inter ſe poſſint experiri, & tradit Cuia. in d. l. 1. infra eodem, & lib. 2. obſeruation. cap. 40. qui hac ratione ſtationarij, & ſtatores poſſunt etiam nũcupari, ex eo quod in huiuſmodi ſtationibus præſto ſunt, & ſtant ſuo muneri obeundo, & officio publico miniſtrando, quia ſtationes aſtando dicuntur. l. 1. poſt medium. ff. de flumin. & præter Aniquiores, docet Piſcator in præfata. l. 1. infra eodem, ex nũ. 1. cum ſequentibus, exempli gratia, vt ſi Titius à fiſco præpoſitus ſit ſtationi gabellarum: *Que es teſorero, o recaudador de las alcaualas:* Et Seius ſtationi collectarum: *Que es teſorero del pecho y ſeruicio Real:* Et Caius ſtationi pœnarum fiſcaliũ, *Que es receptor de penas de camara*, & alij plurimi officiales fiſci, vt docet Bald. in dict. l. 1. in princip. in figuranda caſus poſitione, & diximus in tit. infra de exactoribus tributorũ, & in tit. infr. de Cannone largitiona l. titul. hoc lib. Qui-
3 bus ita poſitis, definit hic tit. quòd ſi quis bona fide, ab vna ſtatione fiſcali, id eſt miniſtro, & officiali fiſci, rẽ aliquã emit, quæ ad alterã ſtationẽ, id eſt, officiũ fiſcale pertinebat, fiſco-

fiſcoque, vel eius ſtationi vendenti, pretium exſoluit, non poteſt à fiſco, nec à præpoſito alteri ſtationi inquietari, nec ei ſuper tali revẽdita controuerſia moueri, nec fiſcus ipſe, ſeu alius eius ſtationarius eam rem euincere, auferreve, emptori prætextu, quod ad officium, & ſtationem vendentis non pertinebat, quia vt officialis illius ſtationis, cuius res vendita erat, agat cõtra vendentem, vt pretium refundat actione negotiorum geſtorũ, d.l. 1. infr. eod. ſic intelligẽda, cuius veriſsima ratio eſt, quia cum ſtationes omnes, in quibus officia fiſcalia conſiſtunt, ſubſint vni eidẽque fiſco: conſequens eſt dicere, quod venditio ab vna ſtatione facta, non tantum ab ipſa retractari nequeat, ſed nec ab vlla alia, quia in vna, & altera ſtatione fiſcus, idẽ eſt, qui pretium rei venditæ accepit, nec ſtationum, aut officiorũ diuerſitas efficere poteſt, quin vnus, & idem fiſcus ſit, qui rem vendidit, & pretium ex venditione recepit, & nũc de retractatione, & euictione agere intendit, vnde æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur fiſcum retractare, quod ſemel ipſe vendidit, nec contra proprium factum venire, d.l.1.l. 2. in-
4 fra eod. Idque planum eſt huius tituli intentum, & hæc eius ſummaria intentio, vt etiam indicat rubrica noſtra, quæ iuxta ſupra dicta, hoc modo exponenda eſt, ne fiſcus, &c. Quaſi iuris compoſitores, ita in ſe ſcripſerint titulus 5. quo definitur, atque præcipitur, ne fiſcus rem quam vẽdidit euincat, id eſt, ſi ipſe fiſcus, vel eius officialis, qui vni officio, & ſtationi fiſcali præpoſitus eſt, vẽdidit rem fiſcalem, ad alterum tamen officium, vel ſtationem pertinentem, nõ poteſt ipſe fiſcus, aut alius eius quilibet officialis eam venditionẽ retractare, nec rem venditam emptori euincere, aut auferre ſi emptio bona fide facta fuerit. Et quãdo fiſcus in alijs caſibus teneatur de effectione, vel non oſtendimus in tit. C. de quadriennij præſcriptione.

Titulus VI.

De his qui ex publicis rationibus mutuã pecuniã acceperunt.

SVMMARIVM.

1 *PVBLICAE rationes, quæ ſint.*
2 *Huius tituli ſummamens, atque intentio.*
3 *Pecunia fiſcalis in vſum deſtinatũ, dumtaxat erogãda eſt.*
4 *Rubri declaratio.*
5 *Conciliantur, l. 1. & l. 2. infr. eodem, & nu. 6.*

6 *Aurum*

Digitized by Google

6 *Aurum, quas virtutes habeat, remiſsiuè.*

7 *Differentia inter hunc titulum, & illum de his, quæ ex publica collectione, &c. infra hoc lib.*10.

1 QVamquam in iure noſtro, hoc nomen, publicus.a.um.& hoc nomẽ, ratio rationis,plurima variaq; ſignificata ſortiantur, quæ egregiè congerunt Briſonius Prateius, ac cæteri, verborum iuris expoſitores, ad verbum publici, cum ſequentibus, & verbo ratio, in hoc tamen titulo,& tractatu publicæ rationes appellantur ipſamet officia rationum fiſci, quibus præpoſiti ſunt exactores, tabullarij,arcarij,alijque officiales,qui curam gerunt cuſtodiæ,exactionis, & admiſtrationibus bonorum,& pecuniarum fiſcalium, & publici ærarij.l.2.infra eodem. Qui ſermone Hiſpano, *Se llaman cobradores, recaudadores, teſoreros de rentas reales*, de quibus faſi ſumus in titul. 1.ſuperiori,& in titul.1.de exactoribus tributorum, & in tit. 1. de Cannone largitiona.titulorũ,nec nõ in rubro de ſuſceptoribus, hoc
2 lib.Quo ſuppoſito, ſtatuit hic titulus, quòd qui ex publicis rationibus,id eſt, ab his officialibus fiſci mutuam pecuniam accipiunt, vel à quolibet eorum pœna quadrupli ſit mulctandus, in l.1.infra eodem. Item ſi quis pecuniam auream fiſcalem mutuo receperit, abſque Principis permiſſu, pœnã deportationis perpetuæ, & publicationis bonorum patiatur, & officialis, qui mutuo eã dedit capite puniatur in l.2. & hæc eſt totius tituli ſumma, & deciſio, mens,atq; intentio. Videlicèt,agere de puniẽdis his, qui mutuam pecuniam fiſcalem acceperunt, atque dederũt.
3 Cuius ea eſt potiſsima ratio, quia pecunia fiſcalis mutuo danda non eſt alicui perſonæ publicæ,vel priuatæ,ſed ad vſum deſtinatum ſeruanda eſt interueniẽte ſolummodo permiſſu ſuperioris in eius erogatione, vti rectè docet Acurſius, (quem reliqui ſequuntur) in præ
4 fa.l.1.verb. ſumpſerit. Ex qua intentione,& paulò antea dictis colligitur plana hæc ad hanc rubricã declaratio de his, qui ex publicis rationibus, &c. Id eſt titulus 6. in quo tractatur de his, qui ex publi
5 cis rationibus,&c. Hoc eſt,de puniẽdis his, qui pecuniam fiſcalem ex publicis rationibus fiſci,ab eius officialibus mutuo acceperunt, & de plectendis etiam illis, qui eam mutuo dederunt. Sed non leuis ſe ſe peroffert difficultas,nam dict. l. 2. infra eodem aduerſari videtur textui in præfat. l.1. ſi quidem in vna, & altera diuerſæ pœnæ imponuntur, cui obiectioni occurrit Acurſ.

Digitized by Google

Acurſ. in dict.l. 2. verb. omnibus, receptus communiter, dicens triplicem differentiam, ac diuerſitatem verſari inter vtramque legẽ: prima, quod lex ſecunda agit de mutuo pecuniæ fiſcalis aureæ. l.i. de mutuo alterius pecuniæ: nimirũ ergo ſi ſeuerius puniatur, qui auream accepit pecuniã mutuo, quam ſi aliam alterius materiæ.
6 Aurum etenim cæteris metallijs pretioſius eſt, in authentico de cõſul. §. hæc ita, verſic. ſpargere autem, collat. 4. & tradit Lucas de Penna in rubr. infra de metalijs, & metalar. & latè Caſaneus in Cathalogo gloriæ mundi: 12. part. conſideratione 45. & octo virtutes, quas à natura inſitas habet aurum, congerit Benedictus in cap. Rainuntius ad verbum, duas habens filias, num. 100. de teſtament. Secunda, quod prællegata l. 2. loquitur in caſu quo is, qui mutuum dedit fecit, id veluti publica perſona, & mutuans tanquam pecuniam fiſci afferens ad hoc ſe mandatum habere: at l. 1. procedit in caſu, quo officialis, vt priuatum pecuniam, vt priuatam mutuauit: vnde in caſu d.l. 2. perpetratum videtur, ac meti, furti, peculatus, & falſi, & in d. l. 1. furti, vel peculatus dumtaxat. Tertia, quod d.l. 1. loquitur, vbi ciuiliter agitur ad quadruplum cõditione, ex lege repetendum, ſed
7 d.l. 2. vbi criminaliter. Et videnda, legendaque ſunt ea, quæ ſcripſimus in tit. de his, quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis, infra hoc lib. 10. vbi oſtẽdimus differentiã inter hunc, & titulum illum. Et facit ad hunc tractatum, *La pragmatica de los poſitos, en quãto veda el poderſe ſacar preſtado ſu caudal para otros vſos.*

Titulus VII.

Pœnis fiſcalibus creditores præferri.

SVMMARIVM.

1 *POEna fiſcales, quæ ſint.*
2 *Quibus competat ius cõfiſcandi, remiſſiuè.*
3 *An fiſcus tacitam habeat hypothecam, pro pœnarũ fiſcalium perſecutione.*
4 *Quæ remedia competant fiſco pro his proſequendis.*
5 *Creditores qui dicantur.*
6 *Quid doceat is titulus, & quæ ſit eius ſumma, & intentio.*
7 *Rubri interpretatio.*
8 *An iure Regio, abrogata ſit huius tituli vnica conſtitutio, & deciſio?*

1 POENAE fiſcales, appellantur, quæ à lege, vel à iudice pro criminum punitione imponũtur, fiſcoque, & cameræ Regiæ applicantur, ſiue in

in pecunijs,ſiue in bonis alijs delin
quentiū conſiſtant,l.1.ff.de iure fiſ
ci,l.mulctarū.C. de modo mulct.
ſermone noſtro vernaculo: *Penas de camara*, quarū duplex differen
tia eſt, quædam enim ſunt certæ,
& à iure terminatæ, videlicèt illæ,
quas leges ipſo iure imponunt ad-
uerſus,aliquot delictorum perpe-
tratores, v. g. vt ſi quis puniatur à
lege,in quadruplo,l. 1.& 2. ſup.tit.
1.vel in amiſsione tertiæ, vel quar
tæ partis bonorum,vel omniū fiſ-
co applicādorū,vt in plurimis legi
bus huius Regni, paſsim inueni-
tur,aliæ ſunt in certę,& arbitrarię,
quæ à iudicibus in ſententijs cōtra
delinquentes latis pro ſuo arbitrio
imponūtur inſpectis cauſę,& per-
ſonarū qualiter, ac cæteris circun-
ſtantijs.Quando delictum eſt talis
conditionis,ob cuius perpetratio-
nem non eſt à iure certa pœna im
poſita,iux.l. 1.ff.de efracto.vt quo-
tidie videmus in praxi,& hæc pro
priè appellantur mulctæ, vt latius
diximus,in d.tit.C. de modo mul-
2 ctarū,vbi etiam oſtēdimus,quibus
competat ius confiſcandi, ac pœ-
nas fiſcales percipiendi, & remittē
di,qua de re,etiam tractant Piſca-
tor,hìc nu.3.6.7. & alij, quos citat
ipſe in l.vna,infr.eod.nu. 2. Apud
quos omnes,illud eſt iùris axioma
certiſsimum, quod pœnæ fiſcales
fructus ſunt iuriſdictionis, appel-
lantur autē fiſcales,quia fiſco appli
cantur(& quid ſit fiſcus, diximus
in rubrica,ſupra de iure fiſci, hoc
3 lib.10. nec non in tit. ff.eo.) An au
tem fiſcus in bonis delinquentis ta
citam habeat hypothecā pro pœ-
narum fiſcaliū perſecutione,diſpu
tāt DD.in d.l.vnica,inf.eod.ſpecia
tin, Acurſ. Bart.Plat.& alij relati à
Piſcatores,ibi,nu.16.qui quidē au
ctor mirificè reſoluit quæſtionem
iſtam,& tandē cōuentū eſt, vt fiſ-
co,tacita detur hypotheca, ea ta-
men vti non poteſt,cōtra alios de-
linquentis creditores hypothecas
habētes,d.l.vna,infr.eod.vt fuſius,
idē auctor reſoluit,d. n.16. quo lo-
ci,etiam tradit à quo tempore iſta
tacita hypotheca incipiat, an à tē-
pore delicti cōmiſsi,an à litis cōte-
ſtatione,an verò à tēpore ſentētiæ.
4 Sanè ex hac quæſtione naſcitur a-
lia,videlicèt,quæ actiones,& reme
dia cōpetant fiſco pro harū pęna-
rū perſecutione, in qua ita diſtin-
guendū eſt,aut loquimur de pœ-
nis certis fiſcalibus,& tunc cōpetit
fiſco reiuendicatio, dūmodò eiuſ-
modi pœnæ cōſiſtant in certis ſpe
ciebus,certovè corpore:ſi autē cō-
ſiſtāt in quātitate,vel genere,vt in
pecunia certa cōpetit cōdictio, ex
lege,vt colligitur,ex gl.in d.l.1.ſu-
pr.tit.i.ver.authoritate,ſic accipiē
da,ſecū.Bar.& oēs,& meli' cæteris
docet Piſcator,ibi, n.1. ſed & actio
hypothecaria in iſto caſu dabitur,
in bonis delinquētis,aut loquimur
de pęnis incertis,& arbitrarijs,quo
caſu datur fiſco,perſonalis actio,cū

Digitized by Google

ex delicto oriatur, iuxt. text. in §. omnium, inſtit. de actionibus, ſecũ dũ auctores modò allegatos, nec non hypothecaria actio ex vi tacita hypothecæ. quã in bonis delinquẽtis fiſcũ habere nuper aſſeruimus, & adhuc de expoſitione pœnarũ fiſcaliũ, quod primũ eſt huius rubricæ verbum, ſeu prima dictio.

5 Creditores ſunt omnes, quibus ex quacumque cauſa, ſiue actione debetur, l. 10. l. 11. l. 15. ff. de verborũ ſignificat. vt fuſius declarauimus in tit. ff. de rebus creditis, num. 3. & in rubr. C. ſi aduerſus creditorẽ, & alibi ſępè. Verùm in huius tituli tractatione, dumtaxat agitur de creditoribus, quibus competunt actiones reales, vel perſonales, ciuiles non criminales, vt infr.

6 explicandum erit. Quibus ita explicitis illud is titulus docet, quod ſi delinquens, certa pœna fiſcali à iudice condemnatus ſit, quã fiſcus ex vna parte petit corã iudice, ex alia autẽ adſint creditores ipſius delinquentis, ſuas actiones reales, aut perſonales aduerſus eum, eiuſque bona mouentes, fiſco præferũtur, id eſt, priùs eis de bonis delinquentis ſoluendum eſt, quã fiſco, exẽpli gratia, quis deliquit in hoc, quod mutuam pecuniam accepit, ex publicis rationibus fiſcalibus, & ſic dãnatus eſt in quadruplo eius pecuniæ, cum hæc pœna à iure in hoc caſu impoſita ſit, iuxt. l. i. ſup. tit. 1. quam fiſcus in iudicio petit, creditores autẽ exigunt, quod ſibi debetur, nam præferẽdi ſunt eidẽ fiſco ad pœnam quadrupli agenti, quod tamen intelligendum eſt, vt creditores præferantur in triplo eius quadrupli, non autem in toto quadruplo, etenim ſimplũ ineſt quadruplo, & in ſimplo fiſcus venit præferẽdus, vt probat l. vnica, infr. eod. cuius, & totius tituli hæc eſt ſumma, atque intentio, & hic verus eius ſenſus. Ratio autẽ huius deciſionis eſt, quia creditorũ, qui certant de damno vitando potior debet eſſe conditio, nam fiſcus in exigenda pœna tripli agit de lucro captando, ex generali iuris regula, de qua in l. fin. C. de codicill. l. fin. §. licẽtia. C. de iure delibera. Quæ ratio ceſſat quoties fiſcus cõtendit de damno vitando, nam tunc præfertur omnibus creditoribus perſonalibus, v. g. in ſimplo dicti quadrupli in exemplo poſitò, & etiam quando creditores agunt ad pœnam ex delicto, potior eſt cauſa fiſci, quia cum tam creditores, quàm fiſcus in hoc caſu agant de lucro, & cauſa fiſci publica ſit merito creditoribus præferri debet, l. 1. C. de condictione ex lege, quod vltimum procedit, ſiue deliquens in certa pœna fiſcali, ſiue in arbitraria ſit condemnatus, nam ſemper fiſci cauſa potior habetur, vt latius, nitidoque ſermone reſoluit Piſcator, in dict. l. vna, numer. 3. & 6. qui quidem

num. 7.

Digitized by Google

num.7.ibidem, in vſu practico vti lem obſeruationem deducit, ad praxim multarum legum iuris cō
7 munis, & Regij. Planè ex huius tituli præfata intentione, & ex omnibus antea dictis deducitur vera, claraque interpretatio ad eius rubrum,hoc tenore concepta, pœnis fiſcalibus, id eſt, titulus 7. qui docet, atque conſtituit pœnis fiſcalibus creditores præferri, hoc eſt,in bonis delinquentis condemnati fiſco, perſequenti pœnas, ſibi aplicatas, præferri creditores eius delinquentis, actiones reales, vel perſonales habentes, res ſuas perſequentes, vel debita ſua exigen-
8 tes.Hæc autem iure cōmuni procedunt, ſed iure Regio,attento videntur corruere, & præfatam, legem vnicam, huius tituli penitus abrogatam eſſe probatur, per l. 9. tit.3.part. 5. quæ lex, cū in principio dixiſſet,quod creditor pro perſecutione depoſiti conſiſtentis in pōdere numero,vel menſura præferatur anteriotibus creditoribus perſonalibus.Quibuſdam caſibus exceptis poſtmodū ſubijcit, quod non præferatur Regi, qui creditor eſt excontractu, vel ex delicto, ad pœnam,vt patet ibi: *O por mal fetrias q̄ huuieſſe antea fecho, &c.* In cuius legis intellectu anxiè torquetur, ibi: Doctiſsimus Gregor. gloſ.9.ſed omiſſa eius ſentētia,verè dicendū eſt,quod illa lex Regia ius tacitæ hypothecæ, dedit fiſco in bonis delinquentis, pro exigēdis pœnis fiſcalibus, & ita vult, quod præferatur fiſcus creditori dependenti, duobus concurrentibus. Primò, quod ante cōtractum depoſiti,cōmiſſum delictum ſit,vt indicāt verba illa:*O por mal fetrias que huuieſſe antea fecho*. Secūdò, quod etiam ante huiuſmodi cōtractum depoſiti conſtare debeat fiſco,aliquā pœnam fiſcalē, exoluendam eſſe,vt patet, ibi: *Porque huuieſſe algo de pechar*,qui intellect⁹, vt clari⁹ pateſiat animaduertitur, quod vbi tale ſit delictū, ob cuius perpetrationē ſit pęna certa à iure impoſita, tūc fiſcus in exigēda tali pœna,quæ ſic præceſsit ante cōtractū depoſiti, præferēdus eſt creditoribus perſonalibus, etiā ſi creditores ſint ex cauſa depoſiti, nec opus eſt iudicis ſētētia,niſi ad declarationē huiuſmodi pœnæ,iuxt. text.in c.ſecundū leges,de hæreti. in 6. Nam cum certa pœna ſit à iure impoſita, ſtatim à tempore cōmiſsi delicti,obligat⁹ manet delinquēs ipſi fiſco, & tacitā ex tunc habet hypothecā in bonis delinquētis fiſcus, quæ ei prælationem cōcedit,iuxt.text. in l. aufertur.§.2. ibi:Fiſcus ſemper habet ius pignoris.ff.de iure fiſci, ſin autē tale delictū ſit ob cuius punitionem, non ſit pœna certa à iure impoſita, ſed venit expectanda arbitraria in ſententia iudicis inferenda, tunc talis prælatio fiſco competere non

poteſt, niſi à tempore ſententiæ, quæ in rem iudicatam tráſiuit, vt inuit aperte, d.l.Regia, ibi:*Caeſtonce,&c.* Ex quo intellectu colligitur, quod text.in d.l.vnica, infra cod.Quæ fiſco præfert creditores, procedit etiam hodie in caſu, quo pœna ob delictum nõ incurritur ipſo iure, vel licèt incurratur tamen ante huiuſmodi delictũ, præceſsit cauſa, & debitum aliorum creditorum, & in his terminis intacta, & incorrecta manet, ſed extra hos terminos manet correcta, per d.l.Regiam partitæ, vt mirificè docet Piſcator in eadem. l. vna, nu.17.Et vide Bobadilla, ad verbũ penas fiſcales, in repertorio in politica, & verb. fiſco.

Titulus VIII.

De fiſcalibus vſuris.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcales vſura, quæ dicantur.*

2 *Iſtius tituli ſumma, & compendium.*

3 *Elicitur ad præſens rubrum declaratio.*

4 *An iure Canonico, Regio, diuino, & naturali, is titulus correctus ſit hodie.*

1 Quid ſit vſura, quotuplex, vnde dicatur, quo iure ſit permiſſa, & quo iure prohibita, lato, fuſoque ſermone, oſtendimus in tit.ff.de vſuris, & ext.eod. Et quid ſit fiſcus, etiam diximus in tit. 5. de iure fiſci, hoc lib. 10.& ff.eod. Quibus ita præcognitis, ſciendum eſt vſuras fiſcales dupliciter conſiderari. Primò in actiua ſignificatione, vt cũ fiſcus eas ab alijs petit, & exigit, ſiue ex ſua perſona, ſiue tanquã ſucceſſor creditoris, l. cum quidam, §.ex locato, verſic. Fiſcus.ff. de vſur.ibi: Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit.l. 1. l.vltima, infr. hoc titulo. Secundò in paſsiua ſignificatione, veluti cum fiſcus conuenitur, ab alijs pro vſuris, quas debet non tanquam fiſcus (quia regulariter fiſcus ex ſuis contractibus vſuras nõ præſtat) ſed vt hæres, vel ſucceſſor perſonæ priuatæ, dict.§. ex locato, l.in facto.§.1. ff. de conditio, & demonſtrat. ibi: Fiſcus eiſdem, &c.l. 1.infr. hoc titul. vtitur enim fiſcus iure priuarorum, quibus ſucceſsit, ſiue ſuccedat debitori, ſiue creditori, dict. l. fin. infra eodem.

2 Igitur de his fiſcalibus vſuris, tam in actiua, quàm in paſsiua ſignificatione loquitur huius tituli rubrum, & nigrum, cuius ſumma, hoc eſt, quod ſi fiſco debeatur aliqua pœna legalis, ſed conuentionalis iſtius pœnæ vſuras fiſcus exigere non poteſt, etiam ex mora, dict.l. 1.infra eo.cuius ea eſt veriſsima ratio, quoniam ſicuti vſura-

vſurarum vſuræ non debentur, l. fin. C. de vſur. Ita nec vſuræ pœnarum: vſura etenim veluti quædã pœna eſt, nec æquitas patitur, vt pœna pœnæ adijciatur. Item ſi fiſcus ſuccedat alicui debitori, cui ſub pignore data erat fœnori pecunia, vſuras, quas debitor ipſe pręſtare tenebatur ſoluet fiſcus, quia vtitur iure priuati, d. l. 2. infr. eod. Rurſus, quod fiſcus in exigendis vſuris, legitimũ modum vſurarũ excedere non debet, ſiue iure proprio, ſibi debitas petat, ſiue tanquã ſucceſſor in alterius locum, vtitur enim iure priuati, dict. l. fin. infra eod. modus autem legitimus vſurarum taxatus eſt in l. eos, §. ſuper
3 vſuris. C. de vſuris. Et hoc totum eſt compendium, quod continet hic titulus, ex quo, & antea expoſitis elicitur patẽs ad eius rubrũ declaratio, ſi ita dixeris, de fiſcalibus vſuris, id eſt, tit. 8. qui agit de fiſcalibus vſuris, hoc eſt de illis vſuris, quas fiſcus debet, vel exigit, ſiue ex ſua perſona agat, vel conueniatur, ſiue tanquam hæres, vel ſucceſſor alicuius debitoris, vel creditoris priuati, & ſic de vſuris fiſcalibus, tam in actiua, quã in paſſiua ſigni-
4 ficatione ſumptis. Sed cum iam iure Canonico, & Regio, vſuræ omnes ſint prohibitæ, imò, & iure naturali, & diuino, vt diximus latè in locis ſupra memoratis, hic titulus in poſterum ſilet, correctuſque in ſui obſeruantia manebit.

Titulus IX.

De ſentẽtijs aduerſus fiſcũ latis retractãdis.

SVMMARIVM.

1 *Retractare verbũ, quid ſignificet, quidque ſententia, & fiſcus ſit, remiſſiuè.*

2 *Sententia ſemel lata, regulariter non retractatur.*

3 *L. vnica, infr. eod. diuiditur, eiuſque prior pars explicatur.*

4 *Quibus remedijs ſententia contra fiſcum lata retractanda ſit, & num. 5.*

5 *Secũda pars, d. l. vnicæ exponitur.*

6 *Huius tituli intentum traditur.*

7 *Rubrum declaratur.*

1 Retractare verbum, ſignificat repetere, mutare, recognoſcere, & renouare quidquam, l. 1. §. 1. ff. ne de ſtatu defunct. Sed in iſtius tituli tractatu, retractare eſt, ex integro cauſam agere, id eſt, iterũ tractare, ſiue id fiat per in integrum reſtitutionem, ſiue per ſimplicem querelam, ſiue per viam nullitatis, vt infra explicandum eſt. Reliqua autẽ præſentis rubricæ verba, alibi expoſſuimus, nempè, in tit. ff. de re iudicata, vbi diximus, quid ſit ſententia, & quotuplex, & in titul. ſupr. de iure fiſci, hoc lib. 10. & in tit. ff. eo. vbi oſtendimus,

2 quid ſit fiſcus. Quibus ſic præmiſſis, pro huius tituli introductione, & eius intentione percipienda notandum eſt, hanc eſſe iuris regulã generalem, quod poſtquam ſententia definitiua, ſemel eſt lata retractari, aut reſcindi non poteſt, l. iudex poſtea, quam ff. de ſentent. & re iudic. l. diui fratres. ff. de pœnis, l. 1. 2. 3. C. ſententiam reſcindi non poſſe, & in illo tit. dixi. l. 19. tit. 22. p. 3. Hæc tamen regula in multis caſibus deficit, pluresq; patitur exceptiones, & limitationes, quas docent gloſ. & interpretes in præcitatis locis, maximè in præfa. l. 1. C. ſententiam reſcindi nõ poſſe, quarum vna oſtẽdit is titulus, in l. vnica, infr. eo. Quatenus probat ſententiam aduerſus fiſcũ, latam ex cauſa retractari poſſe, quę lex duas habet partes. Prior eſt in princ. Poſterior, ibi, & poſt id tempus, &c. Et pro primæ intellectu, latè diſtinguit Acurſ. ibi, ſcolio 1. hoc modo, cum iudicatur aduerſus fiſcũ, aut ritè omnia facta fuerunt in iudicio, & tunc valet ſententia, nec aliter venit retractãda, niſi per appellationem, iuxt. l. illud. ff. de appell. & in hoc caſu nõ procedit hic tit. aut lata fuit ſententia abſente fiſci aduocato, quo caſu nulla eſt ipſo iure, nec vllo temporis lapſu cõfirmatur, l. ſi fiſcus alicui. 7. ff. de iure fiſci, nec etiam in iſto caſu procedit, nec d. l. vna. Aut fuit lata aduerſus fiſcũ, eò quod omiſſum fuit inſtrumentũ faciens in fiſci fauorem, & culpa ipſius, vel ſui aduocati, vel procuratoris, aut alterius officialis non fuit in iudicio productum, & tunc ſi iterũ producatur iure ſpeciali retractatur ſententia, vſque ad triennium, ſiue ſit inſtrumentum de nouo repertum, ſiue non, ſed negligenter omiſſum, & hic eſt proprius caſus, & ſenſus dictæ primæ partis præfatæ. l. vnicę, infr. eod. vti rectè intellexit ibi Acurſ. Bart. nu. 4. Piſcator, nu. 22. & alij ferè omnes, quidquid velit Ioãnes de Plat. dũ exigit in fiſco, quod noua ſint inſtrumẽta denuò reperta.
4 An autem iſta retractatio ſententiæ facienda ſit per in integrũ reſtitutionẽ iudicis officio, vel per ſimplicem querelam, diſputant DD. in eadem l. vnica, & partem priorẽ amplectitur Acuſ. & communis, ibidem. Et Greg. in d. l. 9. tit. 22. p. 3. verb. *Faſta tres años.* Aduerſam ſequitur Bal. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. n. 3. quẽ ſequitur Piſcator in d. l. vna num. 31. Sed iudicio meo, vtraq; ſentẽtia probabilis eſt, vt talis retractatio poſſit à fiſco impetrari, vel per in integrũ reſtitutionẽ; vel per ſimplicẽ querelã intra trienniũ à die latę ſententiæ cõputãdũ, vt ex fũdamẽtis pro vtraq; parte adductis colligere fas erit.
5 Hæc autem procedũt, nõ interueniente præuaricatione: ea enim facta, pro intellectu ſecundæ partis, eiuſdem legis, etiam diſtinguẽdum

dum eſt, aut fuit lata ſententia cõtra fiſcum, eius procuratore, vel iudice corrupto pecunijs, alijsvè muneribus, & tunc ſententia nulla eſt ipſo iure, etiam poſt triennium. l. conſtitit. C. de pœna iudicis, qui male iudi. quo caſu procedit dict. l. vnica, in ſecunda eius parte, & ſic per viam nullitatis agendum erit, vti rectè intellexit Accurſ. ibidem, quem Bart. num. 5. Platea, & omnes communiter ſequuntur, aut fuit lata ſententia contra fiſcum gratia, vel ambitione, id eſt amicitia, odio, aut dolo, vel quouis alio iniquo reſpectu, in præuaricatione interueniẽte, & tunc valet mero iure, ſed retractatur per in integrum reſtitutionem, etiam vltra triennium: & in hoc quoque caſu loquitur, & procedit dicta ſecunda pars præfatæ conſtitutionis, ſecundum interpretes modò allegatos, & comprobat hodie, d. l. 19. tit. 22. p. 3. & hæc eſt in effectu huius
6 tituli in intentum. Videlicèt docere, quando ſententia aduerſus fiſcũ lata poſsit retractari, reuocari, &
7 reſcindi, aut nulla declarari. Ex quo, & antea explicitis, hoc tenore pręſens rubru explicabis, de ſentẽtijs, &c. Hoc eſt, tit. 9. in quo agitur de ſentẽtijs aduerſus fiſcũ latis retractandis, id eſt, iterum ex integro tractandis, reſcindendis, infirmãdis, vel reuocandis, ex iuſta cauſa, vel per in integrum reſtitutionem, aut per ſimplicem querelã, vel per viã nullitatis, oſtẽditurque intra quod tempus id fieri poſsit.

Titulus X.

De bonis vacãtibus, & de incorporatione.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ diuiſio.*

2 *Bona vacantia, quæ dicantur, & nu. 5.*

3 *Quot modis defunctus dicatur hæredem non habere, & quot, & quibus lineis conſtet ſucceſſio abinteſtato, & nu. 5.*

4 *An iure Regio, vir, aut vxor, fiſcum excludat à ſucceſsione, remiſsiuè.*

5 *Cur bona vacantia appellentur.*

6 *Fiſcus, cum capit bona vacãtia, non dicitur in hæreditate ſuccedere, nec creditoribus vltra vires tenetur.*

7 *Differentia inter hæreditatem, & bona vacantia.*

8 *Intellectus l. 6. tit. 13. p. 6.*

9 *Quod remedium competat fiſco pro bonis vacantibus.*

10 *An fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus ad legata, ſeu fideicõmiſſa præſtanda teneatur.*

11 *Prior pars rubricæ explanatur, & ſupra nu. 1.*

12 *Incorporatio, quid ſit, & qualiter facienda, & nu. 13.*

 13 *Quis*

13 *Quis fuerit Comes rerum priuatarum, & quis rationalis.*
14 *Hodie iure Regio, quomodo facienda eſt delatio, explicatur.*
15 *Secunda rubri pars declaratur, & ſupr. nu. 11.*
16 *Iſtius tituli triplex, mens ſumma, & intentio.*
17 *Totius rubri explanatio.*
18 *Regiarum legum allegatio.*

1 DVAS in partes cōmode diuidi poteſt rubrica noſtra. Prima eſt, ibi: De bonis vacantibus. Secunda, ibi: & de in corporatione. Et pro explicatione, & intellectu primæ notādū eſt, quod multi, va rijque ſunt caſus, in quibus bona publicantur, fiſcoque deferūtur, quorum aliquot cumulat. l. 1. ff. de iure fiſci, & nos etiam cōgeſsimus in rubrica ſupra de iure fiſci, hoc
2 lib. 10. Vbi diximus, fiſcum pluribus bonis conſtare, & ad eum etiā bona vacātia pertinere. Dicuntur autem bona vacantia multipliciter, vt docet Ioannes de Platea, in l. 1. num. 3. infr. eod. Verū in huius tituli tractatu, bona vacantia propriè appellantur ea, quæ fuerunt alicuius defuncti, & fiſco deferuntur, deficientibus hæredibus, legitimiſque ſucceſſoribus, qui vel nō ſunt. vel ſi ſunt, hæreditatem adire nollunt. l. 1. C. de donation. inter vir. & vxo. Nam vbi defunctus hæredem non habet, vltimo loco vocatur fiſcus. l. 1. l. 4. infr. eod. Itaque ſi nec ex teſtamento, nec abinteſtato hæredem defunctus habeat, per cōſequens ſucceſsio eius vocat, & bona effecta ſunt vacantia, debetq; fiſcus, ea proprio iure apprehēdere, & occupare, dict. l. 1. dict. l. 4. infr. eod. l. 1. §. diuus. ff. de iure fiſ-
3 ci. Porrò duplici modo dicitur defunctus hæredem non habere: primo ex teſtamento: ſecundo abinteſtato, quod qualiter contingat, explicat text. in l. 1. ff. de ſuis, & legiti. hæred. & in princip. inſtitut. de hæredibus, quæ abinteſta. defer. Sed obiter, pro aliquali maiori cognitione ſciendum eſt, quod in ſucceſsione abinteſtato conſiderātur tres lineæ, nempè, deſcendentium, aſcendentium, & collateralium, in authent. de hæred. abinteſtat. §. omnis ſucceſsio, collat. 9. l. 2. tit. 13. part. 6. in quibus dantur gradus. l. Iuriſconſultus, & per totum. ff. de grad. & inſtitut. eodem, & fuſius diximus in titulis. ff. de ſuis, & legitim. hæred. & ff. de ſucceſſori ædicto, & vnde vir. & vxor. & alibi ſępæ, & de his tribus lineis loquitur dict. l. 4. infr. eod. ibi: Ex qualibet ſanguinis linea, opportunum autem erat. hic videre, qualis inter has lineas detur ſucceſsio legitima, vel naturalis, ob quas fiſco non fiat locus in bonis vacantibus, quam materiam, quia nimis lata eſſet, omiſſam facio, eamque latiſ-

ſimo

ſimo ſermone proſequitur Piſcator, vltra alios in præfat. l. 4. à nu. 7. ad 32. & nos alibi diximus, Solummodò, pro nunc aduertimus, quòd deſcendẽtes ſuccedũt in infinitũ ſuis aſcẽdentibus in hæreditatibus habita gradus prærogatiua, & ſemper preferũtur, eis autẽ deficiẽtibus, aſcendẽtes ſuccedũt ſuis deſcendentibus, & illis deficientibus admittitur linea collateraliũ, vſque ad decimum gradum, gloſſa in dict. l. 4. & in §. fin. inſtitut. de ſucceſsione cognatio. vbique ab omnibus recepta, quam etiam hodie comprobat. l. 6. tit. 13. p. 6. vbi notat Gregorius, verb. deceno gradu, & poſt omnes iſtos admittitur ad ſucceſsionem vxoris vir, & è conuerſo, iuxta tit. ff. & C. vnde vir, & vxor, vbi fuſius explicuimus, & hoc eſt, quod ſibi vult, dict. l. 4. ibi, vel iuris titulo: qui omnes excludunt fiſcum, nec nõ alij, qui legitimi ſucceſſores appellantur. de quibus loquitur gloſſa in præfat. l. 1. infr. eod. verb. legitimo, & Piſcator in loco modò citato.

4 Et an hodie de iure nouiſsimo Regio, vir, aut vxor, excludat fiſcum, attenta. l. 12. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopi. diſputant Matien. ibi, & Tellus in l. 3. Taur. 3. part. nu. 13. verſ. Ad vnum vollo vobis, &c. Et Piſca

5 tor in præcitata. l. 4. num. 31. Sanè his omnibus lineis, ac ſucceſſoribus legitimis deficiẽtibus, admittitur fiſcus ad ea bona defuncti, quæ antea erant, vel eſſe poterant hæreditaria, & nunc effecta ſunt vacantia, quia nullum dominum habent: vacantiaque dicũtur, quia omni iure, & omni ex parte vacua ſunt ab omni ſpe aditionis hæreditatis, quæ à quolibet ſucceſſore, ex qualibet ſanguinis linea, & quolibet iuris titulo poſsit fieri, dict. l. 1. & 4. infr. eod. dict. lib. §. diuus, ff. de iure fiſci. Nam quãdiu ſit, qui hæreditatem quocũque iure adire poſsit, bona vacantia non dicũtur, ſed hæreditaria iacẽtia, licèt enim hæreditas ipſa, quædam ficta domina cenſeatur, quæ defuncti perſonã repræſentat, in §. ſeruus etiã alienus, inſtitut. de hæredibus inſtit. Deficiente tamen ſpe alicuius hæredis, iam non bona hæreditaria, ſed vacantia appellantur, quia vacua ſunt, carentque illa domina ficta. l. 1. ff. de ſucceſſor. edict. ibi,

6 vt maturius poſsit, &c. Indeque, cum fiſcus capit bona vacantia, nõ dicitur in hæreditate ſuccedere. l. 4. §. eadem conſtitutio. ff. de fideicommiſſ. hæred. iũcta Acurſij expoſitione, ibidem. Id circo non tenetur creditoribus, vltra vires eorum bonorum. l. 1. §. an bona. l. nõ

7 poſſunt. ff. de iure fiſci. Sed ſi aliquam adijt hæreditatem, ſibi delatam, vt quia hæres inſtitutus eſt, ſuccedit vtique in vniuerſum ius defuncti, ob idque tenetur vltra vires hæreditarias, tenet Bart. in l. 1. nu. 4. verſ. ex hoc apparet. ff. de acquir.

acquir. hæred. Vnde non leuis eſt
differentia inter hæreditatem, &
bona vacantia, nam vbi fiſcus in
bonis vacātibus ſuccedit, nec hæ-
res eſt, nec hęreditario iure admit-
titur ad ea, nec defuncti perſonam
repræſentat, & licèt teneatur ſol-
uere æs alienum defuncti, quate-
nus patiuntur bona vacantia (vt
modò diximus) non conuenitur,
vt hæres, ſed tāquam poſſeſſor bo-
norum vacantium, vt docēt Bald.
in l. 1. C. de hæred. vel actione ven
di. Ripa in l. ex facto. §. ex facto, n.
6. ff. ad S. C. Trebellian. & iuxta
8 hæc eſt interpretanda, dict. l. 6. tit.
13. part. 6. ibi: *Eſtonce heredara to-
dos ſus bienes la camara del Rey*:
Nam verbum illud, *heredara*, ſig-
nificat nudam, ac ſimplicem bono
rum occupationem faciendam à
fiſco iure dominij, & vindicatio-
nis, non autem veram hæreditatē
vti. Rectè intellixit Piſcator, hic
9 num. 5. Ex quo ſequitur primò,
quòd fiſco non datur petitio hære
ditatis pro bonis vacantibus, quia
hæres non eſt, ſed rei vendicatio,
vt patet in dict. l. 1. ibi: Fiſci noſtri
rationibus vindicandas, & in dict.
l. 4. ibi: Transferri, iūcta gloſſa, ibi-
dem: vt contra Bart. Bald. & Cor-
neum, & alios defendit Piſcator,
hic num. 6. 7. 8. & in dict. l. 1. num.
10 9. Secundò infertur, quod non te-
netur fiſcus ad reſtitutionem lega
torum, ſed fideicommiſſorum te-
ſtatoris, cuius fuerūt ea bona, quæ
nunc ſunt vacantia in princ. inſtit.
de eo, cui libertatis cauſa bona ad-
dicuntur, & tenet idem Piſcator in
contra alios in dict. l. 4. num. 6. nec
11 non in dict. l. 1. nu. 9. & 10. Igitur
de his bonis vacantibus, quæ fiſco
deferuntur, ob defectum hæredū,
ac legitimorum ſucceſſorum, lo-
quitur prior pars huius rubricæ,
ibi de bonis vacantibus, cui pro-
priè correſpondent, dict. l. 1. & 4.
12 infr. eod. Pro ſecundæ autem par-
tis intelligentia ſciendū eſt, quod
cum plures, varijque ſint caſus, in
quibus bona fiſco deferuntur, vt
ſupra diximus, ex l. 1. ff. de iure fiſ-
ci, & ex alijs locis ſtatim, quod cō-
ſtat, & apparet aliqua bona fiſco eſ
ſe delata, ex qualibet cauſa, & ra-
tione, ſiue ea vacantia ſint, ſiue ali-
ter ad fiſcum pertinentia, debent
fiſco incorporari, id eſt, eius ratio-
nibus adſcribi, ac burſæ fiſcali in-
geri, & patrimonio fiſci adiungi,
& adquiri, ac denique in numerū
aliarum rerum fiſcaliū referri, hoc
enim eſt incorporari, dict. l. 3. & l.
vltima. infr. eod. Indeque incorpo
ratio deſcendit, quæ quidem pri-
mo fiet per Comitem rerum pri-
uatarum, deinde per rationales in
ſingulis prouincijs commorantes,
13 dict. l. 3. Erat autem Comes rerum
priuatarum idem, quod procura-
tor Cæſaris, vt tenet Bart. in dict.
l. 3. & diximus in rubrica. ff. de of-
ficio procurator Cæſaris, & in titu
lo. C. de officio Comitis rerum
priua.

Digitized by Google

priua.& alibi ſæpè, quidquid contra putent Acurſ.& Piſcator, in eadem l.3.num.1.& in l.ſuper creandis, ſupra de iure fiſci hoc lib. Et licèt rationalis, idem ſit, quod procurator Cæſaris, vt diximus in locis modò citatis, & patet ex l.3.ſupra de conueniendis fiſci debitor. hoc lib. iuncta gloſ. ibi, verb. rationalis, & ex l.4. ſupr. de fide, & iure haſtæ fiſcal. hoc lib. ibi: ad rationalem noſtrum. Quandoque tamen rationalis appellatur fiſci procurator, erat enim in qualibet prouincia vnus Comes rerum priuatarũ, id eſt, procurator Cæſaris, & vnus rationalis, id eſt, procurator fiſci, vt docet Bart. in dict. l. 3. ſic intelligẽda per iſtos, ergo magiſtratus, & officiales iubetur fieri ritè, ac ſolẽniter talis bonorum incorporatio, qui quidem ſtylum conſuetũ, obſeruare tenentur: debent namque omnia bona deſcribere in libro, & regiſtro bonorum fiſcalium, quæ ob id bona incorporata dicuntur, l. ſi quis. C. de bonis proſcript. Sed & aliter fieri poteſt eiuſmodi incorporatio, nempè, per armorum Principis deſcriptionem; veluti ſi arma Principis in parietibus depingantur, vt docet Angelus Peruſinus in dict. l. ſi quis, & etiã per poſitionem titulorum, ſuper prædia fiſcalia, vt obſeruat Duarenus lib. 2. Aniuerſar. diſput. cap. 40. & colligitur ex præfat. l. 3. infr. eod. ſic accipienda. Verùmenimverò, quia aliquoties bona ad fiſcũ pertinentia, ſolent eſſe occulta, & abſcõdita, & ita nequeunt fiſco incorporari à iure conſtitutum eſt, vt in eis inueſtigandis magna fiat inquiſitio. l. fin. infr. eod. Idcirco vnicuique de populo, & etiam exterò licitum eſt in fiſcum deferre, ac delatorem eſſe denunciando, ſcilicèt procuratori fiſci talia bona fiſco eſſe delata, veluti, quòd publicata ſint, aut commiſſa, aut vacantia, ſeu caduca, vt in tit. primo ſequenti, vbi Deo duce dicemus. Nam hæc, & alia bona ad fiſci ærarium pertinent, d. l. 1. ff. de iure fiſci. Additus ergò à delatore procurator fiſci, addit ipſe procuratorem Cæſaris, ſeu Comitem rerum priuatarum, qui quidem per certos officiales, & miniſtros de curia miſſos vrget Præſides prouinciarum; in quibus non ſunt fiſci, neq; Cæſaris procuratores, ad hoc, vt huiuſmodi bona Præſides, ipſi debeant diligenter inquirere, ac deſcribere præſente fiſci patrono propoſito, videlicèt proclamate, quo citentur generaliter omnes, qui velint contradicere bonorum incorporationi, dict. l. fin. non enim eſt facienda, niſi priùs data reclamandi copia conſtiterit neminem, ea bona poſsidere, vel iure vẽdicare poſſe, & fiſco locum datũ eſſe audiendi: namque ſunt terrij poſſeſſores; ea bona, vel in eis ius aliquod prætendentes, l. defenſionis facultas:

ſupra de iure fiſci, hoc libro 2. de vnoquoque. ff. de ſentent. & re iu-
14 dic. Hodie autem iure Regio in hac delatione bonorum fiſcalium facienda neceſſe eſt, vt ſcriptis delator nuntiet cauſam confiſcationis procuratori, ſeu aduocato fiſci, niſi notoria res ſit, aut iuſſu Principis ex officio procedatur, ex l. 3.
15 tit. 13. lib. 2. nouæ Recopil. De iſta ergo bonorum fiſcalium incorporatione loquitur hæc pars ſecunda rubri, ibi: Et de incorporatione, quam propriè reſpiciunt dict. l. 3. & fin. Quæ quidem ſecunda pars non ſolum bona vacantia comprehendit, ſed & alia omnia, quæ ex quacumque cauſa fiſco deferuntur, vt expreſsim probant præfata iura in dict. l. 3. ibi: Si quando, alicuius publicatione, aut ratione iuris, &c. Et in dict. l. vltima, ibi: Si vacantia, vel alio modo bona delata
16 legibus. De omnibus náq; huiuſcemodi bonis fiſcalibus agit huius tituli nigrum, cuius triplex ſumma, mens, & intentio, hæc eſt. Primò enim ſtatuit, quod bona vacãtia deficiente legitimo ſucceſſore, fiſco, & non ciuitatibus, vel alijs deferantur, in dict. l. 1. & 4. Deinde, & ſecundò, quod non tantum bona vacantia, ſed omnia alia, ex quauis cauſa fiſco delata, fiſco incorporentur, ac cum cæteris eius bonis coniungantur, & vt magna inquiſitio in his inueſtigandis citatis, his quorum intereſt præcedat, eiuſmodi incorporationẽ, qualiterque, & per quos ea fieri debeat, dict. l. 3. & fin. Vltimo, & tertio, quid comprehendatur in donatione omnium bonorum à Prin-
17 cipe facta, l. 2. inf. eod. Ex quibus iã iam verba huius rubri, ita explanare poſſumus, de bonis vacantibus, &c. Id eſt titulus 10. qui tractat de bonis vacantibus, hoc eſt, de his, quæ ob defectum hæredũ, & legitimorum ſucceſſorum, fiſco deferuntur, docetque qualiter fiſco adquirantur, & de incorporatione, id eſt, oſtendit qualiter præfata bona vacantia, & alia ex quacumque cauſa ad fiſcum pertinentia, debeant fiſci patrimonio incorporari, id eſt, adiungi, & in numerum cæterarum rerum fiſcalium referri, & adſcribi. Et facit d. l. 6. tit. 13. part. 6. vbi Gregor. gloſ. 9. & dict. l. 3. tit. 13. lib. 2. nouæ Regiæ compoſitionis, & vide, quæ allegat Sebaſtianus Ximenez in concordantia vtriuſque iuris ad hunc titulum.

Titulus XI.

De delatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Verbũ deferre, quid ſignificet.*

2 *Delator, quis ſit, & cur,*

cur ſic appelletur.

Quis poſsit eſſe delator, vel non. & num.6.

4 *Differentia inter delatorem, & accuſatorem, ſeu actorem.*

5 *Delationes, quomodo facienda, & dict. num.4.*

7 *Quibus pœnis praui, aut calumnioſi delatores puniantur, & quando ab eis excuſentur, tametſi in probatione defecerint.*

8 *Iſtius tituli ſumma, atque intentum refertur.*

9 *Rubrum declaratur.*

10 *Differentia inter hunc titulum, & illũ infra de his, qui ſe deferunt, tradditur.*

10 *Citantur Regia conſtitutiones de praſenti materia agentes.*

1 VERBVM defer
re, quam plures
habet ſignificatio
nes, quarum ali-
quot cõgerit glo.
hic, quæ in hoc ab omnibus voca-
tur magiſtra, & latiſsimè proſe-
quitur Odofredus, hic: Pluraque
alia ſignificata, traddit nouiſsimè
Rebuffus in l. delata hæreditas. ff.
de verbor. ſignific, ſed in huius ti-
tuli tractatu deferre in fiſcum ſig-
nificat, fiſco aliquid nũtiare, vel in
fiſcum nuntiare, indeque delator
2 appellatur ille, qui in fiſcũ. Quid-
quam ipſius fiſci gratia nuntiat, l.
44. ff. de iure fiſci, ſiue bona ad fiſ-
cum pertinentia nuntiauerit, ſiue
crimen aliquod, l. vltima, infr. eod.
Itaque qui defert, & nuntiat in fiſ-
cum, bona vacantia, caduca, cõ-
miſſa, theſaurum inuentum, va-
ga, mancipia, tacita fideicommiſ-
ſa, & denique alia bona, quæ quo-
uis iuris titulo, & ex qualibet cau-
ſa ad fiſci ærarium pertinent, iuxt.
l. 1. ff. de iure fiſci: delator dicitur,
nec non qui crimina defert. l. 1. l.
omnes, l. fin. infr. eod. d. l. 44. ff. de
iure fiſci, idque verum eſt, quid-
quid ſenſerit Acurſ. hic, qui vide-
tur, dumtaxat ad bonorum vacan
tium delatores, hunc titulum re-
ſtringere, & delator vocatur, quaſi
detector detegit enim ea, quæ la-
tent, & ad fiſcum pertinent in ip-
ſum deferendo, & nuntiando, l.
ædicto 13. ff. de iure fiſci, ibi: id autẽ
3 deferri. Poteſt autem eſſe delator
quilibet, niſi reperiatur prohibi-
tus (cum in his delationibus publi
ca verſetur vtilitas) non quidem,
vt actionem, vel accuſationẽ pro-
ponat ad commodum ipſius fiſci:
4 id enim prohibitũ eſt à lege, quæ
non ſinit aliena actione, quemquã
ſine mandato in iudicio experiri,
l. ſi pupillus, l. ſoluendo, ff. de nego
tijs geſtis, ſed vt denuntiet procu-
ratori fiſci, quod talia bona ſint fiſ-
co delata, & occulto latẽt, vel quod
tale delictum, & crimẽ cõmiſſum
ſit, vt tradit Bald. in rubr. de iure
fiſci, ſupra hoc lib. nu. 5. Piſcator in
l. 5. num. 4. ſupr. tit. proximo. Vn-
de manifeſta eſt differentia, quæ
inter

inter delatorem , & accuſatorem,
ſeu actorem verſatur , quod dela-
tor nullam proponit actioné , vel
accuſationem in iudicio , ſed ſolũ
deſert , & nuntiat in fiſcum : *Ha-
ziendo ſaber al fiſcal , como en tal
parte eſtan bienes eſcondidos , que
pertenecen a la camara del Rey , o
a ſu corona Real, o que en tal parte
fulano ha cometido algũ delito.* At
accuſator, vel actor in iudicio expe
ritur propoſita, ab eo actione , vel
5 accuſatione . Porrò delatores , ita
munus ſuũ expedire debent, quod
ſuas delationes faciãt. inſcriptis ex
primentes , bona , perſonam, locũ
& tempus, crimé, aliaq; neceſſaria,
vt docent Auguſt. ad Angelum in
tract. de maleficijs, verb. nec nõ, &
ad denũtiationé , & AEgi. Boſius
in praxi, tit. de denũtiatione, n. 14.
& probat hodie, l. 3. tit. 13. lib. 2. Re
6 co. Sanè multi ſunt, qui arcentur à
munere delationis, quos enumerãt
Acur. & DD. hic, & in præalleg. l.
fin. infr. eod. Et I.C. in l. deferre nõ
7 poſſunt. ff. de iure fiſci. Delatores
planè, ſi in probatione defecerint,
varijs pęnis puniũtur, etenim ſunt
infames, l. ex varia, infra eod. & te-
net Acurſ. hic. Quinimo ſi in facié
dis calumnioſis delationib' perſe-
uerent, capite plectuntur , attenta
magis conſuetudine delinquendi,
quam ipſius delicti atrocitate, l. pe
nultima, infr. eo. iũcta gl. fin. ibid.
Rurſus pęnam talionis patiuntur,
id eſt, ſimilitudinem ſuplicij. Vi-
delicèt, vt teneantur rèddere fiſco
de bonis ſuis, tantundem quãtum
erat, quod in delatione veniebat, l.
Senatus. §. diuus, l. Arrianus Seue-
rus 42. ff. de iure fiſci. Verùm pę-
na hæc talionis in deſſuetudinem
abijt, vt tradit Couar. lib. 2. varia.
cap. 9. nu. 1. vt ſic caueas à Lucas de
Penna, hic, colum. 2. teſtãte, etiam
hodie in delatoribus pęnam talio-
nis vigere. Incurrunt etiam dela-
tores calumnioſi alias pęnas, vt do
cent interpretes in l. 2. 3. 4. 5. infra
eod. & hodie per legem 5. d. tit. 13.
lib. 2. nouæ Recopi. iubetur, quod
etiam in expenſis , & alijs pęnis à
iure ſtatutis condemnẽtur , quam
l. explicat Piſcator hic, 8. 9. 10. A
quibus omnibus pęnis, quandoq;
delatores varijs, ex cauſis excuſan-
tur, tametſi in probatione defece-
rit, l. 2. ff. de iure fiſci , & plurimas
cõgerit Odofre. hìc ex nu. 21. & A-
cur. in d. l. ex varia. verb. nõ teneã-
8 tur, inf. eo. His ita explicitis, ac prę
miſsis, intellige, ꝙ ſub hoc tit. hæc
cõtinentur, & decidũtur , vt ſi ali-
quid relinquatur incapaci tacite,
poſsit delator in fiſcũ nũtiare, atq;
deferre, l. 1. Ité vt qui deferũt ex ne
ceſsitate officij , & muneris ſibi in
iũcti, vel ex iudicis pręcepto nullas
incurrãt pęnas, etiã ſi in probatio-
ne defecerint, l. 2. Deinde., vt qui
ad ſui defenſionem in iudicio aſſe-
rit alium rem fiſci poſsidere non
videtur eſſe delator, l. 3. Rurſus,
qui reipublicæ , id eſt , fiſci cauſa
in

Digitized by Google

in iudicio cauſas defendunt, vt calumnioſi.vel iniuſti delatores non puniuntur,l.4.Prætereà, quod nullus delator, ad delationem faciendam admittatur ſine fiſci patrono,& aduocato, & qui iniuſte, & calumnioſe deferunt capite plectū tur,l.5. Et tādem, quod ſeruus delator eſſe non poteſt aduerſus dominum,niſi in crimine læſæ maieſtatis, aliàs ſeuerißimè punitur, etiamſi obiecta probauerit, dict.l. fin. Ad cuius intellectū, vide Piſcatoré,ibi:hæc ſunt in ſumma, quæ hoc tit. proponuntur, ex quibus percipitur eius intentum,quod nihil eſt aliud, quàm docere caſus in quibus habeat locum delatio, vel non,dict.l.1.dict.l.3. & fin. & cum iniuſte,vel calumnioſè fit,qualiter delatores puniantur, vel non, & à pœnis excuſentur,etiam ſi in probatione defecerint,dict.l.2.infr.eo. Qualiterque facienda delatio ſit,d. l.5.d.l.4.quique delatores eſſe non poſſunt, dict.l. fin. Ex quo plana, claraque redditur rubrica noſtra, quam hoc tenore explicabis, de

9 delatoribus, id eſt, titulus 11. In quo tractatio eſt de delatoribus, hoc eſt, de his qui in fiſcum deferunt bona ad eum pertinentia,ſiuè nuntiant crimen aliquod perpetratum eſſe, atque cōmiſſum.

10 Differt autem is titulus ab illo, infra de his, qui ſe deferunt, hoc lib. 10. In hoc, quod hic loquitur de ijs,qui alios deferunt, ille verò de his,qui ſe ipſos deferūt, cum poſſident aliqua bona ad fiſcum pertinentia,vt dicemus. Et conducūt ad præſentem materiam,l. 6.tit. 2. part.3.l.3.4.5.8.dict.tit.13.lib.2.nouæ Recopilat.quarum non meminit Ximenez,ibi:Vide etiam, quæ ſcripſi in tit.de curioſis, & ſtationarijs,infr.lib.12.

Titulus XII.

De petitionibus bonorum ſublatis.

SVMMARIVM.

1 *VAria rubri inſcriptio, & vera refertur.*

2 *Ex varijs, multiſque cauſis bona fiſco deferuntur, & remiſsiuè.*

3 *Iſtius tituli, mens, intentio, & ſumma.*

4 *Rubricæ verba, reſtringuntur, & explicantur.*

5 *An hodie iure Regio nouiſsimo is titulus correctus ſit necne, diſſeritur.*

1 PRæſentis rubri litera, & inſcriptio varia, & multiplex in Codicibus reperitur, vt notant hic Acurſius,Ioānes de Platea, & Cuiacius, ſed ea ſanior

ſanior eſt, quæ ita concipitur, de
2 petitionibus bonorũ ſublatis. Ad cuius, & totius tituli intelligentiã, ſciendum eſt, quod ex varijs, multiſque cauſis bona fiſco deferuntur, acquiruntur, eiuſque patrimonio incorporantur, l. 1. ff. de iure fiſci, & latiùs diximus in tit. ſupra de iure fiſci, & ſupra de bonis
3 vacantibus, hoc lib. 10. Vtputa bona caduca, vacantia, & alia, ſolebãt autem multi homines, huiuſmodi bona à Principe petere, & impetrare, id eſt, ei ſupplicare, vt ea eis donaret, & in hoc liberalitatem, erga eos exerceret. Verùmtamẽ, quoniã eiuſcemodi petitiones fiſco, potiùs damnum, & detrimentum, quàm vtilitatem afferebant, idcirco per hunc titulum, eiuſque leges, & conſtitutiones ſublatæ ſunt, atque vetitæ, & hæc eſt eius, mens, & intentio, vt probat, l. 1. infra eod. qua cauetur, quod ſi bona ſint delata, vel acquiſita fiſco, ex crimine, læſæ maieſtatis peti non poſ ſunt à Principe, & petentes puniũtur, & conceſsio eorum bonorum nulla eſt, ſecus autem erit ſi Princeps, proprio motu ex liberalitate ea concedat, valeuit enim talis donatio. Petitiones enim dumtaxat ſublatæ ſunt non liberalitates, tit. infr. ſi liberalitatis Imperialis ſocius, &c. infr. hoc lib. vbi, Deo duce dicemus, & l. 2. infr. eod. qua ſtatutum eſt, quod illicita ſit petitio, ſeu impetratio Imperatori facta, atque ipſius Principis conceſsio, nulla rerum fiſcalium, & ad ius publicum pertinentium, & vt quæſtores, Comites rerum priuatarũ, memoriales, alijque fiſci, ſeu Imperatoris officiales, huic petitioni adſiſtentes pœnis grauioribus puniantur. Itaque de tollendis, prohibendiſque bonorum fiſcalium, & ad ius publicum, ſeu rempublicã pertinentium, petitionibus dumtaxat, hic titulus eſt, non de peti-
4 tionibus aliorum bonorum. Quãquam enim præſentis rubri, verba generalia ſint, & indefinite prolata, & quæ omnem omnino petitionem bonorum omnium interdicere videbantur, tamen non ita ſunt generaliter accipienda, cum multæ bonorum petitiones in iure permiſſæ ſint, vt aduertit Acur. in l. fin. infr. eod. in gloſ. fin. ſed hęc generalitas, & indefinitus ſermo rubricæ, recipit neceſſariam reſtrictionem, & determinationẽ à ſuo nigro, in quo ſola petitio bonorũ fiſcalium, rerumque ciuilium, & ad rempublicam expectantiũ tollitur, & prohibetur, vt patet in dict. l. 1. & 2. infr. eod. Ex quo deducitur talis ad idem rubrum expoſitio, de petitionibus bonorum ſublatis, hoc eſt, titulus 12. in quo quidem agitur de petitionibus bonorum, ſcilicèt, fiſcaliũ, vel ad ius publicum, ſeu rempublicam pertinentium Principi intimatis, ſublatis, id eſt, tollendis, & prohibẽdis;
iube-

Digitized by Google

ſubeturque non poſſe fieri tales petiones,& non vallere ſuper eis à Principe factas liberalitates, & cõceſsiones: & conuenit huic tractationi,l.29.tit.18.p.3.vbi Gregor.
7 glo.2.& vlt. An autẽ hic titulus iure Regio nouiſsimo procedat, dubitari poteſt ſtantibus, l.10. tit.10. lib.5.& l.1.tit.26.lib.8. Regiæ nouæ compilationis, quibus probatur,poſſe Principem facere donationem , & conceſsionem bonorũ fiſco acquiſitorum , nomine pœnæ,aut alia ratione,dummodò ſuper his confiſcandis lata ſit ſententia per iudicem cõpetẽtem,quæ in rem iudicatam tranſiuit,& bona ſint iam fiſco incorporata. Et ſic videtur permiſſas eſſe bonorũ fiſcalium petitiones , & ad eas factas à Principe conceſsiones, & cõſequenter præſentem titulũ correctum,& reuocatũ eſſe. Sed nihilominus incorrectus, atque intactus manet,vigetque in ſui obſeruãtia. Neque obſtant duæ præfatæ Regiæ conſtitutiones, quarum deciſio ſic eſt accipiẽda,vt iuribus huius tituli potius concordet, quàm aduerſetur, vt videlicèt ſtantibus illis ſuis requiſitis permittant,eam bonorum conceſsionẽ, quãdo motu proprio eam Princeps facit, & non ad partis petitionẽ, iuxt.d.l.i. infr. eod. vel ſi ad partis petitionẽ vtatur, ſanè his clauſulis non obſtantibus legibus huius tituli, vel certæ ſcientiæ, aut motu proprio, vti rectè interpretatur Piſcator in d.l.2.nu.4.infr. eod. Et præcitatas leges Regias non allegar Sebaſtia. Ximenez in concordãtia vtriuſq; iuris ad hunc titulum.

Titulus XIII.

De his qui ſe deferũt.

SVMMARIVM.

1 DElatorum duplex genus, & de quibus loquatur titulus ſupra de delatoribus.
2 De præmio delatorum, & nu. 35
3 De quibus delatoribus is titulus agit,eiuſque ſumma refertur.
4 De quorum bonorum delatoribus loquatur hic titulus.
5 Rubrica declaratur.
6 Cuidam obiectioni reſpondet.
7 Lex Regia præſenti materia cõſonans, allegatur.

1 DElatores , qui ſint, expoſitũ nobis eſt intra in tit. de delatoribus , hoc libro, quorum duplex genꝰ eſt. Quidã enim ſunt, qui alios deferunt, de quibus eſt titulus ille ſupr. de delatoribus,
2 vbi diximus. Alij,qui ſe ipſos deferunt,vtputa ſi quis legatarius , vel hæres tacitè à teſtatore grauatus

Digitized by Google

ſit de fideicommiſſo reſtituendo
perſonæ incapaci, & in fiſcum de-
fert, eique nũtiat qualiter eiuſmo-
di tacitum fideicommiſſum in ca-
paci ſit relictũ, & quod ad ipſum
2 fiſcũ pertinet. Nec par eſt vnius, &
alterius delationis, in conſequẽdo
præmio, nam qui deferunt, alios
non eadem præmia obtinent, quę
dantur ijs, qui ſe ipſos deferunt,
ſed alia, vt docet Bart. in l. ſi quis
delatorem, §. Senatus. ff. de iure
fiſci, Cuia. in l. vnica, infra hoc ti-
3 tulo. Et de his, quĩ ſe ipſos deferũt,
ac detegunt in fiſcũ nuntiantes, ſe
aliqua bona ad fiſcum expectantia
habere, & poſsidere is titulus agit,
quo cauetur eum cuius tacitæ fi-
deicommiſſa fuerit hæreditas, vt
eam incapaci reſtituat, teneri ſta-
tim fiſco nuntiare coram Cæſa-
ris procuratore, quod ſi ita fece-
rit tertiã portionem ex omnibus
defuncti bonis præmij cauſa habe
bit, quod ſi fuerit vxor defũcti in-
capax, cui quidquam tacitè reli-
ctum ſit, & ipſa in fiſcum deferat,
ac nũtiet, dimidiam partem præ-
mij loco conſequetur, ac facta di-
uiſione inter eam, & fiſcum dabi-
tur ei obtio, & electio, cælantes ve
rò, & occultantes bona, ne in fiſcũ
deferantur in amiſsione, & publi-
catione bonorum ſuorum puniũ-
tur, d. l. vnica, infr. eod. quæ id cõ-
4 tinet in ſumma: & quãuis ſolum-
modò videatur loqui in tacitis fi-
deicommiſsis, & relictis, nihilo-
minus tamen extendenda eſt, &
porrigenda ad omnia bona, quæ
ex qualibet cauſa, & ratione ad
fiſci ærarium, ac patrimoniũ per-
tinent, iuxta l. 1. ff. de iure fiſci, &
quæ diximus, in titulo de iure fiſ-
ci, ſupra hoc lib. & alibi ſepe, vn-
de in delationibus quorumcun-
que bonorum ad fiſcum expectan
tium, procedit hic titulus, nec ſo-
lum ad tacita fideicõmiſſa reſtrin-
gendus eſt, & exempli gratia de
tacito fideicommiſſo, tantum lo-
cutus fuit. Et in hoc ſenſu, etiam
accipiendus eſt dict. titulus, ſupra
de delatoribus hoc lib. Et hæc eſt
propria mens, atque intentio, &
hic finis, & ſcopus huius vtriuſ-
que tituli, ex quibus elicitur pla-
na, claraque ad præſens rubrum
expoſitio: de his qui ſe detulerunt,
quaſi iuris conditores, ita inſcrip-
5 ſerint, tit. 13. qui agit de his, qui ſe
deferunt, hoc eſt de delatoribus,
qui nuntiant fiſco ſe bona aliqua
ad eum pertinentia, poſſidere, ad
hoc vt fiſcus ea capiat, & ſuo pa-
trimonio incorporentur, oſtẽdit-
que corã quo ſit facienda talis de-
latio, & ex ea, quæ præmia huiuſ-
6 modi delatores conſequãtur. Sed
obſtat hæc obiectio, videtur nam-
que quod hoc rubrum non cõue-
niat nigro, etenim hęres tacitè ro-
gatus reſtituere hæreditatem inca
paci (de quo loquitur, d. l. vnica)
non ſeipſum, ſed alium videtur
deferre, ac prodere, nempè, inca-
pacem.

Digitized by Google

pacem, cui facienda eſſet talis hæreditatis reſtitutio, ſi non proderetur. Cui tamen reſpondetur, quod ſe ipſum in hoc caſu, etiam defert duplici ratione. Altera, quia ipſe habet, ac poſsidet bona, quæ rogatus fuit à teſtatore reſtituere. Altera, quoniã ſi ea occultat, nec defert punitur, vt in d.l. vna, pro-
7 batur. Et conſonat præſenti tit. l. 14. tit. 7. part. 6. vbi Gregorius, 1. ſcolio docet, vbi hodie iure Regio, & coram quo tribunali faciendæ ſint eiuſmodi delationes.

Titulus XIIII.

Si liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit.

SVMMARIVM.

1 *HÆredes, vel ſunt ex teſtamento, vel ab inteſtato.*

2 *De qua ſocietate loquatur is titulus.*

3 *Quid cautur hoc titulo, & eius ſumma, oſtenditur.*

4 *De eius ampliationibus nonnihil tractatur.*

5 *Reprehenduntur Doctores hic de iure accreſcendi differentes.*

6 *Vera rubrica litera refertur, & exponitur.*

7 *An hodie is titulus iure Regio correctus ſit, necne?*

1 SCiendũ eſt, quod hæredes ſunt in duplici differentia: quidam ex teſtamento ſuccedẽtes: alij ab inteſtato ex teſtamẽto, veluti cũ quis in eo hæres inſtitut' eſt directè, iuxt. text. ff. & C. & inſtit. de hæredibus inſtituendis, vel obliq;, vtputa, cũ relicta eſt hæreditas, per vniuerſale fideicõmiſſũ iuxta tit. ff. & C. ad S.C. Trebellia. & inſtitut. de fideicommiſſarijs hæredita. ab inteſtato, vt quando defunctus, nullo facto teſtamento deceſsit, vel aliter ab inteſtato mortuus eſt, iuxt. l. 1. ff. de ſuis, & legitim. hæredib. quo caſu ſuccedunt ei. Primò deſcendentes, ſine gradus limitatione, Deinde aſcendentes. Tertiò collaterales, vſque ad decimum gradũ cognationis, ac tandem vir, aut vxor, & his omnibus deficientibus, admittitur fiſcus ad bona vacantia, vt fuſius diximus in titulo, ff. de ſucceſſorio ædicto, & in tit. de bonis vacantibus, ſupr. hoc lib. & alibi ſępè. Et hoc ſit primũ fundamentum pro iſtius tituli introi-
2 tu. Deinde, & ſecundò prænotandum eſt, quod in iure noſtro multipliciter ſolet ſocietas contrahi, ex multis, variſque generalibus

cauſarum, ſiuè expreſſe, ſiuè tacite, & vnius rei particularis, & etiã totorum, & vniuerſorum bonorũ, iuxt. tit. ff. & C. pro ſocio, vbi diximus, & inſtitut. de ſocietate. Verùmtamen de ea tantum ſocietate is titulus agit, quæ inter donatarios, ſeu condonatarios, contrahitur, quibus donatio, aliqua liberalitas, & munificientia ab Imperatore facta eſt pro indiuiſo, quæ in præſenti rubro liberalitas Imperialis vocatur, veluti ſi Princeps, aut Imperator, duob', pluribusvè perſonis, fundum, domum, Caſtrum, vel quid aliud donauerit in cõmuni nulla facta diuiſione, tales enim donatarij, ſocij, & conſortes vocantur, vt indicat rubrica noſtra, ibi:
3 ſocius, & l. vnica, infr. eod. Qua in ſumma cautum, ac definitum eſt, vt ſi alter ex ijs ſocijs, & donatarijs deceſſerit nullo hęrede relicto pars rei à Principe donatæ, quæ ad hũc defunctum pertinebat, perueniet ad alterum ſocium ſuperſtitem. Quæ lex ibi, nullo hærede relicto, exponenda eſt, id eſt, deficientibus hæredibus ex teſtamento, & abinteſtato deſcendentibus, aſcendentibus, collateralibus, & viro, atque vxore, admittitur ſocius ad eam partem fiſco excluſo, & is eſt verior ſenſus præfatæ. l. prout docet ibi Acurſius, verbo, hærede, ſecunda ſolutione, eumque ſequuntur Bartolus, Platea, Rebuffus, & alij communiter, & Piſcator, numer. 5. & 20. Quidquid contra putet gloſſa in l. 1. C. vnde
4 vir, & vxor, verbo, naturalis. Ampliatur autem iſta lex, eiuſque deciſio multipliciter, vt docent Doctores, ibi ordinarij, & Curtius Senior, conſil. 49. numer. 50. verſic. modo ſic, Socinus Iunior, conſil. 73. numer. 7. lib. 1. Et inter cæteras ampliationes, illa potiſsima eſt, vt procedat in donatione, ſeu liberalitate à Principe facta, ſiue ipſe proprio motu, & nullo petente eam faciat, ſiue ad inſtantiam, ac petitionem alicuius eam conferat: nam cum lex illa generaliter, & indiſtinctè loquatur, ita accipienda eſt, abſque vlla reſtrictione, l. de pretio. ff. de Publiciana: idque veriſsimũ eſt, quidquid contra putet Acurſius in eadem l. vna, 1. ſcolio, qui vult, vt dumtaxat illa deciſio procedat in donatione à Principe proprio motu, ac nullo petente facta. Citatque ad id l. 1. de petitionibus bonorũ ſublatis, ſupr. hoc lib. (Licèt corrupti quidã Codices mendoſam habeãt hanc Acurſi allegationẽ, ſub tit. 1. ſuperiori) eumq; ſequitur Bald. ibi, nu. 2. & alij tranſeunt cũ eo. Fallitur enim, quia nequit, abſq; manifeſto vitio, eiuſmodi reſtrictio admitti, niſi in caſibus, in quib' petitiones bonorũ fiſcaliũ ſublatę ſũt, de quibus eſt, d. tit. de petionib. bonorũ ſublatis, ſupr. hoc lib. & ibi diximꝰ: tũc enim admittẽdã exiſtimo hãc

Acurſi

Digitized by Google

5 Acurſij reſtrictionem. Sanè Acurſius, & DD. communiter immiſcent materiam, ac terminos iuris accreſcendi, cum huius tituli tractatu, ſed fruſtra, & extra rem, id eos feciſſe exiſtimamus: nam in d. l. vnica, infr. eod. non proponitur materia iuris accreſcendi, ſed potius ſucceſsio delata ſocio in ſolatium amiſi conſortis defuncti, vt inquit Bald. hìc, & in l. ſi qua. C. ad S.C. Tertullian. quia portio ſocij mortui non vadit ad collegam iure accreſcēdi, ſed iure ſucceſsionis delato authoritate illius legis, ratione illius ſocietatis, quæ in ipſa donatione fuit cōtracta, quemadmodum etiam in nauicularijs decurionibus, militibus, fabricenſibus, & cohortalibus, ſimile ius delatæ ſucceſsionis auctoritate legis inductum eſt, ex toto titulo. C. de hæreditatibus decurionū, &c. (In cuius rubro vide, quæ diximus) nec non in clericis in l. ſi quis Preſbyter. C. de Epiſc. & clericis, vnde fruſtra laſati ſunt interpretes in inculcāda, & immiſcenda materia
6 iuris accreſcendi cū iſta. Illud autē animaduertēdum eſt, quod iſtius tituli rubrum olim ita inſcriptū erat, ſi petitionis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit, & hoc modo inueniebatur in Codice Theodoſiano, quia illo tēpore petitiones bonorū fiſcalium ſublatæ non erant, ſed quoniam poſtea ſublatæ fuerunt per dictum tit. ſupr. de petitionibus bonorū ſublatis hoc lib. Idcirco Tribonian mutauit illud, inſcripſitque, prout nunc iacet, ſcilicèt, ſi liberalitatis Imperialis, &c. Quam literam, vt exponamus, & conſtruamus, priùs animaduertimus, eam imperfectam habere orationem, & ſic imperfectū ſenſum, licèt tamen eam, ex d. l. vnica, hoc modo ſupplere, ſi liberalitatis, &c. Id eſt tit. 14. qui docet, atq; conſtituit, ſi liberalitatis Imperialis ſocius, ſine hærede deceſſerit, quis debeat ſuccedere in parte ipſius ſocij defuncti, hoc eſt, ſi alter ex ſocijs, & donatarijs liberalitatis Imperialis, id eſt, donationis eis ab Imperatore factæ in communi mortuus ſit ſine hærede ex teſtamēto, & abinteſtato, quis debeat ad eius ſocij defuncti partē admitti, quaſi dicat admittitur enim alter ſocius ſuperſtes vnus, vel plures, excluſo fiſco. Et quid ſit liberalitas defini-
7 tionis in l. 18. tit. 5 p. 2. An autem hic titulus hodie iure Regio procedat, necne? Poterit quis meritò dubitare ſtante, l. 6. titul. 13. partit. 6. Quæ quidem, poſtquam ad ſucceſsionem abinteſtato vocauit virum, & vxorem vltimo loco vocat fiſcum ad bona vacantia: vnde videtur, quod in caſu in quo loquitur is titulus, non admittatur ſocius, & donatarius ſuperſtes, ſed potiùs fiſcus, & per conſequens, hic titulus correctus, & abrogatus ſit.

Digitized by Google

Nihilominus tamē exiſtimo, correctum non eſſe, & hodie in praxi ſeruādum fore, ſi caſus occurrēret, cum legum correctio vitanda ſit, l. præcipimus. C. de appellationibus, ex aliiſque rationibus, quas in ſimili quæſtione adduximus in tit. C. de hæreditatibus decurionū, vbi legere potes. Nec obſtat præfata, l. 6. tit. 13. p. 6. Nam illæ Regiæ cōſtitutiones loquūtur de iure ordinario, & communi Regio, noſter verò titulus de iure ſpeciali, quod quidem à generali, & ordinario nunquam videtur excluſum, niſi expreſsim, & ſingulariter excludatur, argum. text. in l. poſtquam liti. C. de pactis, vbi glo. & latè Iaſ. & alij, & facit l. 7. C. de bonis, quæ liberis. Quod menti retinendum eſt, quia à nemine vidi, hanc quæſtionem adhuc ventilatam, nec memoratam, ad quam etiam legenda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo, quando, & quibus quarta pars debeatur, infr. hoc lib. io. in quæſtione ſimili.

Titulus XV.

De theſauris.

SVMMARIVM.

1 *HÆC dictio, theſaurus, duplici modo inuenitur ſcripta.*

2 *Theſauri definitio, & etymologia.*

3 *An olim liceret theſauros quærere.*

4 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio, tradditur.*

5 *Rubrum declaratur.*

6 *Qua actione theſaurus petatur.*

7 *An iure Regio is titulus correctus ſit in ſua deciſione, latè diſputatur, declarāturque duæ Regiæ leges, & conſtitutiones.*

1 Dictio hæc, theſaurus, duplici modo inuenitur ſcripta. Primò, litera enim addita, ſic theſaur', & hoc modo legitur in pandectis Florētinis. Secūdo detracta prefata litera, nēpè, theſaurus, & hæc eſt frequērior, vſitataque lectio, vt patet ex noſtro titulo, & docet Anton. Auguſtinus lib. 2. emenda. c. 6. Eſt autē theſau-
2 rus verus, quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat: ſic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit, alioquin ſiquis aliquid, vel lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra non eſt theſaurus, cuius etiam furtū fit: verba hæc ſunt I.C. in l. nunquam nuda. §. theſaurus. ff. de acquir. rerum dominio. In qua deſcriptione non intelligas appellatione pecuniæ venire, dumtaxat monetā, ſed omnia quæcumque bona mobilia,

bilia,quæ ſub terra, vel in loco oc-
culto abdita inueniuntur: eſt ete-
nim lata pecuniæ ſignificatio, vt
diximus in rubr. ff. de cõſtituta pe
cunia,& in tit. C. de prohibita ſe-
queſtratione pecuniæ: vnde Impe
rator Leo in l. vnica, infr. eod. the-
ſaurũ definit, dicens: theſaurum, id
eſt, condita ab ignotis dominis tẽ-
pore vetuſtiori mobilia, aliàs mo-
nilia, quibus ſanè verbis theſauros
vocat nõ ſolum pecuniam in loco
abdito recõditam, ſed etiam quæ-
uis alia pretioſa, vt opes aliàs abdi
tas, & abſconditas, quà de re legen
dus eſt Alciatus, lib. 4. de verbo-
rum ſignificatione, & lib. 7. Parer-
gon. cap. 1. qui optime hanc vo-
cẽ theſaurus interpretatur, dedu-
citque eius etymologiam: enimve
rò theſaurus donum fortunæ ap-
pellatur in l. ſi is, qui in aliena. ff. de
acquir. rerum dominio, & benefi-
3 cium Dei, in d. l. vna, infr. eod. His
ſic prænotatis ſciendum eſt, quod
ante hanc legem, & conſtitutionẽ
nulli licitum erat, nec permiſſum
data opera, & ex propoſito theſau
ros quærere, etiam in proprijs lo-
cis, niſi id Princeps ſpeciali benefi-
cio indulgeret, alioquin totus the-
4 ſaurus ita quæſitus, & inuẽtus ac-
quirebatur fiſco, probat l. 1. ff. de
iure fiſci, ibi: vel quod theſaurum,
quis dicat inueniſſe, ſic intelligen-
da reiectis multis, varijſque ad illũ
textũ ſuppletionibus, & vaticina-
tionibus: ſatiſque oſtendit Iuſtinia
nus in §. theſauros, inſtitut. de re-
4 rum diuiſ. Verùmenimverò præ-
fata lege vna, infra eod. aliud ius,
& quidem nouum conſtitutum,
ac definitum eſt, qua quidem in
ſumma hæc propoſitio, atque di-
ſtinctio talis proponitur, pro obti-
nendo theſauro, nulli licèt Impera-
tori ſupplicare, nam aut quis in lo
co ſuo theſaurũ inuenit, & totus
eſt ipſius inuẽtoris (niſi arte magi-
ca, & incantationibus ſuperſtitio-
ſis quærat, tunc enim acquiritur
fiſco) & hoc caſu fruſtra precibus
impetratur, quod iure cõmuni cõ
ceſſum eſt, aut inuenit in alieno lo
co, & tunc, aut data opera ex pro-
poſito, & totus acquiritur domi-
no loci, in quo inuentus eſt theſau
rus: tametſi eius voluntate ſit data
opera ab inuentore, aut nõ ex pro
poſito, nec data opera, ſed caſu for
tuito, & tunc acquiritur vtrique,
& domino loci, & inuẽtori pro me
dietate vnicuiq; ad iudicanda. Et
hoc eſt, quod continet totius is ti-
tulus, & hoc eſt eius verum inten
tum, & hæc mens, atq; intẽtio, ſci-
licet oſtendere, ac definire quo-
modo, & à quibus ſit theſaurus
quærendus, & poſtquam ſit in-
5 uentus, quibus acquiratur. Ex quo
patens manifeſtaque redditur ru-
brica noſtra, hoc modo explican-
da, de theſauris, id eſt, titulus
is, in quo conſtituitur tracta-
tus de theſauris, oſtenditque,
qualiter ſint theſauri quærendi.

Digitized by Google

& inueſtigandi, & quibus perſo-
nis adquirendi, ac vendicandi, vn-
dè de theſauris, ſcilicèt inuenien-
6 dis, & acquirendis. Petitur autem
theſaurus rei vendicatione, vel cō-
dictione, ex dict. l. vnica, vbi ita do-
cet Acurſ. gloſ. vltima; & ibi Do-
7 ctores communiter. Porrò, quæ
adhuc dicta ſunt, procedunt atten
to iure communi, eadem huius ti-
tuli vnica conſtitutione, & dict. §.
theſaurus, inſtitut. de rerum diui-
ſione, l. 3. §. fin. ff. de iure fiſci, &
etiam attēto iure Regio antiquo,
ex l. 45. titu. 28. part. 3. prodito, ſed
iure Regio nouiori extat, l. 1. titul.
13. lib. 6. nouæ Recopilationis, quę
quidem in totum videtur corrige
re iſtum titulum, & præfatā eius
conſtitutionem, & deciſionem ſi-
mul, atque modò citata iura, ea
enim ſtatutum eſt, quod theſauri
quocumque in loco inueniantur
Regi, adquirantur data eorū, quin
ta parte ipſi inuentori, ſecundum
veriorem literam, licèt in vulga-
tis Codicibus, quartæ fiat mentio,
vt aduertit Couarr. in regu. pecca
tum, 3. part. §. 2. num. 4. qua dif-
ficultate opreſſus, Gregorius in d.
l. partitæ, verbo: *Al Rey*, conatus
eſt hoc modo eam diſſoluere di-
cens, quod præfata lex nouæ Re-
copilationis; non corrigat dictā le-
gem partitæ, ſed quod lex illa no-
uiſſima procedat in theſauro, qui
vel in totū, vel pro parte ſit ipſius
Regis, iuxta tenorem, ac deciſio-
nē ipſius legis 45. tit. 28. p. 3. vt pu-
ta ſi per artem magicā inuētus ſit
theſaurus, etiā in loco proprio, vel
ſine tali arte inuētus ſit in loco Re
gis, data ad hoc opera, & nō fortè
fortuna, vel loquatur in ea parte,
quæ tantū ipſius Regis ſit, quē in-
tellectū etiā ſenſit Coua. vbi ſupr.
Sed meo iudicio toto zelo errant
hi doctiſsimi viri, ex eo quòd præ
allegata lex nouiſsima Regia, non
loquitur in theſauro inuento, &
apprehenſo, ſed dūtaxat in eo, quē
quis ſcit, vel audit in loco Principis
eſſe reconditū, tunc enim ſi talem
theſaurum denuntiet, ac in fiſcum
deferat, quintam eius partem no-
mine præmi habebit, qui alioquin
tot' pertineret ad Principē, ſi Prin
cipis nomine quæſitus, & inuētus
eſſet, vt per Auenda. in c. Prætor.
c. 4. nu. 25. verſ. ſeptima concluſio,
& hoc eſt, quod expreſsim indicāt
expreſſa illi' l. verba, ibi: *Que qual-
quiera que ſupiere, o oyere, &c.* Igi
tur, nec de theſauris inuētis in pri-
uatis locis arte magica, nec de inuē
tis ſine tali arte in locis Regis data
tamen opera loquitur lex illa: hu-
iuſmodi enim theſauri toti ad ip-
ſum Regē pertinebūt, vel ſi in alie
no loco priuato arte magica ſint
inuenti pro dimidia parte ad do-
minum loci pertinebunt. Rurſus,
ſi in loco ciuitatis, aut municipij
inuenti fuerint ad ipſum munici-
pium expectabunt, vel in totū, vel
pro parte, itaque ſolū loquitur lex
illa

illa in theſauro, quem quis denun tiat ſe ſcire, aut audiuiſſe, quod ſit reconditus in loco abdito Principis, vt indicat ibi: *Que pertenezcan a nos*: atque ita intelliges, quod ſi quis denuntiet alicui priuato, vel ciuitati, aut municipio ſe ſcire, vel audiuiſſe, quod in loco, ſeu fundo priuatæ perſonæ, vel ciuitatis, aut municipij, theſaurus recōditus ſit, quamquā talis denūtiatio vera, atq; ſolemnis ſit, tamen nec Rex ipſe poterit in tali caſu priuatum ipſum, aut ciuitatē, ſeu municipium proprio theſauro priuare, quem ſi priuatus ipſe, aut ciuitas, aut municipium data opera quæſierint, & inuenerint, totum efficient ſuum, ex d.l. vna, inf. eod. & iuribus ſimilibus, & ex d.l. 45. tit. 28. p. 3. nec is, qui detulit, poterit prætendere ius aliquod, ob talem delationē: nam cum in hoc caſu is, qui ſic detulit non inuenerit, nec apprehenderit theſaurū nullū in eo ius habebit, requiritur enim in inuētore apprehenſio naturalis, actualiſque occupatio, ſed neq; quintā theſauri partem poterit prætendere, ex d.l. Regia 1. d. tit. 13. nouæ Recopil. cuius diſsimiles ſunt termini, ſi quidem ſolū loquitur ea conſtitutio in caſu, quo talis nuntiatio cadit ſupra theſaurum, qui recōditus ſit in loco Regis, in cæteris namque manet, d.l. vnica, infr. eod. incorrecta, quemadmodū etiam illibata manent reliqua iura conſimilia, ſupra citata, & d.l. 45. tit. 28. p. 3. Idque verum exiſtimo, quidquid contra putet Azeuedus in dict. l. 1. tit. 13. lib. 6. Attenta tamen totius orbis conſuetudine inductum eſt, quod theſauri omnes ad Reges, & fiſcum pertineant, vt teſtantur Couarrubias, & Azeuedus, & ab eis relati, vbi ſupra. Et vide Ximenez hic, atque Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 51. cum ſequent.

Titulus XVI.

De annonis, & tributis.

SVMMARIVM.

1 *Munus, quid ſignificet.*
2 *Tributa omnia ſpecies ſunt muneris patrimonialis.*
3 *Annonæ ſignificata, & de qua loquatur hic titulus.*
4 *Differentia inter annonam, & tributum, & nu. 9.*
5 *Tributi acceptiones, ac ſignificationes.*
6 *Tributorum vocabula de iure Regio, remiſsiuè, & nu. 8.*
7 *Cur appelletur tributum, ſeu intributio, & contributio.*
10 *Quod remedium competat fiſco pro tributis petendis.*
11 *De quibus tributis loquatur is titulus.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

titulus, & eius ſumma, mens,
& intentio declaratur.
12 *Rubrica explanatur.*
13 *Differentiæ inter hunc titulũ,*
& alios, remiſsiuè tanguntur.
14 *Leges Regiæ de materia huius*
tituli agentes, allegantur.

1 DVO nomina continet rubrica noſtra, vt patet ex ea, annonæ, videlicet, & tributi, de quorum ſignificatione
paululum diſſeramus, vt poſteà ad
huius tituli mentem, & intentio-
nem percipiendam faciliùs deue-
niamus. Priùs tamẽ ſciendũm eſt,
quod hæc dictio, munus, genera-
le nomẽ eſt, & in varias fertur ſig-
nificationes, l. munus tribus. ff. de
verborum, & rer. ſignifica. vbi Al-
ciatus, Rebuff. & alij, & diximus,
in tit. ff. de muner. & honor. & in-
ter alia ſui ſignificata munus con-
tinet onus, quod quis in republi-
ca neceſſariò ſubijt lege, more, Im
periovè eius, qui iubendi habet po
teſtatem, d. l. munus tribus: & in
hac ſignificatione ſumptum diui-
ditur in munus perſonale, patri-
moniale, ſeu reale, & mixtũ, cuius
diuiſionis ſingula mẽbra, in d. tit.
ff. de muneribus, & honor. à nobis,
latè expoſita ſunt; eaque retulit I.
C. in poſtrema illius tituli lege,
& traddit latiſsimè Azeuedus in
rubrica tituli 14. lib. 6. nouæ Re-
copilat. Munus autẽ patrimoniale
ſubdiuiditur: aliud eſt enim tribu
tũm, quod rebus patrimonij impo
nitur, & id præſtant rerũ poſſeſſo-
res, etiam nõ municipes: aliud eſt
tributũ, quod perſonæ pro patri-
monio indicitur, quod quidẽ ſolũ
municipes agnoſcunt, ita docet
glo. in l. 2. infr. eod. & in rubr. infr.
de muneribus patrimo. hoc li. 10.
2 Et ſic omnia iura, & tributa rega-
lia, quæ Imperatori Regi, aut ſupe
riori, vel pro publica vtilitate, aut
vrgente neceſsitate exoluũtur, ac
præſtãtur: dici poſſunt ſpecies mu
neris patrimonialis, vt infra dicẽ-
dũ eſt, excepto tributo cenſus capi
tis, q eſt perſonale, vt ſerius ex-
plicabimus. Quidquid dicat Aze-
ue. in d. rubr. tit. 14. lib. 6. Regiæ no
uæ cõpilationis, n. 29. & 30. Vnde
annona, & tributũ, de quib' is titu
lus eſt, ſpecies ſimiliter erũt mune
3 ris patrimonialis. Eſt autẽ annonæ
dictio etiã ita generalis, quod eius
appellatione omnia ædulia, & om
nes res, quę ad victũ, & ęſum perti
nent, cõtinẽtur, veluti frumẽtũ, fa
rina, panis, oleũ, vinũ, caro, ſal, alia-
que huius generis, l. 1. & vlt. ff. de
muner. & honor. & docet Rebuſ.
in l. frugem. pag. 500. ſtatim poſt
principium. ff. de verborum ſigni-
ficat. & diximus in titulo. ff. ad le-
gem Iul. de annon. & in titul. C.
de officio præfecti annonæ. Verũ
in præſenti huius tituli tractatu,
annona eſt, quodam munus patri-
moniale, ſeu Reale, quod Regi.

Prin-

Digitized by Google

Principi, Imperatori, communitati, vel cuiuis ſuperiori prçſtatur ex generali lege, vel conceſsione, in certa ſpecie, veluti in frumento, vino, vel oleo, & ſimilibus, docet gl. hic, & in l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectigal. & probat. l. 1. 5. 6. inf. eodem, tradit Otalora de nobilitate. 1. par. cap. 2. num. 4. & 18. & dicitur munus eſſe patrimoniale, & reale, quoniã imponitur rebus, & patrimonio, & ex fructibus rerum patrimonialium ſoluitur, vt probant modò citata iura. Differtque
4 annona à tributo, vt ſtatim explicabimus. In alia ſignificatione ſumitur annona in titul. C. de annonis & capitatione, vt ibi dicemus.
5 Tributum autẽ dupliciter accipitur. Primò ſtrictè, & tunc ſolummodo importat cenſum, vel certam præſtationem Principi debitam, & de hoc loquitur titulus. ff. de cenſibus, & titulus. C. ſine cenſu, vel reliquis, & infra de cenſibus lib. 11. & vbique explicuimus, vt puta ſi lege, vel ſtatuto caueatur, vt pro quolibet manſo terræ ſoluatur certa quota: huiuſmodi dabatur olim Imperatoribus Romanis pro tributo, videlicet quinquageſima pars hordei, vel frumẽti, quadrageſima vini, in l. modios, inf. de ſuſceptor. & arcar. hoc lib. tradit Otalora vbi ſup. num. 6. & tũc eſt duplex iſte cenſus, ſcilicet cenſus rei, & cenſus capitis, vti explicuimus in dicto titulo. ff. de cenſibus & quatenus eſt cenſus rei, ſpecies eſt muneris patrimonialis, ſeu realis: & quando eſt capitis, eſt ſpecies muneris perſonalis, vt docet Otalora, vbi ſupra. Secundò accipitur tributum large, in quo ſignificatu comprehendit omnia quæcumq; iura regalia, quæ Regi, Imperatori, vel Principi præſtantur, ac tribuũtur, veluti annua publica penſitatio, cẽſus, vectigal, collecta, annona, functio, indictum, ſeu indictio, ſuper indictum, aliaq; id genus, vt colliges ex gloſſa, & ſcribẽtibus in d. l. 1. ff. de publican. & vectigal. & in rubrica infra de cenſibus,
6 lib. 11. Et qualiter hæc vocabula tributorum conueniant vocabulis iuris noſtri Regij, docet Otalora vbi ſupr. num. 1. cum ſequent. & in hac larga ſignificatione in iſto titulo accipitur, nec non in titulo de exactoribus tributorum, infra hoc li. 10. & ibi, Deo duce dicemus. Et dicitur tributum, ſeu tributus
7 (vtrumque enim dici poteſt, teſtãte Aulogelio lib. 19. Noctium Atticarum) a tribuendo, l. ager. §. ſtipendium. ff. de verbor. ſignific. videlicèt, quod tribuitur, exoluitur, & penſitatur ab omnibus, l. 3. l. 4. inf. eod. vel à tribus generibus gẽtium, ex quibus populus Romanus creatus eſt, ſecundum Albericum in dictionario, verbo tributũ: vocatur etiam intributio, & contributio, l. reſcripto. §. fin. ff. de muner. & honor. & iure Regio, ſermoneque

moneq; noſtro Hiſpano, tributa omnia, & iura regalia appellantur: *Rentas Reales, pechos y derechos*, vti explicat Otalora, vbi ſup. ca.1. & probat l.11.tit.28.par.3. qui vtitur his duobus terminis, *rentas y pechos*: & in l.5.tit.9.lib.7. nouæ Recopilat. quę vtitur his vocibus: *rentas, pechos y derechos*, & in l.1.& 13. & toto titulo 8. libro 9. eiuſdem compila. Diſtat autē annona à tri-
9 buto dupliciter. Primo in hoc, quod annona conſiſtit in victualibus ſpeciebus, veluti frumento, pane, vino, &c. vt ſupra expoſitum eſt: tributum vero in pecunia, vel corporibus, veluti auro, argento, ære, veſtibus, equis, aliſq; ſimilibus, vt docet gloſ. hic vbiq; recepta. Secūdò quòd habent ſe tanquā genus, & ſpecies etenim, tributū latè ſumptum eſt genus, & continet ſub ſe annonam, quæ eius eſt ſpecies, cum tributum generaliter ſumptum, omnia iura regalia, & annonam quoque comprehendat,
10 vt antea dictum eſt. Porrò non eſt prætereundum, quod pro exſolutione omnium tributorum fiſco facienda ſunt, tacite pignori obligata non ſolùm ipſa prædia tributaria, ſed & omnes res, omniaq; bona ipſius tributarij. l.1. C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca, tacitè contrahatur. l. C. ſi propter publicas penſita. l. 25. titu. 13. part. 5. & poſt alios tradit Piſcator hic numero 14. cum ſequent. qui quidem auctor ex hoc infert optimus intellectus ad plures huius Regni leges & cōſtitutiones: ſanè pro omnibus tributis exigendis, & petendis fiſco nulla competit actioni ſolùm iudicis officiū, cui accedit actio hypothecaria virtute tacitæ hypothecæ, docet Bald. in l. 1.
11 num. 3. infra eodem. Igitur is titulus loquitur de tributis in ampla, & larga ſignificatione acceptis, vt patet ex l. 1. quæ tributa annonas appellat, & in l. 2. vocantur indictiones, in l.3. pēſitationes, à verbo penſitare, in l. 4. publicæ functiones, in l.5. & 6. iterum dicū tur annonæ, atque res annonariæ, in l 7. ſpecies, in l.9. commoda publica, in l.10. compendia, & quamuis in rubrica ſpecialis de annonis fiat mentio, hoc iuris compoſitores ferunt, quia annona ſpecies eſt tributi generaliter ſumpti, vt ſupradictum eſt, & nullum ſequitur inconueniens, quod poſita ſpecie, ponatur ſtatim genus, quéadmodum è contrario, poſito priùs genere ponitur ſpecies, vt in rubro. C. de ſeruitutibus, & qua, & in alijs pleriſq; locis, præſertim, quod id fecit Tribonianus, vt oſtēderet diſcrimina, quibus annonæ à tributis diſtant, ſupra relata: docet ergò is titulus, circa omnia tributa generaliter ſumpta, ſequentia. Primò, quòd quamuis æs alienum inter hæredes hæreditarijs proportionibus diuidatur, ſecus eſt in tributis,

anno-

Digitized by Google

& annonis: hæc enim onera tantũ præſtãtur ab eo, qui prædia poſsidet,ac fructus percipit,d.l.1.inf.eo. Itẽ vt nemo ſoluat tributa realia, niſi eatenus, quatenus bona poſsidet in d.l.2. Deinde, vt omnes teneantur ad ſolutionẽ tributorum, quæ Princeps imponit, nec eius miniſtri ea augere, vel diminuere poſsint,d.l.3.Proponuntur,& alia hoc tit.ſed ſufficit hæc dixiſſe pro eius mente,& intentione percipiẽda,quæ illo tendit,vt oſtendat qualiter tributa ſoluãtur, & a quibus,
12 & quatenus.Secundum quã,& ea, quæ antea dicta ſunt, ita rubri noſtri,verba explanabis de annonis, & tributis, hoc eſt, tit.16. in quo quidẽ tractatur de annonis, & tributis:de annonis(inquã)id eſt,tridebutis quę in ſpeciebus,& victualibus conſiſtũt:de tributis,hoc eſt, de omnibus ſpeciebus tributorũ, & iurium regalium, quæ in pecunia,& corporibus,atq; in ſpecieb⁹, & ædulibus,& alijs reb⁹ conſiſtũt, quæ Imperatori Regi, vel Principi à ſuis ſubditis exoluuntur.Doceturq; qualiter,à quibus,& quate
13 nus ſolui debeant. Differt autem hic titulus ab illo.C.de annonis,& capitatione, prout docet gloſ. hic: & in quo differat à titulo primo ſe
14 quenti,ibi, Deo duce dicemus. Et in quo a tit.infr. de annonis ciuilibus,ibi, Deo dante explicabimus: Conducũt autem ad præſentem materiam præfat.l.11.tit.28.p.3. Nec non aliæ Regiæ deciſiones inibi à Gregorio allegatæ, & etiã tit.17.cum ſeqq. vſque ad calcẽ libri 9. nouæ Regiæ cõpoſitionis, ac tit.11.& 14.lib.6.eiuſdem compilationis:leges etiam Regni,quæ congeſtæ ſunt in ſummario,quod eſt in fine illius tituli, quas nõ allegat Sebaſtianus Ximenez, in concordantia,vtriuſque iuris ad hunc titulum.

Titulus XVII.

De indictionibus.

SVMMARIVM.

1 *PRæludia,præmittũtur, ac de ſignificatione iſtius nominis tributum,agitur remiſsiuè.*

2 *Tributorum, quædam ordinaria, alia extraordinaria, & quæ ordinaria ſint,explicatur.*

3 *Canones, quid ſignificent, quiq; canonicarij dicantur.*

4 *Extraordinaria tributa, quæ,& qualia.*

5 *Indictio,& indictum,quid ſignificet, & quot modis accipitur, & num.6.*

6 *Luſtrum,quid ſit, & quod eius ſignificatum.*

7 *A quo tempore annorũ computatio, ab indictionibus cæpit, & qualiter fiat,remiſsiuè.*

8 De

8 *De tributis Hiſpaniæ, quæ à principio fuerunt extraordinaria, & nũc effecta ſunt ordinaria.*

9 *De quibus indictionibus loquatur is titulus, & quæ eius ſumma ſit.*

10 *Rubrum exponitur, ac tituli intentum tradditur.*

11 *Differentia inter hunc titulum, & ſuperiorem, ac inferiorem per remiſſiones.*

1 PRO iſtius tituli intelligẽtia, aliquot fundamenta ſunt præiacẽda. In primis, quod hoc nomẽ tributum, in duplici ſignificatione capitur, ſcilicèt in larga, pro quocumque tributo, ſeu præſtatione publica, quę Principi debetur, à ſuiſque ſubditis exoluitur, & inſtricta pro quodam tributo ſpeciali, vt fuſius ex poſſuimus in titulo primo ſuperio

2 ri, vbi legendum eſt. Deinde, & ſecundò, quod tributorũ, quæ Principi exoluunt, quædam ſunt ordinaria, alia extraordinaria. Ordinaria dicuntur, quæ à lege, certis regulis perpetuò imponuntur, l. vnica. C. de vacatione publici muneris, infr. hoc lib. vbi gloſſ. & docet Bart. per textum, ibi, in l. omnes, 4. ſupra titulo proximo, vtputa cẽſus, veſtigalia, & ſimilia, quæ etiã Canones appellantur, ſecundum

3 Bald. in l. 1. infr. eod. nu. 1. Canon enim Græcè, Latine, regula nuncupatur, in c. Canon. 3. diſtinctione, & diximus in rubro proœmi decretalium in fin. vnde, quia ſecũdum ordinarias, & conſuetas regulas, ſemperq; & perpetuò hæc tributa ſoluuntur, Canones vocãtur, gloſ. in præfa. l. 1. infr. eod. verbo, Canones: quæ quidem deducit ex hoc, exactores huiuſcemodi tributorum, Canonicarios, vocari, vt ibi etiam explicat Lucas de Pœna: aliàs Canon dicitur etiam, penſio emphiteuſis, l. fin. infr. de fundis patrimon. lib. 11. & diximus in tit. infr. de Canone largitionalium ti-

4 tulorum. Extraordinaria ſunt, quę non ſemper, nec ordinarie, nec perpetuò imponuntur, ſed extraordinariè, id eſt, ſecũdum temporum exigentiam propter aliquam vrgentem, ac præciſam neceſsitatẽ, vtputa cùm Rex, Imperator, vel Princeps aliquo bello oppreſſ' eſt, indigetq; pecunis, & ob id denuò pro tempore illius indigentiæ, & neceſsitatis imponit ſubditis aliquod tributum, dict. l. vnica, infr. de vacatione publici muner. docet Bart. in rubrica primi tituli inferioris, quod quidem ſuper indictum, appellatur, vt Deo dante di-

5 cemus, in titulo 1. ſequenti. Præterea, & tertio prenotandũ eſt, quod hoc nomẽ indictio, ſeu indictum (vtrũque enim dici poteſt) ſumitur etiam dupliciter, ſicut tributum. Primò, largo modo, & tunc cõtinet ſub ſe omnia tributorum genera, omniaq; iura publica regalia,

Digitized by Google

regalia, quæ Principi debentur, l.
indictiones, ſupra tit. . ſic intelligē
da, & docet Bald. hic, & in hac ſig-
nificatione ſumptū, idē eſt, quod
tributum in ſua larga ſignificatio-
ne acceptum, & eſt æquè genera-
6 le. Secūdò, ſtrictè pro quodam tri-
buto ſpeciali, quod olim Imperato
ribus Romanis de luſtro in luſtrū
à prouincialibus ſuis præſtabatur,
id eſt, de quinquennio in quinquē
nium ſoluebatur: nam prouincia-
les, quinto quoque anno Romam
veniebant cum hoc tributo, & in
primo quinquennio aurum, in ſe-
cundo argentum, in tertio æs ſol-
uebant, vti explicant Azo, Acur-
ſius, & alij cōmuniter, hìc quem-
admodum hodie Regibus Hiſpa-
niæ ſoluitur, *La moneda forera de
ſiete en ſiete años*, iuxta tit. 33. lib. 9.
nouæ Recopil. l. 10. tit. 18. p. 3. & tra
dit Otalora de nobilitat. 1. p. nu. 10.
in fin. Luſtrum etenim quinquen-
nij ſpacium ſignificat. vt Iſidorus
lib. 5. etymolo. c. 37. explicat, quod
erat olim vſitatum locationū, con-
ductionumque tempus: in luſtrū
enim tam publicæ, quam priuatæ
res locabantur, vt apparet, ex l. 9.
§. 1. l. 13. §. qui impletio, l. 24. §. ſi
domus, ff. locati, cū pleriſque aliis
tradunt Briſonius, & Prateius, ad
verbum luſtrum, alijque verborū
iuris expoſitores. Et indè luſtralis
auri collatio, dicitur ſolutio, & cō-
tributio iſtius tributi, de qua fit
mentio in rubrica, infra de naui cu
larijs lib. 11. vbi diximus: huiuſmo-
di autem tributum à principio
fuit extraordinarium; poſtea ta-
men & hodie iure communi ef-
fectum eſt ordinarium, per l. 1. in-
fra eodem; & tetigit Otalora vbi
7 ſupra, cap. 2. num. 20. & 22. Sanè
ex eo tempore, quo ab Imperato-
ribus fuit indictum, tabelliones, &
notarij in inſtrumentis cœperunt
ab indictionibus tempora, nume-
roſque annorum computare ante
Chriſti Domini noſtri Natiuita-
tem. Secundum Azonem, & A-
curſium hìc, & qualiter fieri de-
beat hæc computatio, docet gloſ.
in l. vnica, C. de Iuſtiniano Co-
dice confirmando verbo ſeptimæ
indictionis, & in cap. inter dile-
ctos, verbo, indictionis, de fide in-
ſtrumentorum, & in authentico,
vt præponatur nomen Imperato-
ris in principio, verbo, indictio-
nis, collatione 5. & ſecundum ali-
quot hiſtoriographos, & tempo-
rū ſupputatores. Prima indictio,
initium habere cœpit tribus an-
nis ante Chriſti Natiuitatem, vti
tradit Otalora in loco modò alle-
8 gato. Sicut autem huiuſmodi tri-
butū indictionis à principio fuit
extraordinarium, & poſtea effe-
ctum eſt ordinarium, vt nuper di-
ximus: ſic etiam nonnulla tributa
noſtræ Hiſpaniæ, quæ à principio
extraordinaria fuerunt, ac pro tē-
poris neceſsitate impoſita, hodie
ſunt ordinaria, & perpetua, *Come*
es

Digitized by Google

e el ſeruicio, què aunq̃ oy ſe llama traſordinario, y lo fue al principio, ſe ha quedado por ordinario, vt do-
9 cet Otalo. vbi nuper. His ita præiactis intelligẽdũ eſt, quod is titulus propriè loquitur de indictionib⁹, in hac ſtricta ſignificatione acceptis, quo docemur, hoc tributũ eſſe ordinariũ, ab eiuſq; ſolutione neminẽ excuſari, in d.l. 1. Rurſus, vt ante tempora ſolutionis indictionũ notum fieri debet ſingulis prouincijs, earũq; prouincialibus, vt parati ſint ad ſolutiones ſuo tẽpore faciendas, l. 2. (cui conuenit hodie iure Regio, l. 5. tit. 14. lib. 6. nouæ Recop. vbi Azeued. hanc l. nõ citat, nec Sebaſtian. Ximenez, hic
10 meminit d. l. Regiæ.) Et id eſt in ſumma, quòd hic titulus continet, ex quo, & antea expoſitis deducitur ad eius rubrũ talis expoſitio de indictionibus, id eſt, titulus 17. qui quidem agit de indictionibus, hoc eſt, de quibuſdã tributis ordinarijs, quæ ſingulis quinquennijs ſoluũtur: primo quinquẽnio in auro, ſecundo in argẽto, tertio in ferro, vel ære, ſtatuitque vt nullus ab eorũ ſolutione liberetur. Et vt nũtiari debeat ſubditis prouincialibus, quando parati debeãt eſſe ad eorum ſolutionẽ: nam id eſt iſtius tituli intentum, & videnda ſunt quæ diximus in tit. infr. de nauicularijs lib. 11. vbi de auri, & argẽti luſtralis collatione, & ſic de indictionibus mentionem facimus.

11 Nec non, quæ in titul. 1. ſequẽti ſcribimus, vbi differentiam inter hunc, & illum titulum verſantem oſtendimus, aliaque in medium adducim⁹, quæ ad huius tituli planiorem ſenſum maximè conducere poſſunt: agimus etiam de ſignificatione iſtius verbi, indicere, à quo indictio, indictum, & ſuperindictum, dictiones, fluxerunt, ac originem ſuam habuerunt: vide etiam quæ diximus in titulo de vacatione publici muneris, infra hoc lib. 10. Differt autem is titulus à proximo ſuperiori in hoc, quod ille de tributis in genere, hic dumtaxat de ſpeciali tributo indictionis, differit.

Titul. XVIII.

De ſuperindicto.

SVMMARIVM.

1 *Præludia ex duobus titulis primis ſuperioribus.*
2 *Indicere verbum, quid ſignificet.*
3 *Superindictum quid ſit.*
4 *Iure Regio, quæ tributa poſſint ſuperindicta appellari.*
5 *A quibus concedantur.*
6 *Superindicti etymologia.*
7 *Superindicta, patrimonialia munera ſunt.*

8 *Huius*

8 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio.*
9 *Rubrica explicatio.*
10 *An iure Regio huius tituli deciſio ſit correcta.*
11 *Differentia inter hunc titulum & ſuperiorem.*

1 IN duobus titulis primis ſuperioribus diximus, tributorum quædã generalia eſſe, alia ſpecialia. Rurſus quædam ordinaria, alia extraordinaria. Diximus etiam quid ſit indictio, & quo tripliciter capiatur, vbi legendũ eſt: nam hoc eſt primum præludium, ac fundamentum pro iſtius præ-
2 ſentis tituli introductione. Pro cuius etiam additu ſciendum eſt, quod verbum hoc, indicere, ſignificat idem quod præcipere: & in tractatu, & materia tributorum, præſtationem aliquam maximè extraordinariam imponere, atque iniungere, vt explicat Azo in rubrica dicti tituli proximi ſuperioris, vt cum Imperator, Rex, vel alter Princeps præcipit, vt tributa ordinaria ei, ſuoque ærario inſuper, & extraordinaria præſtentur, & ſoluantur, à quo verbo, indictio, & indictum deriuantur: de quibus eſt dictus titulus proximus præcedens, & etiam ſuperindictum naſcitur, de quo eſt huius tituli tractatio. Eſt
3 autem ſuperindictum, præſtatio quædam tributi, quæ imponitur à Principe, propter aliquam temporalem, & præciſam indigentiam, ac neceſsitatem, vt puta, propter belli conflictum, vel ſimilem cauſam, quæ tributum eſt extraordinarium, quia non ordinariè, nec perpetuò, ſed pro temporis exigentia, & durante ea neceſsitate imponitur, ac ſoluitur, vt diximus dict. titu. 1. ſuperiori, numero quarto, & docent hic Acurſius, Bartolus, & ferè omnes, & Othalora de nobilitate, prima parte, capite 2. numero 21. & 22. quid quid dicat Lucas de Pena hic. Et
4 hodie apud nos, *ſe podran llamar* ſuperindictum, *los empreſtidos y pedidos extraordinarios que los Reyes echan en ſus Reynos en tiempos de guerras, y grandes neceſsidades, como ſon los ocho millones, que ſe echaron en eſtos Reynos, deſpues de la infelice jornada de Ingalaterra, que ſe hizo el año de mil y quinientos, y ochenta y ocho, y los diez y ocho millones que ſe impuſieron deſde primero de Abril, del año de ſeiſcientos y vno, q̃ ſe pagan de la ſiſſa del vino y azeyte en*
5 *tantos años:* Et alia tributa ſimillima, vt refert Othalora, vbi ſupra: qui quidẽ author aſſerit, quod vt hæc ſuperindicta poſsint exigi, & imponi debent prius concedi in comitijs generalibus, per procuratores Regni, ex l. 1. tit. 7.

D lib.

Digitized by Google

lib.6.vbi Azeuedus,n.7.nouæ Re
6 giæ compilationis. Dicitur autem
ſuperindictũ à particula, ſuper, &
dictione indictum, id eſt, ſuprain-
dictum, hoc eſt, tributum, ſupra vl
tra, præter, extraordinarium: nã
extraordinarium eſt, & augmen-
tum indicti, ſeu indictionis, id eſt,
tributi ordinarij, vt exponit Cuia-
7 cius hic. Sanè indicta, & ſuperin-
dicta patrimonialia munera ſunt,
cum ſpecies ſint tributi in genere
ſumpti: iuxta ea quæ in propoſito
ſcripſim⁹ in titulo ſupra de anno-
8 nis, & tributis hoc lib. De hoc igi-
tur tributo, quod ſuperindictũ vo-
catur, in hoc titulo tractatur, quo
cauetur non poſſe cõpelli ſubditos
prouinciales ſuperindictũ ſoluere
a Pręſidibus prouinciarum, virtu
te literatum Pręfectorum, ſed ſolũ
virtute literarum Imperãtorum,
niſi literæ Imperatorũ oſtendãtur,
quibus poſsit Præfectus huiuſmo-
di ſuperindictum iniungere, & im
ponere, ac ad eius ſolutionem pro
uinciales cogere, lex vnica, infra
eodẽ, cuius & totius tituli hæc eſt
ſumma, mens, atque intentio, ſcili
cet, oſtẽdere quis poſsit hoc tribu-
tum imponere, & ad eius ſolutio-
9 nem ſubditos cogere. Ex quã & ſu
perioribus colligitur, hæc ad præ-
ſens rubrum explicatio de ſuperin
cto, quaſi Tribonianus dixerit ti-
tulus decimusoctauus, in quo tra-
ctatur de ſuperindicto, id eſt, de tri
buto extraordinario, quod à Prin-

cipe neceſsitatis tempore ſuis ſub-
ditis ſolet imponi pro temporis,
dumtaxat exigentiæ, ſcilicet, quis
poſsit illud imponere, ac ſubditos
ad eius ſolutionẽ compellere. Por-
10 rò is titulus videtur eſſe rectus qua
tenus eius d. l. vnica conſtituit, &
præſupponit ſolũ Principem, aut
cũ eius literis Præfectum poſſe ſu-
perindictũ imponere, & exigere,
per d. l. 1. & 9. tit. 7. lib. 6. nouæ Re-
cop. quibus cautũ eſt omnia tribu
ta regalia in comitijs generalibus
eſſe concedenda à Regni procura
toribus, & non aliter imponenda,
& tradit Bouad. in Polyt. lib. 5. c. 5.
à n. 1 ad 4 quarũ legũ nõ meminit
Ximen. hic; qui alias leges Regias
allegat, quæ ad præſentẽ materiã
11 maximopere conducũt. Diſtat au
tem is titulus à proximo ſuperiori
in hoc, quod ille de indictionibus,
& ſic de quibuſdã tributis ordina-
rijs agit hic de ſuperindicto, quod
tributum eſt extraordinarium,
Nec huic differẽtiæ oberit, ſi quis
obijciat, quod etiam in dicto ti-
tulo ſuperiori de ſuperindicto tra-
ctatur, vt patet ex lege prima, il-
lius titu. ibi, Quod delegatio ſuper
indicti, &c. Reſpondetur etiam
cum gloſſa ibi, ad verbũ ſuperindi
cti, in vltima expoſitione, quod
ſunt duæ partes, ſcilicet, ſuper,
& indicti, ita quod ſit legen-
dum ſuperindicti nomine, id eſt,
ſuper nomine indicti, vel indi-
ctionis, vel aliter: quod idcircò,
ibi

Digitized by Google

appellatur ſuperindictum: indictio quia olim indictionis tributū erat, extra ordinarium, ſicuti hodie eſt ſuperindictum. Et vide quæ diximus in titulo infra de ſuperexactoribus, hoc libro, vbi differentiam etiam tradidi inter hunc, & illum titulum.

Titulus XIX.

De exactoribus tributorum.

SVMMARIVM.

1 *QVID ſit tributum, remiſsiuè.*
2 *Exigere verbum, quid ſignificent quique exactores tributorum dicantur.*
3 *Exactores tributores varijs nominibus appellantur.*
4 *Differentia inter exactores, & ſuſceptores.*
5 *Qualiter iure communi & Regio exactores tributa exigere poſſunt, & numero 7.*
6 *An debitor tributorū poſſit in carcerem detrudi.*
8 *Quod remedium competat fiſco pro tributis exigendis.*
9 *De quibus tributis exigendis loquatur is titulus, & quæ ſit eius ſumma, mens & intentio, & numero 10.*
10 *Rubrici interpretatio.*
11 *Leges Regiæ ad hunc titulū expedientes, citātur.*
12 *Differentiæ inter hunc titulum, & alios.*

1 QVAM primum explicādum erat hic, quid ſit tributum, quotque, & quales eius ſpecies. Verūtamē id prætermittimus, etenim hac de re latè faſi ſumus in titulo de annonis & tributis, ſupra hoc libro decimo: vbi diximus, tributum dupliciter accipi. Primò ſtrictè: ſecundo largè, vt ibi latiùs legendum eſt. Et hoc ſit primum præludium. Secundò notandum eſt, quod verbum exigere, plura admittit ſignificata, vt tradunt Lucas de Pena, in lege in fiſcalibus, infra hoc titulo, Briſonius, Othomanus, & Pratęius, ad verbum exigere: ſed proprius loquendo, exigere, eſt debitum iuſtè petere, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium petatur,

tur, ſecundum præfatos auctores: indeque exactores tributorum appellantur, qui omnia tributa Imperatori, Regi, aut Principi, vel Reipublicæ debita exigunt, ac iuſtè nomine fiſci petũt. Qui quidem varijs nominibus vocantur:
3 nam aliqui dicuntur ducenarij, alij centenarij, ſexagenarij, lex prima, infra eodem, apparitores, lex quinta, infra eodem, opinatores, lex ſeptima, infra eodem, ſuſceptores, dicta lex quinta, publicani in titulo. ff. de publicanis alijſq; appellationibus, vt probat lex tertia, de apochis publicis infra hoc libro decimo, & docent Azo hic, & Acurſius in dicta lege prima, vbi omnes, infra eodem. Duodenarij ſunt, qui ducentum erant numero, vel veriùs, quia ducentis perſonis ſolum poterant tributa exigere, vt exponunt Acurſius, & Lucas de Pena, in dicta lege prima, *Como ſi aora en vn lugar grande ſe diuidieſſe la cobrança de las rentas Reales entre muchos cobradores, para que con mas breuedad y facilidad ſe cobraſſen*. Et eodem modo exponendi ſunt centenarij, & ſexagenarij, licèt ducenarij in alia etiam ſignificatione accipiantur teſtante Prateio in Lexicon iuris, verbo ducenarij: apparitores ſunt miniſtri magiſtratuum, qui eorum iuſſa exequuntur, lex prima, infra de executoribus, & exactoribus, libro duodecimo, quorum numero ſunt viatores, lictores, præcones, alguaceli, & alij quilibet executores, vt tradit Prateius, vbi ſupra, verbo apparere, & verbo, apparitoribus: qui quidem varij generis ſunt, vt conſtat ex titulo quinquageſimotertio, & ſequentibus, vſque ad titulum ſexageſimumprimum, libro duodecimo, vbi Deo duce dicemus. Dicuntq; apparitores ex eo, quod coram magiſtratibus præſto eſſe, & apparere debent, vt eorum mãdata, iuſsiones, & ſententias exequantur, lex prima, dicto titulo primo, de executoribus, & exactoribus, libro duodecimo, & docet Briſonius, verbo, apparere in fine, & alibi diximus. Opinatores ſunt exactores militaris annonæ, dicta lex ſeptima, infra eodem, lex opinatoribus, infra de erogatione militaris annonæ, libro vndecimo, qui quidem ita appellantur: nam exigunt, & petunt opinionẽ, id eſt, cenſum agri, & tributum annonæ, quod militibus erogandum erat, & cur appelletur opinio, docet gloſſa, verbo, opinionẽ in l. fi. de prædijs, & omnibus rebus nauicularijs, libro vndecimo, Lucas de Pena, in dicta lege ſeptima. Poſſunt etiam opinatores appellari, particulares ſuſceptores annonæ militaris, qui in ſingulis

guliſ,diuerſiſque prouincijs præ-
poſiti ſunt ad id munus ſuſcipien-
dum à priuatis exactoribus: iux-
ta ea quæ diximus in titulo, infra
de canone largitionalium titulo-
rum, & in titulo de erogationē
militaris annonæ. Publicani, qui
ſint, expoſitum nobis eſt in titu-
lo. ff. de Publicanis, & vectigali-
bus, & commiſsis. Igitur omnes
iſti exactores tributorum appel-
latione continentur, qui vulga-
ri noſtro ſermone dicuntur, *Al-
moxarifes, fieles, cogedores, cobra-
dores, recaudadores, arrendadores
de rentas, pechos y derechos reales*,
de quibus fit mentio in quam plu-
rimis huius Regni legibus & con
ſtitutionibus, ſpeciatim in lege
quinquageſimaſecunda, titulo 5.
partita quinta, & in lege vigeſima
quinta, titulo nono, partita ſecūda,
in titulo decimoquarto, libro ſex-
to, & in titulo decimoquarto, ti-
tulo decimoſexto, libro nono Re-
4 giæ nouæ Recopilationis. Aliiſ-
que in pleriſque locis, exactores
autem à ſuſceptoribus tributorū
illo diſtant, quod exactores ſunt,
qui primò, & immediatè à debito-
ribus tributa exigunt, & colligūt.
Suſceptores ſunt, qui ab iſtis exa-
ctoribus tributa iam recolecta, &
exacta recipiunt, vt docet gloſſa
in rubrica, infra de ſuſceptoribus
hoc libro, vbi dicendum eſt, vul-
go, *Recetores, y teſoreros de rentas
Reales, que reſiden en las cabe-
ças de los partidos, para yr recibien
do los tributos Reales que cogen
los cobradores, o arrendadores, y
embiando a la Corte*: vt inquit
Baldus hic, & tangit Azeuedus in
lege prima, titulo decimoquarto,
libro nono, nouæ Recopilationis,
numero primo, & probat lex pri-
ma, titulo decimoſexto, eiuſdem
Regiæ compilat. quorum ſuſcep-
torum fit mentio in multis Regijs
conſtitutionibus: nempè in lege
quarta, quinta, nona, vndecima,
duodecima, decimatertia, dicto ti-
tulo decimoquarto, libro ſexto, &
5 alibi ſæpè. Porrò præfati omnes
tributorum exactores duplici mo
do tributa exigere ſolent. Primò
tamquam partes nomine fiſci, co-
ram iudicibus competentibus, ca-
petentes à debitoribus. Secundò,
tanquam executores, & miniſtri
Regis, vel magiſtratuum, facien-
tes per ſe exactiones, & executio-
nes iuſſu magiſtratuum: mittun-
tur enim cum delegatorijs, id eſt,
mandatis, aut commiſsionibus,
quibus deſcribitur, ac continetur
modus tributorum exigēdorum:
quæ etiam delegationes dicuntur,
l. omnes penſitare, ſupra de an-
nonis & tributis, hoc libro, ita
colligitur ex Baldo hic, qui ordi-
ne confuſo voluit differentiam fa-
cere inter ſupradictos exactores:
de iſto tamen articulo videndus,

eſt Gregorius in d. l. quinquageſimaſecūda, titulo quinto, partita quinta, qui tradit ordinem, qui in exigendis tributis ſeruari debeat.
6 Et an debitor fiſcalis pro tributorum exactione debeat in carcerem detrudi, ſi non ſit contumax, & habeat bona, diſputant omnes in lege nemo carcerem, infra eodem, & ibi Piſcator, Palarius Rubeus in repetitione rubricæ, de donationibus inter virum, & vxorem in principio, numero duodecimo, Rodericus Xuarez in lege poſt rem iudicatam, in ſeptimo caſu. ff. de re iudicata, & eo non citato tradit etiam Baeça de inope debitore, numero decimo-
7 quarto, & decimoquinto. Illud autem mente tenendum eſt, quod in tributorum exactionibus ſeruari debet conſuetudo legis ſeptimæ, infra eodem: hodie tamen præſcribitur ordo, qui in eiuſmodi exactionibus ſeruandus eſt pro tributis, ac debitis fiſcalibus, in lege prima, titulo vigeſimonono, libro quarto, lege vndecima, titulo vndecimo, libro quinto, lege ſeptima, titulo decimoquarto, libro ſexto, lege decimaoctaua, decimanona, vigeſima, titulo ſeprimo, libro nono, lege decimaquarta, titulo ſeptimo, libro nono, lege ſexta, octaua, titulo decimoquarto, libro ſexto nouæ Regiæ compilat. & tradit Piſcator in præfata lege nemo carcerem, nu-
8 mero quinto, & ſexto. Et quæ actio, aut quod remedium fiſco, eiuſque exactoribus, ſuo nomine pro tributis exigendis competat, explicitum eſt nobis in rubrica ſupra de annon. & tribut. hoc
9 libro, numero decimo. His ita pro explicatione materiæ præmiſſis dicendum eſt, quod is titulus loquitur de tributis in ſua larga ſignificatione ſumptis, quæ Imperatori, Regi, vel Principi præſtari debent, & ſolui, & ideò vſus fuit Tribonianus in hoc rubro numero plurali tributorum, vt omnes præſtationes, publicas functiones, annonas, & alias quaſcumque tributorum ſpecies comprehenderet, id eſt, agit hic titulus de exactoribus omnium tributorum regalium, nempe de illis omnibus quorum ſupra varia nomina retulimus: nam leges quę ſub eo ſitum habent generaliter de omnibus loquuntur, & ita ſequentia conſtituit. Primò, quod exactores tributorum non debent tributa exigere, niſi prius per tabularios fuerint ſibi aſsignari breues, id eſt, quaterni, ſeu libri, vulgò, padrones, continentes nomina, & cognomina, ac debitorum quantitates in lege prima infra eodem. Item, vt debitores tributorum regalium, non contumaces, nō detrudantur in carcerem, quandiu habeāt bona

ex

ex quibus tributa exolui poſſint, & contra facientes puniuntur l. 2. Deinde, quod officiales Imperatoris, & fiſci, veluti actores, procuratores, & conductores rei priuatæ ipſius Imperatoris, cæteriſque eiuſmodi officiales ad tributa ordinaria ſoluenda cogantur, ne ipſis ceſſantibus, reliqui prouinciales, & municipes onerentur. l. 4. Præterea, vt exactores, quorum numero ſunt apparitores, id eſt, ſubcollectores ſuſceptorum ſolicitum exhibeant ſeruitium circa officia ſua, & frequenter ſuſceptori referant, quid & quantum tributorum nomine exactum ſit, & reliquum exigendum reſtat, vt ex hac relatione ſit ſuſceptor inſtructus, ſciatque quantum debeatur fiſco, l. 5. Rurſus, vt ad petitionem, & requiſitionem exactorum debet Præſes prouinciæ tributorum exactionem facere, l. 6. Item, quod opinatores, quia ad Præſides prouinciarum mittuntur pro exactione tributorum, non debent ipſi executionem contra debitores facere ſed eam coram Præſide petere: ita quod intra anni metas vniuerſa illius prouinciæ tributa habeant collecta, nec Præſes ipſis opinatoribus talem executionem delegare poteſt, alioquin punitur, dict.
10 l. 7. Conſtituit & alia titulus iſte, ſed hæc eſt eius potiſsima ſumma, ex qua, & antea dictis colligitur eius mens, & intentio, ac rubrij interpretatio, hoc tenore exponenda de exactoribus tributorum, id eſt titulus 19. qui tractat de exactoribus tributorum, hoc eſt de his, qui nomine fiſci, Regis, Imperatoris, vel Principis, tributa regalia in iudicio, vel extra iuſtè petunt, & exigunt à debitoribus, definitque qua forma, & ordine, & coram quo iudice, & à quibus perſonis, & intra quod tempus ea petere, atque exigere debent, quibuſque nominibus ap-
11 pellare. Expediunt autem ad huius tituli tractatum, leges Regiæ ſupra citatæ, cum alijs quas cumu-
12 lat Sebaſtianus Ximenez hic. Et differt hic titulus ab illo ſupra de conueniẽdis fiſci debitoribus hoc libro, in hoc, quod ille de omnibus debitoribus fiſci, ex qualibet cauſa: iſte vero dumtaxat de debitoribus tributorum, & eorũ exactoribus agit, & in quo differat à titulo infra de ſuſceptoribus hoc libro ibi Deo, duce explicabimus. Diſcrimen etiam quo diſtat is titulus à titulo infra de executoribus, & exactoribus, libro duodecimo, ibi, Deo dante, explanabimus.

(.?.)

D 4 Titu-

Titulus XX.

De ſuperexacto-ribus.

SVMMARIVM.

1 *VARIA rubricæ inſcriptio refertur, & vera oſtenditur.*
2 *Exactores & ſuperexactores, qui ſint, & nu. 3.*
3 *Dictio ſuper, quid ſignificet.*
4 *Huius tituli breuis, ſummariaq́; propoſitio.*
5 *Rubrij declaratio.*
6 *An cõtra ſuperexactores aliqua actio competat.*
7 *Diſcrimina inter hunc, & titulum ſupra de ſuperindicto.*
8 *Plures leges Regiæ ad propoſitũ citantur, & an hodie iure Regio ceſſet, necne huius tituli deciſio, remiſſiue.*

1 HVIVS tituli rubrum variè inuenitur inſcriptũ: nam aliqui Codices legunt, de ſuperexactionibus: alij verò habent de ſuperexactoribus, & quamuis nihil interſit vtrum hoc, vel illo modo inſcribatur, tamen crebrius placuit inſcriptio, quæ legitur de ſuperexactoribus duplici ratione. Prima, quia ita correſpondet titulo proximo præcedẽti, qui inſcribitur de exactoribus tributorum: nam de his eſt illius tituli tractatus. Secunda, quoniam congruit cum lege vnica, infra eo. quæ agit de puniendis ipſis exactoribus pœna ciuili, & corporali, non autem de punitione exactionis. Et vt cognoſca-
2 mus qui ſint ſuperexactores, priùs noſſe oportet, qui ſint tributorum exactores, qua de re tractauimus in dicto titulo præcedenti, vbi diximus eos eſſe, qui tributa regalia in iudicio, vel extraiudicium nomine fiſci iuſtè petunt, & exigunt à debitoribus: ſic etiam per contrariũ dicere poſſumus, quod ſuperexactores ſunt, qui prætextu fiſcali, tributorum nomine iniuſtè, & ſupra id quod verè debitum eſt, quidquam à prouincialibus in iudicio, vel extra petunt, & exigunt, dicta lege vna, infra eodem.
3 Dictio enim illa ſuper, licèt plura ſignificet, vt docet Lucas de Pena: hic in hoc tamen rubro, & titulo idem eſt, quod vltra, vt patet in dicta lege vna, & idem ſonat, quod amplius, & plus teſtante ipſo auctore Luca de Pena, hic: vnde ſuperexactores exponuntur, id eſt, exactores, qui ſuper, id eſt, plus, vel amplius, quam debitum eſt doloſe exigunt, atque extorquent, de quibus eſt illius tituli tractatio, dicta lege vnica, infra co-

4 eodem. Qua cautum & conſtitu-
tum eſt, quod ſuperexactores tri-
butorum regalium condemnen-
tur in duplo, reſtituendo protinus
prouincialibus à quibus in debitũ
tributum extortum eſt, & perſe-
uerantes in crimine iſto puniãtur
in capite: & hæc eſt eius breuis,
ſummariaq; concluſio, de cuius le
gis intellectu præter ordinarios, &
nouiores diſputat eleganter Piſca
tor ibidem, qui quidem plures, vti
leſq; intellectus infert ad plurimas
Regias leges, & conſtitutiones ex
intelligentia eiuſdem legis vnicæ.
Vnde iam facilis erit præſentis ru
5 bri ſenſus, ſi ſic illud exponas, de ſu
perexactoribus, id eſt titulus 20. in
quo tractatur de ſuperexactorib',
hoc eſt de his exactoribus, qui tri-
butorum regalium nomine plus
quam verè debitum eſt iniuſtè exi
gunt, ciuiliter & criminaliter pu-
6 niendis. Porrò aduertendum eſt,
quod vltra pœnas in hoc titulo ſta
tutas, etiam competit quædam
actio in factum aduerſus ſuperexa
ctores ex prætoris edicto, de quo
in l. 1. & l. 12. ff. de publican. & ve-
ctigal. nec huiuſmodi pœnæ per
actionem eam ceſſabunt, vt inibi
oſtendimus, ſcilicet, in rubrica di-
7 cti tituli. ff. de publicanis. Diſtat
autem is titulus ab illo de ſuperin-
dicto, ſupra hoc lib. in hoc, quod
ille de iuſta, & licita tributorum e-
xactione agit: hic vero de illicita,
atque iniuſta ſuperexactione, vt re
ctè ſenſit Acurſ. hic, quem omnes
ſequuntur, cui differentiæ adden-
da eſt alia, quod ille titulus rectè
inſcribitur de ſuperindicto, vel de
ſuperindictione, non autem de ſu-
perindictoribus, quia de illis non
agit, quemadmodum hic titulus
diuerſam ab eo materiam conti-
nens, de ſuperexactoribus agit,
atque ita merito de ſuperexactori-
8 bus inſcribitur.. Ad cuius mate-
riam conducunt hodie lex 6. titu-
lo 16. par. 3. l. 11. 12. 13. titulo 14.
libro 6. l. 15. titulo 7. libro 9. Regiæ
nouæ Recopil. ad quarum intel-
lectum videndus eſt Piſcator in di
cta lege vna, infra eodem nume. 4.
5. 6. 7. 8. 9. vbi docet, an ſtantibus
his legibus Regijs, quæ diuerſas
pœnas contra ſuperexactores im-
ponunt, ceſſet hodie diſpoſitio
præfatæ legis vnicæ, & harum le-
gum non meminit Ximenez hic.

Titulus XXI.

De capiẽdis, & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Pignus quid, & quotuplex, remiſſiue.*

2 *Diſtrahere, verbũ, quid ſignificet.*

3 *Hu-*

Digitized by Google

3 *Huius tituli ſumma, & tractatio.*
4 *Rubrÿ explanatio.*
5 *Tributum quid ſit, remiſsiuè.*
6 *Diſcrimina inter hunc titulum, & titulos de conueniendis fiſci debitoribus, & de fide, & iure haſtæ fiſcalis, & C. ſi propter publicas penſitationes, & num. 7.*
7 *Tituli intentio.*
8 *Leges Regiæ ad propoſitum citantur.*

1 QVID ſit pignus, & quotuplex, explicuimus in titulo. ff. de pignoribus, vbi diximus. Pignus aliud eſſe conuentionale, aliud prætorium, aliud iudiciale, & aliud legale. Iudiciale diximus eſſe, quod in cauſa iudicati capitur pro alicuius ſententiæ executione, l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de ſentēt. & re iudicat. toto titulo. C. ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit. Legale autem oſtendimus eſſe, quod ab ipſa lege inducitur, quod etiam tacitum appellatur, cuius modi ſunt bona debitorum fiſci. l. 1. C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, & hoc ſit pro iſtius tituli introductione præludium primum. Deinde & ſecun-
2 do prænotandum eſt, quod verbū diſtrahere (à quo deriuatur diſtractio) plura recipit ſignificatā, vt in titu. ff. de diſtractione pignorum, diffuſè oſtendimus. Proprius tamen diſtractio ſumitur pro ea venditione, quæ fit in publica ſubhaſtatione, vt inibi declarauimus, & ſic pro venditione pignoris in cau-
3 ſa iudicati capti. Quibus ita poſitis, & præiactis intelligendum eſt, quod is titulus, tantum agit de captione, diſtractione, ac iudiciali vēditione bonorum debitorum fiſci, quæ quidem pignora ſunt iudicialia, & legalia, iuxta ea quę prę diximus nuper, vt ex tali venditione fiſco debita ſua exſoluantur, & ſic de via executiua, ſummariaque in hoc titulo tractatur, quo cauetur primò fiſcum, ſeu eius exactorē nō debere ab incarceratione ſui debitoris incipere, ſed à reali pignorum captione, qua quidem debitum poteſt exigere, l. 2. infra eodem. Secundò, quod ſi debitor fiſcalis contumaciter recuſet, differatq́; ſolutionem poſsit fiſcus ad eorundem pignorum diſtractionē deuenire, daturq́; emptoribus perpetua firmitas poſsidendi. l. 1. inf. eodē, & hæc eſt totius tituli ſumma, ex qua palam eſt, quod nigrū eſt generalius rubro. In nigro nāque de omnibus, quibuſcunq; debitis fiſcalibus tractatur, vt patet ex dicta l. 1. ibi, fiſcalibus debitis: in rubro autem ſolummodò tributorum fiſcalium fit mētio, cui correſpondet propriè præfata, l. 2. in qua Imperator de debitoribus anona-

nonarium,& ſic tributorum dum
taxat loquitur,vt rectè aduertit Lu
cas de Pena in dicta l.1.quæ lex ge
neralem proponit deciſionem cir
ca qualeſcumque,& quoſcumque
fiſci debitores,ſecunda l.ſpecialem
circa debitores annonarum, ac tri
butorum,vt ita intelligas rectè le-
gislatorem, & iuris compoſitorẽ
ſumpſiſſe initium à genere deſcen
4 dendo,poſtea ad ſpeciem. Ex qui-
bus planus colligitur ſenſus adpræ
ſentis tituli rubrum,hoc tenore cõ
ceptus,de capiendis,&c.id eſt titu
lus 21.in quo ponitur tractatus de
diſtrahendis pignoribus tributo-
rum cauſa,hoc eſt oſtenditur,quã-
do pro ſententiæ executione capiẽ
da,& in publica ſubhaſtatione ven
denda ſint bona debitorum fiſci,
quæ pignora ſunt iudicialia,atque
legalia, vel perſona debitoris fiſca-
lis ſit, ne in carcerẽ detrudenda,vt
ex tali venditione,ſeu diſtractione
5 ipſi fiſco debita ſua ſoluãtur. Quid
autem ſit tributum,ſupra expoſi-
tum nobis eſt in titulo de annonis,
6 & tributis,hoc libro 10. Sed non
abs re pro maiori huius tituli, &
materiæ intelligentia inueſtigan-
dum eſt,quę nam ſint differentiæ,
quæque verſentur diſcrimina in-
ter titulum iſtum, & titulum ſu-
pra de conueniendis fiſci debitori-
bus,ac titulum ſupra de fide,& iu-
re haſtæ fiſcalis, hoc libro & titu-
lum. C. ſi propter publicas penſi-
tationes venditio celebrata fuerit,
quam quæſtionem nemo in termi
nis adhuc mouit,quòd ego ſciam,
quod non eſt ſine admiratione;
ſiquidem omnes præfati tituli vi-
dentur diſſerere,& tractare de exa
ctione debitorum fiſcalium : pro
eius tamen breui reſolutione dicẽ
dum, quod titulus de conuenien-
dis fiſci debitoribus, potiſsimum
agit de via,& lite ordinaria, quam
fiſcus,eiusve procurator,oficiales,
& exactores aduerſus debitores fiſ
cales mouere debent debita fiſca-
lia in iudicio petentes,quando de-
bita nõ ſunt liquida, nec certa,ſed
quibuslibet probationibus liqui-
danda ſunt:iuxta textum in l.facul
tas,C.de iure fiſci ſupra hoc lib.l.fi
nali.C.ſi propter publicas penſita
tiones,& conſtat ex l.1.& toto illo
titulo de conueniendis fiſc. debit.
At alij tres præfati tituli agunt de
iudicio executiuo, & via, ac lite
ſummaria, & executiua ab ipſo fiſ
co,eiuſve procuratore,officialibus
& exactoribus intentata pro eorũ
quæ ſibi debentur exactione;præ-
ſupponunt etenim illi tituli prius
litigandum eſſe in iudicio ordina-
rio cum fiſci debitoribus:iuxta di-
ctum titulum de conueniendis fiſ-
cis debitor.ac ipſos conuictos, aut
cõfeſſos condẽnandos eſſe, & poſt
condemnationem in rem iudica-
tam tranſactam deberi eorum pig 7
nora capi, & in cauſa iudicati, &
rei iudicatæ executione diſtrahi,
vt planè indicant leges ſingulorũ
titu-

titulorum, & circa iſtum titulum docet Ioannes de Platea in dicta l. 1. poſt principium, infra eodem. Verumenimvero, nec inter illos tres titulos vlla ſuperfluitatis labes conſiderari poteſt, ſed clara, & nitida differentia inter ſe: nam dictus titulus. C. ſi propter publicas penſitationes, potiſsimum docet corã quibus iudicibus facienda ſit eiuſmodi pignorum venditio, & executio, vt ſatis conſtat ex poſtrema illius tituli lege, & etiam oſtendit, qualiter hæc diſtractio ſemel facta nequeat retractari, l. 1. l. 2. illius tituli: at dictus titulus, ſupra de fide, & iure haſtæ fiſcalis præcipuè conſtituit ordinẽ, ac ſolemnitates, qui quæve in tali venditione, ac executione ſeruari debent, vt l. 1. l. 2. l. 5.
7 Aliæque illius tituli leges liquidò probant, tandem is noſter titulus agens de iudicio executiuo, oſtendit an fiſcus in executione, atque exactione eorum, quæ ſibi debentur, debeat incipere à pignorum reali captione, & diſtractione, an à captura perſonæ, & quomodo firma ſit emptio eorumdem pignorum ſi vendantur, & hæc eſt eius propria mens, atque intentio. in l. 1. & 2. infra eodem: vnde quod defuit alteri ex dictis tribus titulis, ſuppletur in reliquis, quaſi alterũ
8 ſit fragmentum alterius. Hodie autem qualiter iure Regio in bonis, ac perſonis debitorum fiſci in varijs caſibus ſit facienda executio, conſtitutũ eſt per l. 15. tit. 7. lib. 9. l. 14. tit. 21. lib. 4. l. 3. & l. 14. tit. 17. lib. 5. l. 8. tit. 14. lib. 6. l. 14. dicto titu. 7. lib. 9. l. 10. tit. 16. lib. 9. nouæ Regiæ compilationis, quæ omnes ad propoſitam iſtius tituli materiam proficere videtur, & de aliquot earum intellectu differit Piſcator, in dicta l. 1. nu. 4. infra eodem. Et an hodie poſsit debitor fiſcalis in carcerem detrudi, diximus in titulo 5. de exactoribus tributorum, hoc lib. 10. remiſsiuè.

Titulus XXII.

De apochis publicis, & de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *RVBRICAE diuiſio, & varia lectio.*
2 *Prior pars rubri exponitur quidq́ apocha, & anthapocha ſit.*
3 *De quibus apochis in hoc titulo agitur, & num. 4.*
4 *An etiam de anthapochis hic tractetur.*
5 *Vtilis in praxi conſideratio, circa apochas, & anthapochas.*
6 *Secunda pars rubri* declaratur quid-*

quidq; ſint deſcriptiones curialium, vel curiales, & nu. 7.
7 *Curiales, qui ſint, remißiuè.*
8 *Tertia pars rubri explicatur quid q; ſint diſtributiones ciuiles.*
9 *Huius tituli ſumma proponitur.*
10 *Rubrum explicatur.*
11 *Leges Regiæ cum hac tractatione congruentes citantur.*

1 TRES ſunt præſentis tituli partes. Prima eſt ibi de apochis publicis, & hæc in literæ contextura nullam recipit variationem. Secũda eſt ibi, & de deſcriptionibus curialium: & iſta quandoq; legitur de deſcriptionibus curialibus, vt teſtatur Acurſius hic. Tertia eſt ibi, & de diſtributionibus ciuilibus, quæ quidem in aliquibus Codicibus, ita legitur. In alijs autem tota deeſt, vt inquit ipſe Acurſius, nec admittẽda eſt Cuiacij lectio, hic, qui hoc rubrum legit detrahens ipſi hãc tertiam, & vltimam partem, & loco eius addit, & de quadrimeſtruis breuibus, etenim ſuperior lectio, & inſcriptio ſanior, & verior eſt, quæ nihil ſuperflui, nec diminuti continet, vt ex infra dicendis appa-
2 rebit. Cuius ſingulas partes ſpeciatim exponamus, & ad primæ explicationem ſciendum eſt, quod inſtrumẽti appellatione inter alia ſignificata ſcriptura cõtinetur: vnde paſsim in iure noſtro ſcriptura, & inſtrumentum pro eodem accipiuntur, vt diximus in rubrica. ff. de fide inſtrum. & iuxta eod. Et in hac ſignificatione inſtrumentum ſumptum duplex eſt: aliud publicum: aliud priuatũ, qua de re egimus latè in titu. C. & ff. de fide inſtrument. Rurſus inſtrumentũ priuatum, ſeu ſcriptura priuata plures ſpecies continet ſub ſe, quas etiam congeſsimus in loco modo citato, quarum numero aggregantur apocha, & anthapocha, de quibus earumq; etymologia etiam ibi faſi ſumus. Diximus enim, quod apocha eſt ſcriptura priuata pecuniæ ſolutæ à creditore debitori traditæ, qua debitor qui erat, probat debitum creditori exoluiſſe, vulgò, *Cedula, carta de pago.* Anthapocha aũt ſcripta priuata, quæ per contrarium datur à debitore creditori: qua quidẽ debitor profitetur ſe pecuniam, vel rem aliam debitã creditori exoluiſſe, quæ ſermone nr̃o vernaculo cõtracarta, o cõtracedula, appellatur ab anti, quod apud Græcos eſt cõtra, vt inibi fuſi*
3 declarauimus. Verũenimverolicèt apocha, & anthapocha inter priuatas perſonas, pro priuatis ſcripturis dumtaxat accipiantur, vt in dicto tit. C. de fidei inſtrumen. & ibi diximus, tamen pręſentis tituli trãctatu nõ pro priuata, ſed pro publica ſcriptura accipi debent, quoties de tributorũ regaliũ exactione, & ſolutione tractatur, vt ſatis planè indicat rubrica ibi, apochis publicis. Publicis namq; ſcripturis opus

eſt inter fiſcum,& ſuos debitores, ſcilicet, apocha, quæ datur à fiſco eius debitori tributario:& anthapocha,quæ datur à debitore fiſco creditori,eiuſve exactoribus,& officialibus, & duplici ratione publicæ ſcripturæ ſunt. Prima,quia debēt continere dié, menſem,annū, Conſulem,vel Imperatoré,aliaſq; ſolemnitates in confectione inſtrumēti publici requiſitas, de quibus latiſsimè diſſerit Bartol.in l.ſi vnus ex argentarijs.§.ſi initiū. ff.de edēdo, & alij ſcriptores, quos citauimus in d.tit. C. de fide inſtrum.& probat l.1.inf. eod. ibi, ſed aurum quod,&c.vbi gloſ.ad verbum inferentis,& notat Bart. nu.3.& l.2.de conueniend.fiſci debitor.ſup. hoc lib.vbi gloſ.& interpretes. Secunda ratio eſt,quia in is continentur ſolutiones publicarum functionū, & tributorum fiſcalium,quę ærario publico inferūtur,& in quibus publicum ius verſatur:nam de iure publico,id eſt,fiſcali,in hoc titulo,& in multis alijs huius libri decimi tractatur,vt diximus in tit.ſup.
4 de iure fiſci,eod.lib. Sanè quanquā in rubro nulla de anthapocha mētio facta ſit: in nigro tamen de ea quoq; agitur in l. quicūq; iūcta ibi gloſ.verbo,cautionem,& etiam in præfata l.1.2.3. & vlt.Id quoq; intelligi poteſt, quatenus ibi, hac actione ſecuritatis vtuntur ibi Imperatores, cuius appellatio non ſolū apocha,ſed & anthapocha comprehendi poteſt,ſiquidem eiuſmodi ſcripturæ ſolutionis ſecuros reddūt debitores,& creditores, vt hic animaduertit Piſcator,nu.2.De ijs igitur apochis,& anthapochis publicis, eſt hæc prior huius tituli
5 pars. Sed illud aduertendum eſt, quod ſi hodie debitores tributarij in iudicio oſtenderēt apochas priuatas, aut exactores tributorū anthapochas priuatas,id eſt,non habētes requiſita ſolemnia inſtrumēti publici, ſed eſſent comprobatæ, aut recognitæ: iuxta l. 119. tit.18. p.3.& quæ tradit ibi Greg.&Barr. in l.admonendi, nu.24.& 25.cum ſeq.ff.de iur.iur. Couarr. in pract. Quæſtionibus. c.22. admitterētur vtiq; plenāq; fidē facerēt,meo iudicio,cui ſuffragari videtur,l.6. in fi. tit.14.lib.6.nouæ Regiæ compila. niſi in caſibus in quibus ſecundum ordinationes Regias cōſilij, *De hazienda,o Contaduria mayor*,& ſtylum conſuetū,requiratur publica, & ſolemnis à tabellione facta apocha, & anthapocha, id eſt publicū debitæ pecuniæ iam ſolutæ inſtrumentū. Et hactenus de prima parte rubricę.Pro ſecundæ explicatione, quæ eſt ibi,& de deſcriptionibus Curialibus ſciēdum eſt, quod hæc dictio deſcriptio in plura, variaq; ſignificata fertur,vt docet Lucas de Pena in d.l. 1.2.col.inf.cod. & diximus in tit. C. de imponēda lucrati. deſcrip. inf. hoc lib.Sed in huius tituli tractatu deſcriptiones Curia-

Digitized by Google

Curiales dicuntur ea, quæ vulgariter appretia, vel æſtiua appellantur: quod vt clariꝰ percipiatur, animaduertimus, quod quādo tributa regalia impoſita inter prouinciales municipes diſtribuuntur, ſoluenda ſolent pauperes, & egenij grauari, ita quod plus tributorum nomine eis indicitur ſoluēdum, quā eorum bona, & facultates patiuntur: idcircò ſtatutum eſt, vt priùs quàm eiuſmodi indictiones diuidantur inter prouinciales ſoluendæ fiat vniuſcuiuſque, & ſingulorum bonorum, & facultatum taxatio, & æſtimatio, tali modo, & æqualitate, vt ſecundum quantitatem patrimonij, & non ſecundum munus perſonarum quilibet prouincialis pati debeat, ac ſoluere collectas, & tributa: quæ quidem taxationes appellātur deſcriptiones, iuxta illud exijt edictū à Cęſare, vt vniuerſus orbis deſcriberetur, vt docet gloſſa in d. l. 1. verbo, deſcriptiones, infra eod. quam hic, & ibi omnes pedetentim ſequuntur, potiſsimum Lucas de Pena ibi. 2. columna reprobata ſe-
7 cunda lectura ipſius gloſſæ, Appellant autem Curiales deſcriptiones, quia Curialibus præſentibus ſunt faciendæ, vt docet Pennenſis: hic ſunt autem Curiales decuriones, vel alij qui in curia ſuſtinent aliud munus, vel miniſterium, vt fuſius declarauimus in titulo. C. de decurionibus, infra hoc libro, vbi legendum eſt; quorum numero ſunt diſcuſſores, per quos fieri debent eiuſmodi, æſtima, appretia, taxationes, & deſcriptiones: iuxta titulum C. de diſcuſſoribus, infra hoc lib. & titulum. C. de cenſibus, infra libro 11. vbi diximus, vulgò, *Taſſadores, y aſsi vemos que para repartir el pecho entre los vezinos de los lugares, o el alcauala, quando el lugar eſtá encabeçado, o otro tributo, ſe taſſan las haziendas q̃ cada vno tiene, y ſe nombran para ello taſſadores cada quatro años, o quādo les parece a los que gouiernan*: iuxta l. 3. & 4. titulo 14. libro 6. nouæ compilat. De iſtis ergo deſcriptionibus loquitur hæc ſecunda pars rubricæ, quę ex his manet explicata.

8 Ad tertiæ eutem partis expoſitionem ibi, & de diſtributionibus ciuilibus, dicendum eſt, quod tributorum fiſcalium ſolutio, & penſitatio, ita in partes cuiuslibet erat diſtributa, vt quarto quoque menſe, & ſic tribus penſionibus in anno talis eſſet facienda ſolutio, & quaterni, ſeu libelli, & ſcripturæ, quibus eiuſmodi ſolutiones erant diſtributæ, quadrimenſtrui breues appellantur dicta l. 1. infra eodem vulgò, *Los padrones en que eſtan repartidas las pagas cada quatro meſes, de las rentas Reales, por tercios del año, y recetorias dellas*: iuxta l. 4. & 13. titulo 14. libro 6. Recopilation. vbi Azeuedus, & l. 1. titul. 16. libro 9. eiuſdem compilat. Appellan-

lanturq; ciuiles diſtributiones, vel quia l. ciuili cautū erat, vt iſtarum ſolutionum ſic fieret diſtributio, id eſt, diuiſio, vt ſenſit hic Piſcator, vel ciuiles, id eſt, ciuitatū omniū, & ſingularum, vt voluit Lucas de Pena, hic, & ſic manet hæc pars rubri expoſita, imo & totum rubrū
9 elucidatū, atq; enucleatum. Quibus ita explicitis in hoc titulo proponuntur ſequentia. Primò, quod deſcriptiones Curiales, ſeu bonorum taxationes non antea ſumāt effectum, quā Præſidibus prouinciarum intimentur, ab eiſque recipiantur, & approbentur. Rurſus, vt ſuſceptores, theſaurarij tributorum fiſcalium de ipſis tributis ſuſceptis publicam ſolemnemq; apocham ſoluentibus faciant, & vt exactores tributorum teneantur, quarto quoque mēſe ſuæ exactionis rationē ad ſuperiorē mittere, & quod ex cauſa lucratiua exegerint, debent etiā ſcribere, d. l. 1. inf. eod. quæ omnia hæc cōprehendit, correſpōdetq; omnibus partib' rubri, item quod ſi quis debitor tributorū fiſcalium habeat ſolemnē apochā ſolutionis amplius moleſtari, nec exigi poſsit, nec contra eum exceptio non numeratæ pecuniæ obijci. l. 2. l. 4. inf. eo. Tertiò, & vltimò, quod ſi quis debitor tributū oſtendat apochas publicas, quibus probetur proximis tribus præteritis annis annua tributa ſoluiſſe: retrò ſoluiſſe præſumitur, niſi verè contrarium probetur, l. 3. inf. eod. vbi Piſcator, nu. fin. explicat elegāter, quid ſit optio, & Pet. Greg. de ſympt. iur. l. 2. lib. 18. cap. 15. Cuius ibi mentio fit, vnde iam videmus præfatam. l. 2. & 3. correſpondere priori parti rubricæ, & dictam legem 1. omnibus eius partibus, vt
10 diximus. Habemuſque totius tituli ſummam, ſecundum quam, & ea quæ antea expoſita ſunt, ita totum rubrum poſſumus declarare de apochis publicis, &c. id eſt, titulus 22. in quo diſſeritur, & tractatur de apochis publicis, hoc eſt, de inſtrumētis, & ſcripturis publicis ſolutionis tributorum fiſcaliū, oſtenditurq; quem effectum producant, & de deſcriptionibus Curialibus, id eſt, de æſtimationibus, & taxationibus bonorum tributariorum, quæ per Curiales, hoc eſt, decuriones, & diſcuſſores Curiæ fiunt ad hoc, vt æqualiter, & ſine grauamine omnibus indicātur tributa ſoluēda: doceturq; quādo ſuū effectum producāt, & diſtributionibus ciuilibus, hoc eſt, de ſolutionibus, & penſitationibus tributorum, quæ quarto quoque menſe in ſingulis annis fiunt, earumque rationibus tranſmittendis, ad ſuperiorem ciuilibus (inquam) id eſt, omnium ſingularumque ciui-
11 tatum imperij. Conueniunt autem cum hac tractatione omnes leges Regiæ ſupra citatæ: & vide Ximenez hic.

Titu-

Titul. XXIII.

De Canone largitionalium titulorum.

SVMMARIVM.

1 *Suſceptor tributorũ duplex particularis, & generalis, & nu. 2.*

2 *Suſceptores particulares hodie, quibus appellationibus vocẽtur.*

3 *Suſceptor generalis, quis ſit, & vt appelletur hodie, & nu. 4.*

5 *Canon quid.*

6 *Tituli largitionales, qui ſint, & num. 7.*

7 *Rubri interpretatio, ac tituli intentio, & nu. 8. & 11.*

9 *Huius tituli ſumma tradditur.*

10 *Chartularij, qui ſint, itẽ & tractatores, & retractatores oſtenditur.*

12 *Tributa, quæ ſint, remiſsiuè, legeſque aliquot Regiæ ad propoſitum tituli huius citantur.*

VERE in ſingulis præſentis rubricæ verbis nodeſt, qualis qualis ſcrupus, in inueſtiganda vera eorũ ſignificatione, qua de re variè diſſeruit, hîc Acuſ. Bart. Platea, Cuia. & alij plures, variaſque expoſitiones do-
1 centes. Verũ his omiſsis, pro vera explicatione præiacẽdũ eſt, quod in iure ciuili Imperialiũ cõſtitutionũ duplex reperitur ſuſceptorum tributorũ fiſcaliũ, alter particularis, alter vero generalis, ſeu vniuerſalis. Particulares ſuſceptores ſunt, qui ſingulis prouincijs præpoſiti ſunt ad ſuſcipiẽda tributa, quę exactores cuiuslibet oppidi, & ciuitatis habent exacta, & collecta: hi enim exactores quarto quoq; menſe tenentur ad eiuſmodi particulares ſuſceptores breues, & quaternos mittere, in quib' quid, & quãtum exactũ tributorũ nomine ſit, contineatur, ac ſimul ipſa tributa in illis, quatuor mẽſibus exacta, l. 1. ſupr. tit. 1. vbi diximus, & in tit. ſupr. de exactoribus, ſupr. hoc lib. & tradditLucas de Pena, in l. 1. inf. de ſuſceptoribus, hoc lib. Bar. in l. 3. §. illud, inf. eo. & probat l. 1. infr. eo. l. duos, l. modios, d. tit. inf. de ſuſceptoribus, qui quidẽ particulares ſuſceptores appellantur, etiã Palatini in l. 2. inf. co. & duo in ſingulis prouincijs ſunt præponendi, in d. l. duos, inf. de ſuſceptorib', vbi latè explicuimus, nec nõ in tit. infr. de Palatinis lib. 12. Eligũturq; à Præſidib' prouinciarũ, vel etiã à pro-
2 conſulibus, d. l. 3. §. illud. Et in noſtro Regno, *Se llaman recetores, o teſoreros de rentas Reales, que eſtan, y reſiden en las cabeças de los partidos, fuera de la Corte*, iuxta l. 6. & l. 13. titul. 14. lib. 6. nouæ Regiæ compilationis, l. 13. titul. 8. lib. 9. eiuſdem compilation. de quibus hodię videndæ ſunt le-

E ges

ges Regiæ congeſtę in repertorio
nouæ Recop. verb. *Receptores*.2.
& 3.& 4. Sanè iſti ſuſceptores par
ticulares de iure cõmuni, nequa-
quá à municipibus, & prouinciali
bus tributa exigere poterant, nec
Præſidibus, aut Rectoribus pro-
uinciarũ, eiuſmodi exactiones per
miſſum erat eis demandare, aut
permittere ſub certis pœnis, l. miſ
ſi opinatores, ſupra de exactionib'
tributorũ, hoc lib. 10. l. 2. infr. eod.
Hodie tamen iure Regio eiuſmo
di ſuſceptores, *Elige el Conſejo de
Cõtaduria mayor, y los embia a las
cabeças de los partidos, con ſus pro-
uiſiones, y comißiones Reales, q̃ ſe
llaman receptorias, y recudimien-
tos*, vt in legibus Regijs modò ci-
tatis, Latinè delegationes, vel lite-
ræ delegatoriæ, l. fin. infr. eod. d. l.
miſsi opinatores, & ſic iure Regio
remanet correcta, d. l. 3. §. illud, in-
fr. eod. quatenus de electione iſto-
rũ agit, nec nõ d. l. 2. infr. eod. & d.
l. miſsi opinatores, quatenus eis
prohibent particulares tributorũ
exactiones à prouincialibus petẽ
das. Præfatis enim Regijs conſtitu
tionibus, id ipſum eis permiſſum
eſt: hi ergo ſunt particulares ſuſce
3 ptores tributorũ fiſcalium. Suſce-
ptor generalis eſt, qui in vrbe Re
gia, & curia ſuſcipiendis tributis,
omnibuſq; largitionib' iam col-
lectis, quæ quaſvè ſuſceptores par
ticulares ad eũ tranſmittunt præ-
poſitus eſt, vt probat l. 1. infr. eod.
ſic accipienda, & ſenſit Acurſ. in
d. rubr. infr. de ſuſceptor. Qui etiã
Comes ſacrarũ largitionũ appel-
latur, teſtante Piſcatore, in d. l. 1. n.
1. & 2. infr. eod. ſic intelligẽda ex-
ploſa Acurſij expoſitione, ibidẽ,
verbo, Comitatum, iuxt. tit. C. de
offic. Comitis ſacrarũ largitionũ,
& quæ ibi diximus, eligiturque à
procuratore Cæſaris, in l. ſuper
creandis, ſupra de iure fiſci, ſupra
hoc lib. & eius electio cõfirmatur
in publico cętu, id eſt, in curia, &
in Senatu, & nomina eorum, qui
ita eliguntur, ad Pręſides Prouin
ciarum mittuntur, vt compertũ
ſit prouincialibus, qui ſint electi,
& eligentes, & ſic quorum ſit ele
ctionis periculum, in l. exactores,
infr. de ſuſcep. & traddit Lucas de
Pena, in d. l. ſuper creandis in prin
cip. Bart. in d. l. 3. §. illud, infr. eod.
4 Vocatur etiam theſaurarius gene
ralis, ſecũdum Pyrrhum, hic vul-
go, *Teſorero general, en cuyo po-
der eſtà la arca de tres llaues de ſu
Mageſtad en ſu Corte, y otros re-
ceptores generales de rẽtas Reales,
y pechos, y ſeruicios, y penas de ca-
mara*, de quib' fantur aliquot Re-
giæ cõſtitutiones congeſtæ in re-
5 pertorio nouę Reco. vbi ſup. Dein
de, & ſecũdo, ſciendũ eſt, ꝙ Canõ
in iure Pontificio accipitur pro
quacũq; Eccleſiaſtica conſtitutio-
ne; indeq; ius Pontificum appel-
latur, ius Canonicum, vt dixi-
mus in procemio decretalium,
ſed

Digitized by Google

ſed in iure ciuili conſtitutionum Imperialium, Canon, varij generis eſt, multiplicemq; ſortitur ſignificationem, vt teſtatur Prateius in Lexicon iuris, ad verbum, Canon, cum ſequentibus: crebriùs tamen, tributum ordinarium, aniuerſariamque, & ordinariam tributorum penſitationem, ſolutionemque ſignificat, l. 1. ſupr. de indictionibus, & in illo titulo diximus, l. fin. de collatione fundor. patrim. infr. lib. 11. & in hac ſignificatione ſumitur, in hoc titulo, vt paulò inferius declarabimus.
6 Rurſus, & tertiò prænotandum eſt, quòd tituli appellatione plura continentur ſignificata. Potiſsimum autem continetur cauſa habilis, & efficax, ad dominij translationem, ſecundum ea, quæ traddit Paulus in l. Celſus. ff. de vſucapion. gloſ. & Cardinalis, in Clementina 1. in princip. de cenſibus, Baldus in l. Ancillæ, num. 1. C. de furtis, Baldus de præſcription. 1. part. 3. partis principalis, quæſt. 2. Couarr. in regula poſſeſſor, 2. part. relect. §. 5. nu. 1. vt putà titulus emptionis, venditionis, per mutationis, donationis, legati hæreditatis, & ſimiles, ſic dicimus, quod ex varijs, multiſque cauſis, & titulis bona fiſco adquiruntur, cuiuſmodi ſunt, vectigalia, indictiones, aliaque tributa ordinaria, bona vacantia, bona contrahentium inceſtas nuptias, & ea, quæ indignis auferuntur pœnæ, ſeu mulctæ maleficiorum, & alia quorum dominium, ex varijs titulis fiſco adquiritur, l. 1. ff. de iure fiſci, & diximus in titul. ſupr. C. de iure fiſci, hoc lib. nu. 3. Qui quidem tituli largitionales appellantur: clargiuntur etenim huiuſmodi bona ex his titulis, & cauſis Imperatori, vel Principi, eiuſque fiſco, vti explicuimus in titulo, C. de officio Comitis ſacrarum largition. de quibus datur hic titulus, potiſsimum de varijs cauſis, & titulis quibus fiunt tributorũ fiſcalium largitiones fiſco, vt illicò dicemus. Et explicat Piſcator, hic.
7 His ita fundamentis præiactis, intellige appellatione Canonis, in hoc rubro, & eius nigro comprehendi regularem illam, & ordinariam tributorum præſtationẽ, ac ſolutionem, non ex eo ſolum, quod ordinaria, & regularis fiat talis ſolutio per prouinciales ſuis temporibus, ſed quod ordinario, & ſolito more penduntur tributa: inferunturque tituli largitionales, & ex eis adquiſita tributa, theſauris fiſcalibus, quibus præſunt in ſingulis prouincijs, duo ſuſceptores particulares, vt ſup. dixi: datur enim in hoc tit. hic Canon, id eſt, hæc regula, & is ordo, vt primò exactores tributa à prouincialibus exigant. & poſt iam exacta ea ſimul, cum titulis largitionalibus, ex quibus

debita ſunt, ad ſuſceptores parti-
culares mittant, & tandem ſuſce-
ptores ipſi, ad ſuſceptorem gene-
ralem, Comitemque ſacrarũ lar-
gitionum in curia Regia exiſten-
tem ea deferant, & mittant, vt
probat d.l.1.infra eod. ibi: Om-
nem ſummam auri, vel argenti,
& ibi, ex more penduntur, & ibi,
theſaurũ prępoſitis cõſignari, vt
ex inde ad ſacrũ Comitatum, &c.
8 Vnde de Canone largitionalium
titulorũ exponẽdum eſt, id eſt, de
regula, & ordine obſeruando in ti
tulis, & cauſis expectãtibus ad ſa-
cras, id eſt, Imperatoris largitio-
nes tributorũ, ſcilicèt, quæ ei pen-
duntur, ſecundũ ea, quæ pro præ-
ſentis tituli explicatione traddit
Rebuf. in l paries. ff. de verbor. &
rerũ ſignifica. pag. 56. & hæc eſt
huius rubrij verior, ſaniorque in-
9 terpretatio. Et tituli huius intẽ-
tio, quo quidem proponuntur, ac
deciduntur ſequẽtia. Primò, quod
exactores tributorũ, tributa exa-
cta, ad particulares ſuſceptores
mittant, eiſq; ſolemniter traddãt,
vt ex inde totũ ad theſaurarium
generalẽ, Comitemq; ſacrarũ lar
gitionum deferatur, d.l.1. Rurſus,
quod palatini, id eſt, particulares
tributorũ fiſcaliũ ſuſceptores, non
debent tributa à Prouincialibus
exigere, nec Præſides prouincia-
rum, id eis cõmittere, aut permit-
tere poſſunt ſub certa pœna, l.2.
10 2. Item vt chartularij immunes
ſint, & exempti à munere curſus
publici, & ab omni alio, quod ipſi
ſubire non ſolent, alioquin iudi-
ces contrarium facientes grauiter
plectuntur, l.3. in princip. infr. eo-
dem. Appellantur autem char-
tularij, qui in ſingulis prouin-
cijs titulos largitionales retractãt,
id eſt, iterata cura, & ſedula di-
ligentia tractant. Indeque etiam
tractatores, & retractatores dicũ-
tur, dict. l.3. in princip. & §. illud:
vocãturque chartularij, quia char
tas largitionalium titulorum, id
eſt, breues quadrimeſtres, qua-
ternos, & libros, in quibus tri-
butorum largitiones continen-
tur, perfectè tractant, vti expli-
cant Lucas de Pena, & Piſcator,
in d.l.3. in princip. Briſonius, ver-
bo, chartæ, de quibus eſt titulus
infra de numerarijs, & actuarijs,
& chartularijs lib. 12. & ibi dixi-
mus, nec non tabularij ſuſcepto-
rum particularium vocantur, eo-
rumque ſunt officiales, l. 3. ſupra
de iure fiſci, vbi & in dict. l. 3. in-
fra eo. explicat bene Lucas de Pe-
na, *A los quales oy podremos lla-
mar eſcriuanos de rentas Reales,
y otros oficiales deſtas eſcriuanias,*
iuxt l.1.c.30. & 34. tit.2. lib. 9. l.6.
c.3. tit.6. lib. 9. nouæ Regiæ Reco
pilat. & alias Regias conſtitutio-
nes cumularas in repertorio eiuſ-
dem compilat. ad verbũ: *Eſcriua-
nia mayor de rentas, y eſcriuanos
dellas:* (& etiã diximus in tit. infr.
de

de tabularijs,hoc lib.10.) Prętereà. quod electio,& defenſio particularium ſuſceptorum nō tantum expectat ad prouinciarum Præſides, ſed etiam ad Præfectum, vel Proconſulē,ſi ſunt in prouincia,d.l.3. §.illud. Tandem definit is titulus, quod ſi in literis delegatorijs à Principe miſsis iudicibus ordinarijs,pro exigendis tributis minus, quàm ſolitum ſit,exolui contineatur:iudices ipſi totum exigere debent,non obſtantibus literis, aliàs puniuntur,quia prçſumuntur erroneæ,l.fin.infr.eod. & hæc eſt to
11 tius tituli breuis ſumma. Ex qua, & antea expoſitis plana, claraque redditur rubrica noſtra,potiſsimū ſi eius interpretationē,ſupra traditam,hoc tenore repetas, de Canone. &c. id eſt, tit.23. qui agit de Canone largitionalium titulorū, hoc eſt de regulari,& ordinaria tributorum præſtatione, quæ Principi,aut eius fiſco fit ex largitionalibus titulis,id eſt,ex varijs cauſis ex quibus tributa elargiuntur fiſco, docetque,quibus per quos,& quo ordine ea tributa exigantur, ſuſcipiantur,& ad fiſcum, eiuſque ſuſceptorem, aut quæſtorem generalem deferantur,quique ſint officiales,quibus id munus incumbit, &
12 quibus gaudeant priuilegijs. Quæ autem ſint tributa Principis, ſeu fiſcalia ſcriptum reliquimus in titulo de annonis, & tribut. ſupra hoc libro. Et faciunt ad præſentis ſpeculationis materiam leges Regiæ ſupra citatæ, nec non,l.4.5. 11.13.titul.14.lib.6. Regiæ nouæ Recopilat. & titulus 8,lib.9. eiuſdem compila.

Titul. XXIIII.

Ne operæ,à collatoribus exigantur.

SVMMARIVM.

1 *Operarum definitio traditur.*

2 *Earumquè diuiſio.*

3 *Collatores,qui ſint, quidque verbum conferre,& collationis nomen ſignificet,explicatur.*

4 *Huius tituli ſumma, mens, atque intentio,oſtenditur.*

5 *De quibus operis is titulus ſit intelligendus.*

6 *Rubrum conſtruitur, & declaratur.*

1 Præiacenda, legendaq; ſunt in primis, quę luculenter ſcripſimus in tit. ff. de operis libertorum,num.1,2.3. 4.vbi diximus, quod operæ ſunt diurnum, vel nocturnum officiū. vtpote, officium pictoris, quod exercet pictor per diem, officium fabri,ac ſimilia, idem & cuſtodia

2 turris per noctem, &c. Diximus
etiam, quod operarũ diuiſio mul-
tiplex eſt, vt docet gloſ. Bart. & alij
in l. ſi non ſortem, §. libertus. ff.
de condictione indeb. Sed alijs o-
miſsis diuiſionibus, illa eſt cogrua
diſtinctio operarum, quaſdam eſ-
ſe officiales, ſeu obſequiales, alias
artificiales, dict. §. libertus. Officia
les, ſeu obſequiales dicuntur, quæ
rem, perſonam, victum, curam,
otium, quietem, & voluptatem
domini, parentis, patroni, vel al-
terius ſuperioris directè reſpiciũt,
iuxta titul. ff. de obſequijs à liberis,
ſeu libert. & titul. C. de obſequijs
patrono præſtand. Artificiales vo
cantur, quæ ad artificium tan-
tum pertinent, vt ſunt pictoriæ, fa
briles, architecturæ, & ſi quæ ſunt
aliæ, vt fuſius, latiuſque declara-
3 uimus in loco ſupra citato. Dein-
de ſciendum eſt, quod verbum,
conferre, multa patitur ſignifica-
ta, ſed ex eo, quod ei adiungitur,
ſolet vis huius verbi lectoribus ap-
parere, ab eoque collationis no-
men deriuatur, quod quidem plu-
ra, variaque etiam ſignificata ſor-
titur, vt notant ſcriptores in rubr.
C. de collationibus, & obſeruat
Rebuffus in ſuis concordantijs, in
dict. rubr. C. de collat. & in l. cog-
noſcere, §. diſpungere. ff. de ver-
bor. ſignificat. Anton. Gomez in
l. 29. Taur. num. 1. ſed in huius ti-
tuli tractatu, collatio eſt tributo-
rum, quæ Imperatori, Regi, vel
Principi, aut reipublicæ debentur
contributio, ſolutio, & præſtatio,
l. vltima, §. patrimoniorum in fin.
ff. de muner. & honor. l. in honori
bus, §. qui muneris. ff. de vacatio-
ne muner. *Vulgo, repartimiento, y*
paga de tributos Reales, y publicos,
& in hoc ſenſu capitur in titul. de
collatione fundor. patrimon. & in
tit. de collatione fund. fiſcal. infra
lib. 11. nec non in titulis de colla-
tione donatorum, & de collatio-
ne æris, & in titulo de his, quæ ex
publica collatione, infra hoc lib.
Indeque collatores, dicuntur ho-
mines prouinciales, qui eiuſmodi
indictiones, aliaque tributa Impe-
ratori, vel Principi, cui ſubditi
ſunt, exoluunt, l. ſunt munera. ff.
de vacatione mun. d. l. fin. §. ſi au-
tem. ff. de muner. & honor. in au-
thentico de collatoribus, collat. 9.
4 l. vnica, infr. hoc tit. Qua quidem
generaliter conſtitutum eſt, ne
huiuſmodi collatores, qui publico
onere grauantur in tributis ſolué-
dis, alio quoq; honere putà labo-
ris, vel operarũ, maximè artificia-
liũ exactione grauentur, & ita vult
ab honere cuiuslibet laboris, &
operationis illicitæ illos exemptos
eſſe, iubetque ab ipſis per aliquem
Baronem, vel alium Principe infe
riorẽ nõ poſſe illicitè exigi, quod-
cumque genus operarum, ſiue in
diurno, ſiue in nocturno, ſiue in
quacumq; alia operatione, & facto
conſiſtant. Et hæc eſt huius tituli
ſumma,

Digitized by Google

5 ſumma, mens, atque intentio: qui tamen de illicitis operarum exactionibus eſt accipiendus: quarum aliqua exempla recenſet Acurſ. in dict.l.vnica, infr. eod. vbi Ioannes de Platea, & Gregor. in l.fin. tit. 7. part. 5. gloſ. 1. ad fin. & in l. 6. tit. 25. p. 4. gloſſ. 2. col. 1. ante fin. vbi ait, quòd Barones non poſſunt impo- nere operas ſubditis vltra conuentionẽ, vel antiquã conſuetudinem. Nõ delictis, & iuſtis, a quibus collatores non liberantur, quas congerit Piſcator in dict.l.vnica, num. 1. Enimverò, quamuis operæ dicantur, quas patronus in ſuis libertis habet, iuxt. dict. titul. ff. de operis liber. & quiſquam in ſeruis alienis, iuxt. tit. ff. de operis ſeruorum. Latiſsima tamen eſt operarum ſignificatio nõ ſolũ in ſeruis, & libertis, ſed etiam in liberis hominibus, & ingenuis, quod ex perſona edentis operas, & ex qualitate rei, circa quam eduntur, intelligere oportet: vnde merito, inquit Vlpianus, operæ in rerum natura non ſunt in l. 9. ff. de operis libert. & I. C. Paul. in l. 1. ff. de oper. ſeruor. Idque animaduertimus, vt intelligamus titulum præſentem, non de operis libertorum, nec ſeruorum, ſed ingenuorum, qui in prouincijs Romani, ſeu Conſtantinopolitani Imperij, degunt, & tributa Principi ſoluunt, dumtaxat agere,
6 & tractare. Ex quibus omnibus iam dictis, colligitur vera, nitidaque ad præſens rubrum declaratio, cuius inſcriptio, ſub negatiuo ſermone conceptas integrum habet ſenſum, hoc tenore, Ne operę, &c. id eſt, titulus 24. qui iubet, atque conſtituit, ne operæ, hoc eſt officia diurna, vel nocturna, & labores illicite à collatoribus, id eſt à ſubditis, qui tributa regalia ſoluunt, exigantur, ſuple, per aliquem dominũ Principe inferiorẽ: nec per ipſum Principẽ, dum eos immunes, ac liberos ab eiuſmodi exactione facit: per huius tituli prę fatam vnicam conſtitutionem.

Titul. XXV.

De immunitate nemini concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit munus, & quotuplex, remiſsiuè.*
2 *Immunitas, quid, & vnde dicatur, & de qua immunitate is titulus loquatur.*
3 *Huius tituli ſumma, & intentũ, & num. 4.*
4 *De reparatione viarum, pontiũ, fontium, &c.*
5 *Rubricæ ſenſus, & conſtructio.*
6 *Leges Regiæ, cum præſenti materia congruentes, citantur.*

1 PRO præſentis tituli explicatione ſciẽdum eſt ante omnia, quid ſit munus, & quotuplex: qua de re tractauimus in tit.ff. de muner.& hono. & in tit.ſupr.de annonis, & tributis hoc lib.10 & alibi ſæpè. Vbi diximus, quod munus eſt triplex, ſcilicèt, perſonale, patrimoniale, ſeu reale, & mixtũ. Diximus etiã tributa, quæ Regi, Imperatori, vel Principi, vel pro publica vtilitate, aut vrgente neceſsitate exoluuntur à ſubditis, vt in plurimum ſpecies eſſe muneris patrimonialis.

2 Quibus ita præiactis ſciri oportet, quod hæc vox, immunitas, componitur ex ijs duabus dictionib', & particulis, im, & munus, muneris: quæ hunc ſenſum patitur, id eſt, ſine munere data libertas, & exemptio, vt fuſius explicuimus in tit.ff.de vacatione, & excuſatione muner. & in tit.ff. de iure immunit.nec non in tit. extra de immunit. Eccleſiar. & ſic vniuerſaliter, ac indefinitè loquendo, immunitas eſt libertas, vel exemptio, cuiuſque muneris perſonalis, patrimonialis, & mixti. Verũ in præſentis tituli materia, & ſpeculatione non in tam larga ſignificatione accipitur, ſed dumtaxat pro immunitate, & exemptione tributorum, quæ Regi, Imperatori, vel Principi, vel pro publica vtilitate, aut vrgente neceſsitate præſtantur, poſtquàm enim in ſuperioribus titulis huius lib.10.à tit de annonis, & tributis generaliter actũ eſt de eiuſmodi tributis, & de alijs, quæ ad ea pertinent, congruenter annectitur in hoc loco titulus iſte de immunitate horũ tributorum nemini conceda, qui quidem defi-
3 nit, & ſtatuit. Primò, pœna combuſtionis puniri ciuitatum tabularios, qui falſam immunitatẽ tributorum alicuius fraude, doloque conſcripſerint, vel admiſerint, vt omnes prouinciales ad tributa agnoſcenda adſtringantur, abolita, deletaque ſit ſpecialium immunitatũ gratia, l.1.infra eod. (Quî autem ſint chartularij, ſuprà expoſitum nobis eſt, in tit. de Canone largition. tit.num.10.) Tollit igitur dict.l.1.immunitates ſpeciales, à quibuſdam perperam impetratas, hodie tamen iure Regio circa huiuſmodi immunitates videnda eſt.l.7.tit.2.lib.6.l.10.tit.11.lib.2.Regiæ nouæ Recopilat.reputatur autem ſingularis præfata, l.1. infr. eod. quatenus pœnam ignis imponit, cum lõgè alia pœna falſi ſit, & minor, vt conſtat ex tit.ff.ad legem Corne.de falſ. vbi diximus, & ibi, & alibi ſępè ſcribentes tradunt, ſed pœna hæc iam indeſuetudinem abijt, & in caſu dict.l.1. tantummodò locum habebit, pœna falſi ordinaria, quemadmodũ in cæteris caſibus, in quibus falſi crimen committitur, vt docet Piſcator

Digitized by Google

4 cator in eadem l.i.num.3.& 4. Se-
cundò definit reparationem, mu-
nitionemque publici ageris, via-
rum, pontium, fontium, murorũ,
cæterumque huiuſcemodi mune
rum, & onerum deberi ab omni-
bus fieri, & agnoſci pro quanti-
tate, & æſtimatione patrimonij,
cuiuſque poſſeſſorum expẽſis ip-
ſorum, l.2. infr. eod. vbi Alexand.
ad Bart. Platea, Piſcator, & alij ſcri-
ptores terminos, ac materiam pur
gationis viarum immiſcent, & diſ
putant, etiam num clerici, perſo-
næque Eccleſiaſticæ, & pauperes
ad huiuſmodi onera teneãtur ſpe-
ciatim Piſcator, num. 3. & 4. qui
mirifice exponit, qui dicantur pau
peres, citatque ad propoſitam ma-
teriam plures Regias leges, & cõ-
ſtitutiones. Ecce igitur habens
huius tituli ſummam, & intẽtum,
quod nihil eſt aliud, quàm ſpecia-
les immunitates tributorum per-
peram petitas, & obtentas tollere,
& in poſterum petendas non con-
cedere, ſed potius denegare, vt pa-
5 tet ex iam dictis: ex quibus etiam
colliges planum, nitidumque ſen-
ſum, & cõſonam conſtructionem
ad noſtrum rubrum, ſi ita dixeris,
de immunitate, &c. Id eſt titulus
25. qui agit de immunitate nemi-
ni concedenda, hoc eſt, definit, iu-
bet, & ſtatuit immunitatẽ, & exẽ-
ptionem tributorum publicorum
nemini concedendã eſſe, ſed quod
ab omnibus prouincialibus agnoſ
cantur tributa, ſecundum cuiuſq;
patrimonium, & iuxta formam,
& modum impoſitionis, & indi-
6 ctionis. Et congruentes cum hoc
tractu videntur eſſe leges Regiæ
ſupra citatæ. & aliæ, quas conge-
rit Piſcator in dict l. 1. & 2. & l. 20.
tit. 32. part. 3. vbi Gregor. gloſ. 5. &
8. & per omnes, omnino videdus.
Videnda ſunt etiam, quæ diximus
in titulo de quibus muneribus, vel
præſtationibus, &c. inf. hoc lib. 10.

Titul. XXVI.

De conditis in publicis horreis.

SVMMARIVM.

1 *Horrea quæ ſint.*
2 *Horreorum quædã priuata, alia publica, & quæ ſint priuata, oſtenditur.*
3 *Quæ ſint publica exemplis declaratur.*
4 *De quibus horreis publicis loquatur is titulus.*
5 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio traditur.*
6 *Rubrum exponitur.*
7 *Leges Regiæ congruentes citantur.*

1 Horrea ſunt loca repoſitoria, in quibus frumenta, vina, aliæve fruges, vel

vel merces reconduntur, l. 2. C. de periculo, & comm. rei vendic. l. cũ in plures, §. locator horrei. ff. locati, l. fin. C. de offic. Rectoris prouinciæ, traddit Rebuffus in l. impenſæ, §. vtiles. ff. de verbor. ſignificat. pag. 515. verſ. & horreum: ſic dicitur horreum frumentarium in l. 60. ff. de acquir. rerum dominio: horreũ vinarium, in l. 7. ff. de fundo inſtructo: horreum penuariũ
2 in l. 3. ff. de penulegat. Et horum quippè, quædam priuata, alia publica ſunt. Priuata horrea dicutur quibus quilibet priuatus vtitur ad frumenti, vel vini, aliarumvè rerũ cuſtodiam, & repoſitionem, dict. l. cum in plures, §. locator horrei, dict. l. 2. C. de periculo, & commodo rei vendic. cum pleriſque alijs: & de his non eſt huius tituli ſpe-
3 culatio. Publica horrea ſunt loca in quibus publica frumenta, vina olea, aliæve res, publico emolumẽto, & vſui, publicæque vtilitati deſtinata, reconduntur, & reponuntur, ſiue eiuſmodi recondita ad fiſcum pertineant, vtputa tributa, & indictiones, vt probat l. 1. infr. eod. ibi: damnum fiſco non faciat, & in l. 2. infr. de ſuſceptoribus, hoc lib. *Como ſon oy las trojes, alholies, bodegas, y caſas donde ſe recogen las rentas Reales, q̃ ſe pagã en trigo, ceuada, centeno, y otras ſemillas, vino, azeyte, y otras coſas que no conſiſten en dinero, como ſon los diezmos, y tercias que ſe pagan, y pertenecen a ſu Mageſtad.* De quibus eſt totus titulus 21. lib. 9. nouæ Recop. cum alijs legibus huius Regni cõgeſtis in repertorio eiuſdem Recopil. verbo, *diezmos. El ſegundo,* cum ſequentibus: ſiue ea recõdita ad rempublicam, cuiuslibet municipij, ciuitatis, vel oppidi ſpectent: Romæ enim olim, & Conſtantinopolis plura, variaque erãt horrea publica, vt apparet ex hoc tit. & tit. infra de frumẽto conſtãti. & tit. de frumen. Alexand. infr. lib. 11. alijſque pluribus locis, nec non in ſingulis ciuitatibus Romani Imperij, l. fin. vbi Bude. ff. de muner. & honor. & traddunt nouiſsimè Bobadilla in politic. lib. 3. cap. 3. numer. 3. Azeuedus in pragmatica de los poſitos, & ab ipſo relati num. 2. & 3. *Como ſon oy las paneras, trojes, y caſas donde ſe recogen las rentas de los propios de los Concejos, o del comũ, de trigo, ceuada, centeno, y otras coſas de las villas, y ciudades, y las caſas del trigo, y dinero de los poſitos, que nueuamente eſtan fundados en eſtos* Reynos, *para ſuſtento de los vezinos, pobres, y paſſajeros de las ciudades, villas, y lugares.* De quibus eſt hodie l. 9. titu. 5. lib. 7. quaterni additi nouæ Recopilat. vbi legendus eſt Azeued. & Bobadilla, dict. lib. 3. dict. c. 3. potiſsimum ex num. 17. cũ plu-
4 ribus ſequentibus. Et de iſtis publicis horreis, quæ olim in Romano Imperio frequentabantur, loquitur

quitur titulus iſte de ijs, videlicet in quibus publica tantum frumẽta, non aliæ res condita, & repoſita erant, vt ſentit Rebuffus vbi ſupra, Cuiacius, Piſcator, & alij cõmuniter in dict. l. 1. int. eod. Et hæc
5 hoc tit. definiuntur. Primò, vetera in publicis horreis recõdita priùs expendenda eſſe, deinde noua, ac licitum eſſe corrupta, cum incorruptis miſceri, & vt idonei cuſtodes, ac menſores ipſis horreis præponantur, qui cuſtodiant, metiantur, & æſtiment ea, quæ in ijs recõdita ſunt, dict. l. 1. vbi legendus eſt Piſcator, & Gregorius in l. 1. tit. 7. part. 5. gloſ. 1. vbi docet an illa lex corrigatur per l. 3. tit. 5. lib. 1. nouæ Recopilat. & Bobadilla vbi ſupra nu. 40. & 41. Secũdò, quod Præſes prouinciæ debet ipſe horrea publica inſpicere, ac viſere, vt in eis ſpecies incorruptæ recondantur, caueréq; ne ex pluuia, vel alia cauſa corrumpantur, alioquin totum damnum reſarcire tenebitur, l. 2. vbi Piſcator diſputat, an per l. 6. tit. 6. lib. 3. nouæ Recopila. ea lex corrigatur. Tertiò, & vltimò, quod ſi quis horreaticas ſpecies, id eſt in horreis publicis poſitas, vel reponendas vſurpauit deportatione, totiuſque ſubſtantiæ iactura plectetur, l. 5. Et hæc eſt totius tituli ſumma, mens, & intentio. Ex qua, &
6 ante ea dictis clara, planaque colligitur huiuſmodi expoſitio ad eius rubrũ, de conditis in publicis horreis, id eſt, titulus 26. in quo tractatur de conditis in publicis horreis, hoc eſt, de frumẽtis ad fiſcum, vel rempublicam pertinẽtibus: in publicis horreis ipſius fiſci, vel reipublicæ, conditis, id eſt, repoſitis, & cuſtoditis, videlicet oſtẽditur, qualiter ea ſint expendenda, cuſtodienda, conſeruãdo, a Præſidibus prouinciarum viſitanda, & à nemine
7 vſurpanda. Et faciunt ad hunc titulum, eiuſque materiam leges Regiæ ſupra citatæ ſpeciatim, l. 3. d. tit. 22. lib. 9. nouæ Recopil. & l. 9. dict. tit. 5. lib. 7. quaterni noui additi eidem Regiæ cõpilationi, quas nõ allegat Ximenez, hic licèt aliàs citet, & vide, quæ diximus in tit. infr. de piſtoribus lib. 11.

Tit. XXVII.

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica varia lectio, & num. 2.*

2 *Sitonia munus quid, quique ſitona, vel ſitones ſint, explicatur.*

3 *Genus, & ſpecies nomina ſunt dialectica.*

4 *Sunt*

4 *Sunt, & iuridica.*
5 *De quibus ſpeciebus loquatur is titulus.*
6 *Tres huius tituli lectura, & concluſiones, & quæ ſit prima concluſio.*
7 *Quæ ſecunda, & nu. 8.*
8 *Exceſſus pragmaticæ panis in quo caſu non puniatur.*
9 *Qualis ſit tertia concluſio.*
10 *Triplex huius tituli intentio, & triplex rubrij interpretatio.*
11 *Annonæ appellatione, quid cõprehendatur, remiſſiuè.*

1 RVbrica noſtra variè in Codicibus legitur. Primò ita, vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitocomiæ, & hác lecturam frequenter habent vulgati Codices. Secundò, vt nemini liceat in coemptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ: & ita legit Cuia. hic, & lib. 1. obſeruation. cap. 35. alij legunt, in comparatione ſpecierum, vt aduertit Anton. Contius: alij verò non cõſtituunt in rubro illa verba, & de munere ſitocomię, vel ſitonię ſed ea detrahunt, cum de hoc munere in l. vna, infr. eod. non tractetur, nec vlla mentio de eo habeatur, vt animaduertit Acurſ. hic. Alij denique, vltimam partem, hoc modo legunt, & de munere ſiconiæ, quam lecturam ſequuntur Platea, & Lucas, hic. Sed aduertendũ eſt, quod nihil refert, legatur in prima parte, in emptione, vel coemptione, an comparatione ſpecierũ: nam hæc omnia eundem habent ſenſum, & ſinonoma ſunt, quoad præſentis tituli materiã, vt ex in-
2 fra dicendis conſtabit. Solum autẽ inquirere oportet, an ſecũda pars inſcribatur, & legenda ſit de munere ſitocomiæ, vel de munere ſitoniæ, vel ſiconiæ: in quo articulo verè aſſeuerandum eſt, erroneas eſſe inſcriptiones, & literas Codicum, qui habent de munere ſitocomiæ, vel ſiconiæ, quia nullum ſenſum, nullamque cõgruam ſermonis conceptionem admittunt, eiuſmodi literæ ita inſcriptæ. Idcircò legendum eſſe de munere ſitonię, verius putamus. Eſt autẽ ſitonia nomen Græcum, quod Latinè ſonat, munus, & cura emendi fruméti publici, aut annonam publicam comparandi: indeque ſitonæ, vel ſitones dicuntur frumentatores publici, id eſt, illi qui publicò frumendo, emendo, præpoſiti ſunt, l. Imperatores. ff. de adminiſtratione rerum ad ciuit. perti. ibi: Item reſcripſerunt ſitonas, &c. l. 1. ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de vacatione, & excuſat. muner. eſtque hoc munus perſonale, dict. l. 1. ff. de muner. & honor. *Como es el cargo que oy ſe dà por la juſticia, y regimiento de las villas, ciudades, y lugares deſtos Reynos, a algunos Regidores, o otras perſonas en tiempo*

de

de neceſsidad, y falta de trigo, para que lo vayan a comprar fuera parte, para el ſuſtento de los vezinos, o para la prouiſion del poſito, iuxta nouam Regiam pragmaticam, quæ habetur in l. 9. tit. 5. lib. 7. quaterni additi nouæ Recopilationi, & traddit Azeued. in l. 1. tit. 25. lib. 5. nouæ Recopil. nu. 28. Bobadilla in politica lib. 3. cap. 3. num. 1. 2. 3. 4. 5. cum ſequent. Et de iſto munere ſironiæ non agir, l. vnica, infr. eod. Nec ob id reprehendẽda erit hæc rubricæ inſcriptio, tanquam ſuperflua duplici ratione, Prima, quia non nocet, quod rubrum ſit generalius nigro, vt in rubr. C. de religioſis, & ſumptibus funer. & in rubr. C. de rebus creditis, & alibi paſsim. Secunda, quoniam de eo fit mentio in duabus Græcis conſtitutionibus, quas refert Cuiacius hic, quæ in vulgatis Codicibus deficiunt.

3 Enucleata ſic vera rubri inſcriptione, & litera, vt intelligamus de quibus ſpeciebus loquatur is titulus, ſciendũ eſt, quod genus, & ſpecies ſunt nomina dialectica, & etiã iuridica: & quatenus dialectica ſunt, ita eorũ ſignificata definiuntur: genus eſt, quod prędicatur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo, quod quid, v. g. Animal, quod pręd icatur de homine, & de æquo, &c. Vt in hac propoſitione homo eſt animal. Species eſt, quod prędicatur de pluribus differẽtibus numero in eo, quod quid, v. g. homo qui prædicatur de Petro, & de Titio, &c. Vt in hac propoſitione Petrus eſt homo, Titi' eſt homo, ita definit Porphirius in ſua logica, in c. de genere, & in c. de ſpecie, vbi frater Dominicus Soto, aliiq; commẽtatores explicant, & traddit gloſ. vbi DD. notãt in l. 2. §. 1. verb. in creditũ. ff. de rebus creditis, & in hoc ſignificato non accipitur ſpecies, in hoc tit. ſed apud dialecticos tantum. Prout autem

4 ſunt iuridica, varias habent ſignificationes, de quibus differtè loquuntur Briſſonius, Otomanus, Prateius, & reliqui verborum iuris expoſitores, ad verbum genus, & ad verbum ſpecies: ſed generis ea præcipua eſt, quod genus accipiatur pro quantitate, id eſt, pro his rebus, quæ pondere, numero, menſurave conſtãt, vt frumentũ, vinũ, oleũ, pecunia, & ſimilia, d. l. 2. in princ. ff. de rebus credit. in cuius, §. 1. traddit glo. ſupra allegata, & interpretes notant, l. incendiũ, C. ſi certum petatur. Per contrarium autem ſpecies accipitur pro ſingulis corporibus, quæ neque numero, nec põdere, nec mẽſura conſtant, vt ſticho, æquo, ligno, & ſimilibus, vti etiam docet præfata gloſ. in d. l. 2. §. 1. ff. de rebus credi. & probat text. in l. 54. ff. de verbor. obliga. l. 30. ff. de legat. 1. & ſic diſtat ſpecies à genere, in l. 6. ff. de rebus credi. l. 6. ff. de rei

vend,

vend.nec in iſta ſignificatione ſu-
mitur in hoc titu. ſpecies. Veteres
etiã I.C.ſpeciem appellant, quod
recentiores, legis caſum in l. ſed
& interim.ff.de donation.inter vi
rũ, & vxorem, l. Latinus largus,
ff.de legat.1. ſed nec in hac ſigni-
5 ficatione accipitur, hîc. Porrò in
legibus, & conſtitutionibus Im-
perialibus ſpecies, quantitates an-
nonarias ſignificat, id eſt, omnia
ædulia, quæ põdere, numero, vel
menſura conſtant, & pro vſu pu-
blico, & communi vtilitate depu
tata ſunt, veluti frumenta, quæ in
publicis horreis ſunt recondita,
iuxt.l.1.2.3.ſupr. tit. 1. Vina olea,
& huiuſcemodi alia, l. 10.l.11. C.
de ſacroſanct. Eccleſ.l. 7. ſupra de
annonis, & tributis, hoc lib. 10.l.
vna, infra de ſalgam. hoſpi. non
præſt.in quibus, & alijs iuris locis
Imperatores ſpecies vocant, quod
Iureconſulti, genus, appellarunt
in dict.l.1.& 6.ff.de rebus creditis,
& in hac vltima ſignificatione, iu-
ris conditores, & Imperatores, ſpe
6 ciem, in hoc tit. acceperunt. Qui
quidem vnicam tantum habet
conſtitutionem, & legem, quæ
tres veras patitur lecturas, ſecun-
dum gloſ. Bart. & omnes ibi, &
ſic tres ex ea deducuntur conclu-
ſiones, & propoſitiones. Quarum
prima ſit, quod emergente publi
ca neceſsitate belli, aut famis, vel
peſtis, aut alterius cuiuſque cau-
ſæ, omnes iuxta quantitatem ſui
patrimonij teneantur pecuniam
conferre, & contribuere pro em-
ptione frumẽti, aliarumque ſimi-
lium ſpecierum, quæ poſtea egen
tibus ſunt erogãdæ, nec vllus præ
textu priuilegij, aut dignitatis,
vel cuiuslibet immunitatis ab hu
iuſmodi collatione excuſabitur,
ita gloſ.vltima, in d.l. vnica, 1. le-
ctura, vbi Bart.nu.3. quem omnes
ibi ſequuntur aſſerentes, hoc eſſe
munus patrimoniale à quo nemo
excuſari poteſt, dict.l.vna, ibi, hu-
iuſmodi onera, &c. Et nouiſsime
traddunt Caſtel.de Bobadi. in po
lit.de gouiernos, lib.3.c.3. nu. 17.
& 18. Azeue.in l.1.tit.25.lib.5.nu.
27.nouæ Recop. qui plures aucto
7 res referunt. Secundã ſit conclu-
ſio, quod ſi fiſcus, aut reſpublica
multum haberet frumentum, ita
quod conſeruari nequeat, poſsit
fiſcus, vel reſpublica vicinos, inco
las, & municipes cogere, atque cõ
pellere ad emptionem frumenti
pro quantitate, & valore patrimo
nij, cuiuſque ita, vt qui plus ha-
beat in bonis plus emere coga-
tur: eſt enim id munus patrimo-
niale, nec ab illo vllus excuſatur,
ita Bart.in d.l.vna, nu.4.& ibi om
nes, & Bartolomeus Socinus, reg.
435.falencia 14. ex qua propoſitio
ne ampliari poteſt Regia pragma
tica *de los poſites*, ſuprà relata: *En
quanto manda, que ſi huuiere mu-
cho pan, ſe pueda renouar preſtan-
dolo*, vt procedat etiã in caſu quo
de

Digitized by Google

deſint, qui frumētum nollint mu
tuò accipere, & quod municipes
cogi poſsint illud emere, iuxta
præfatam concluſionem, vt tradit
Bobadilla vbi ſupr. ex nu. 40.
Azeued. in continuatione, in dict.
pragmatica *de los poſitos*, qui plures
Doctores citant, & hæc emptio
coacta fieri debet eodem pretio,
quo fiſcus, vel reſpublica ipſum
frumentum emerit, quamuis
tempore, quo compelluntur
incolæ illud emere, vilius ſit; in
quo quidem pretio, etiam reſarcienda
ſunt omnia damna, diſpendia,
& omnes expenſæ, quæ quaſvè
ipſa reſpublica fecit pro ipſius
frumenti emptione, & conſeruatione:
ita quod ſingulis modis
emendis, vulgò, *A cada fanega*,
debeat tale pretiū accedere, quod
toti iſti damno, & reipublici vti-
8 litati conſulatur planè: nec ſi excedat
pretium, taxatum à Regijs
pragmaticis panis (quæ hodie
ſunt, l. 5.6.7.8. tit. 25. lib. 5. in quaterno
nouæ compilationis) habebit
locum pœna earum, quia
in hoc caſu non procedit, vti eleganter
docet Piſcaror in dict. l. vnica,
infr. eod. num. 8. quòd ſummè
notandum eſt, quia quotidie con-
9 tingit. Tertia concluſio, tempore
penuriæ, & famis, vel alicuius
vrgentis, ac publicæ neceſsitatis
poſſunt cogi, & compelli municipes
frumentum habentes ipſum
vendere, vel quamlibet aliam ſpeciem
reipublicæ neceſſariam, ita
vt qui plus habeat, plus vendere
cogatur. Eſt enim id patrimoniale
munus, nec ab eo quiſquam
excuſationem habet, ita Acurſius
in dict. l. vna, vltimo ſcolio,
quem omnes vnanimiter ſequuntur.
Cui concluſioni conſonare videtur,
l. 1. ibi: *Y porque por experiencia ſe ha viſto, &c.* & l. 4. ibi:
Y porque podria ſer, &c. dict. tit.
25. lib. 5. nouæ Recopila. quarum
non meminit Piſcator in dict. l.
vna. Eas tamen explicant in propoſito
Bobadilla vbi ſupra, ex nu.
12. cum ſequentibus, Azeuedus
in dict. l. 1. à num. 19. ad 30. & alij
per eoſ relati. Quæ venditio facienda
eſt iuſto pretio, vt docet
Bartolus in dict. l. vna, nu. 7. communi
omnium conſenſu receptus,
vt teſtatur Piſcator ibi, num.
9. Qui quidem auctor, num. 10.
diſſerit, an clerici, Eccleſiaſticæquè
perſonæ cogi poſsint ad eiuſmodi
venditionem, qua de re videndus
eſt Bobadilla, num. 13. 17.
& 26. & Azeuedus in locis ſupra
10 citaris. Sanè ex his tribus concluſionibus
triplex huius tituli intentio,
triplexque interpretatio.
Ad præſens rubrum colligitur,
prior, hoc tenore concipitur, vt
nemini liceat, &c. Id eſt, titulus
27. quo cautum, & conſtitutum
eſt, vt nemini liceat in emptione
ſpecierum ſe excuſare, &c. In
emptione ſpecierum (inquam)
hoc

Digitized by Google

hoc eſt in contributione, & collatione pecuniæ, quæ pro emptione frumenti, hordei, vini, cæterarumque annonæ ſpecierum, conferri debet, vt publicæ, emergenteque neceſsitati ſucurratur, vtpute, belli, famis, peſtis, vel alterius, & de munere ſitoniæ, id eſt, de cura, & munere emendi publici frumenti, vel annonæ publicæ. Secunda, vt nemini liceat in emptione ſpecierum, &c. Id eſt, vt nullus prætextu priuilegij, alicuiusvè immunitatis excuſari poſſit ab emptione, quam fiſcus, vel reſpublica incolis inuitis imponit, quando ſuperflua habet frumenta, vina, olea, multæque ſpecies publicæ annonariæ ſuperſunt, ita quod cōſeruari nequeūt, abſque corruptione, & de munere ſitoniæ, &c. Tertia, & poſterior, vt nemini liceat, &c. Hoc eſt nullum poſſe excuſari vendere frumentum, vinum, aliaſque ſpecies annonarias, & victuales publica emergente neceſsitate, famis, inhædiæ ſterilitatis, belli, peſtis, vel alia, prout quiſque habet: & de munere ſitoniæ, &c. Et ſic habemus rubrum, & nigrum explanatum, cum quo conuenire videntur leges Regiæ ſupra citatæ, nec non auctoritates, quas allegat
11 Sebaſtianus Ximenez, hic. Qui tamen non citat præfatas leges Regias; quid autem annonæ appellatione comprehendatur, oſtendimus in titulo de annonis, & tributis, ſupr. hoc lib. & in tit. ff. ad legē Iul. de annona, & alibi ſæpè.

Tit. XXVIII.

De collatione donatorum, vel releuatorū, aut translatorū, ſeu adæratorum.

SVMMARIVM.

1 *Prædia tributaria, quæ ſint.*

2 *Prædia, donata, releuata, translata, & adarata, qualia fuerint.*

3 *Summa, quæ hoc titulo continetur, eiuſque mens, & intentio declaratur.*

4 *Collatio, quid ſignificet.*

5 *Totū rubrū explanatur, & quædam lex Regia ad propoſitum allegatur.*

1 Prænotandū eſt, quod iure communi ſunt prædia tributaria, videlicèt illa, quibus cēſus, vel aliquod tributū ab Imperatore, Principe, & ſuperiori, impoſitū eſt, & ex quibus ſolui debet, l. 1. l. 2. C. de annonis, & tributis, ſup. hoc li. l. fin. C. ſine cēſu, vel reliquis, l. forma. ff. de cēſibus. Eſtq; huiuſmodi tributum ſpecies

ſpecies muneris patrimo.ſeu realis, vt diximus in d.ti.ff.de ceſ.& in ti. C.ſine cēſu,vel reliq.necnō in prę fati.ſup.de annon.&trib.quod vul go in his regnis, *pecho*, nūcupatur,đ quo loquitur ti.14.li.6.nou.rec. Vi detes aūt Imperatores,vel Principes Romani,ſeu Cōſtāntinopolitani prę dia aliquot tributaria chaſmate,aut aluuione aliove caſu deperdita,aut diminuta eſſe, ita quod poſſeſſores prouinciales integrū tributū ex eis ſoluere nō poſſet,quadruplici munificētia beneficio,& liberalitate vſi ſūt:nā aut talia prædia poſſeſſorib' donant,ſine vllo canone,id eſt,eximūt,& liberāt ea ab omni cēſus, & tributi præſtatione,& ita exēpta,& liberata poſſeſſoribus donāt,quę ob id prædia donata appellātur, & de his eſt illa pars rubricæ nīæ donatorū,aut nō in totū prædia eximūt, ſed ea releuāt eorūq; poſſeſſores,ita quod tributorū nomine min' dein ceps ſoluatur,quā antea ſolitū erat, & dicūtur prædia releuata, quibus correſpōdet illa rubri pars releuatorū,quādoq; etiā ea prædia nō eximūt,ſed transferūt in aliā fūctionē: ſeu in aliud ius,vt puta,ex vna tributi ſpecie in aliā,vel ex antiquis poſſeſſoribus in nouos,ita vt minus tributorū nomine ſoluāt noui,quā ex ſoluebāt priſci,& tūc prædia trāslata appellātur,đ quibus loquitur rubrica nīa,ibi,aut trāslatorū, aliquādo verò mutabāt ſpecies tributorū prædiorū,vt puta ſi quibuſdā prædijs tributū in annonis, & ſic in ædulibus erat impoſitū, cōmutabāt illud in æs,id eſt in ære, & pecunia æſtimādū,atq; ſoluēdū,quæ prædia hac de cauſa adærata vocātur,id eſt ex quibus æs nouæ præſtatur fiſco cū ante annonæ præſtarētur, & de iſtis accipitur ea rubricæ pars, aut adæratorū,ita colligitur ex glo. Platea,Piſcatore,& alijs in l.vna inf.eo.

3 Deinde ſciēdū eſt,quod ante Antiochū Imperatorē Principes anteriores iſto quadruplici beneficio vſi ſūt erga poſſeſſores prædiorū tributariorū,atq; ita ex tali Principū,& Imperatorū cōceſſione lex certa poſſeſſoribus ipſis fuit impoſita circa mēſurā,ſeu quātitatē,quā tributorum nomine ſoluere tenerētur, vel nō ex prędijs illis donatis,tranlatis,aut adæratis. Poſtea tū vrgēte neceſſitate eiuſmodi beneficijs, & cōceſſionibus derogatū eſt,& ipſis prædijs, eorūq; poſſeſſoribus factæ fuerunt certę tributorū remiſſiones: tandē poſtea Imperator Antiochus iſta prædia,donata,releuata,translata, adærata,ad certā & determinatā tributi anniuerſarij præſtationē,& ſolutionē redegit,& hāc confirmant Imperatores Valētinianus & Theodoſ.in d.l.vnic.inf.eo.iubētes inuiolabiliter ſeruādā eſſe talē annuā tributorū ſolutionē, ſub pęna ducētarū librarū auri tollēteſq; alias anteriores remiſſiones, & cōceſſiōnes, quæ talibus prędijs eorūq; poſſeſſoribus erāt indultę:& hæc eſt huius tituli ſumma,& hęc intētio,ſcilicet agere đ collatiōne,id eſt, ſolutione iſtius tributi anniuerſarij ab Antiocho Imperatore impoſiti quibuſdā prædijs,quæ ab anterioribus Imperatoribus fuerāt donata, releuata,

F trans-

trãſlata, aut adęrata: collatio etenim in hoc tit. ſicut in pleriſq; alijs iuris locis pro tributorũ contributione, & ſolutione capitur, vt diximus in tit. ne operę à collatorib' exigãtur, ſup. hoc lib. Explicitis ſic rubri verbis, hac huius tituli mẽte, ſumma, & intentione, iſta totũ rubrũ explanare poſſumus, de collatione, &c. id eſt, tit. 18. in quo tractatur de collatione, hoc eſt ſolutione tributi annuatim ſoluẽdi nouẽp Imperatorẽ Antiochũ impoſiti quibuſdã prædijs tributarijs, quæ antea fuerunt donata, releuata, trãſlata, & adærata: iubeturque vt tale tributum ſingulis annis impoſterum ſoluatur ex eiſdem prędijs, nec plus, nec minus conferatur, ſub certa pœna, & ſic de collatione donatorum, &c. Interpretandum eſt, quaſi iuris cõpoſitores ita inſcripſerint de ſolutione, & contributione tributorũ nouiter impoſita prædijs donatis, releuatis, &c. & facit ad pręſentem materiã. l. 4. tit. 14. lib. 6. nouæ Regiæ compilationis.

Titulus XXIX.
De collatione æris.

SVMMARIVM.

1 *Collatio, quid ſit.*
Æris appellatio, quid ſignifi-(cet.
3 *Ærarium, quid.*
4 *An pecunias ſolo ære cœpit cudi, & in qua ſignificatione æris appellatio in hoc titulo accipiatur.*
5 *Præludium de luſtrali collatione, atque iſtius tituli intentio, & ſumma declaratur.*
6 *Rubrum totum explicatur.*
7 *In qua moneta debitis ſolutiones fieri debent.*
8 *Huius tituli deciſio per legẽ Regiam ampliatur.*

1 Collatio, idẽ eſt, quod tri-
butorũ ſolutio, & cõtribu
tio in hoc titulo, queãd-
modũ in titulo 1 ſuperiori, & in
titulo ne operæ a collatoribus exi-
gantur, ſupra hoc libro 10. vbi fu-
2 ſiùs diximus. Æris appellatio la-
tiſsima eſt, pluraq; cõtinet ſignifi-
cata. l. 59. ff. de verb. & rerũ ſignif.
vbi Alc. Rebuf. & alij, Prat. in Lexi
cõ iuris, ad verbum æs: potiſsimũ
autem ea appellatione qualiſcun-
que pecunia continetur, ſiue au-
rea, argentea, vel ærea, dummodo
vſualis ſit, l. ſi quis in pignore. §. fi.
ff. de pignora. act. l. fina. C. de falſa
moneta, l. 2. C. ad l. Aquiliã, quod
tamen intelligi oportet inſpecta
ſubiecta materia, & cõmuni vſu:
iuxta quem veniunt accipiendæ
dictę leges, & hominũ diſpoſitio-
nes, vt docet Iaſ. in l. ſtipulatio iſta,
§ hoc quoq;. ff. de verbor. obliga-
3 tion. Indeq; ærarium ſolet appel-
lari pecunia publica, vt in titu. ff.
ad legem Iuliam peculiatus, & lo
cus in quo talis pecunia publica,
& fiſcalis reponitur in l. Arrianus,
ff. de iure fiſci, & quamuis à prin-
cipio pecunia cœpit ſolo ære cu-
4 di. Poſtea tamen etiam argento,
& auro cuſa eſt, vt tradit D. Aug.
li. 4. de Ciui. Dei, c. 21. Coua. in tra.
de veterum nummiſmatũ collat.
c. 1. 2. & 3. in principio. Verum in
terminis, & materia hui' tituli nõ

ita

ita latè accipitur æris appellatio, ſed tantùm pro ſpecie quadam metalij ſeparata ab auro, argento, ferro, alijſque ſpeciebus metalij in genere ſumpti, iuxta l. fi. ff. de iure immuni. l. ager. ff. de verb. ſignif. *Como es la moneda de cobre, que ſe llama moneda de vello, que oy ſe vſa*, vt docet Couar. vbi ſup. d. c. 1. nu. 2. vt paulò inferiùs videbimus: & hæc ſint prima fundamenta præiacta pro iſtius tituli introductione.
5 Deinde prẽmittẽdũ eſt, quod olim quædam prouinciæ imperij tributa ſingulis luſtris alternatim ſoluebant, id eſt, vno quinquennio in auro, altero in argẽto, altero in ęre, vt latiùs explicuimus in tit. de indictionib⁹ ſup. hoc lib. vbi omnino legẽdũ eſt: quibus ita poſitis, & præmiſsis, ſubijcitur in hoc loco tit. iſte cuius finis, & intentio eſt releuare municipes, & incolas prouinciales eiſq; fauere in hoc, vt ſi velint nomine tributi in ære ſoluẽdi aurum fiſco ſoluere, atq; inferre poſsint, vtiq; non obſtante luſtrali illa collatione, dummodo pro vicenis libris æris vnus ſolidus ſoluatur, l. vnica, inf. eod. vbi glo. ad cuius intellectum legendus eſt Couarr. in loco ſupra citato, cap. 3. §. 2. nu. 4. & iſta eſt huius tituli breuis ſumma, ex qua deducitur hæc ad eius rubrum expoſitio de collatione æris, id eſt titulus 29. in quo agitur de collatione æris, hoc eſt de ſolutione tributi æris, videlicet permittitur, vt loco æris aurum tanti valoris fiſco exolui poſsit. Qui quidẽ
6 titulus procedit, & locum habet, ſiue æs, & aurum conſiſtant in pecunia iam cuſa, & ſic in numero, ſiue in corpore nondum in figura pecuniæ decuſo, & ſic in pondere, ſecũdum interpretes in d. l. vna, inf. eo.
7 vbi, & in l. Paulus, ff. de ſolut. Differunt de valore monetarum, nec nõ de ſolutionibus, quæ in hac, vel in illa quãtitate ſunt faciendæ: qua de re hodie extãt plures Regiæ cõſtitutiones ſub titulo 21. lib. 5. nouæ recopilationis, quæ materiam iſtã liquido declarant potiſsimum l. 6. illius tituli, qua cauetur omnem, & qualemcunq; debiti ſolutionẽ fieri poſſe indiſtinctè in quacumq; vſuali, & currente pecunia ſiue ærea, argentea, vel aurea, vbi videndus eſt Azeuedus, quod etiã locũ habet in ſolutionibus cuiuſcunq; tributi faciendis fiſco, vt deciſum eſt per tex. in l. 5. titu. 14. lib. 6. eiuſdem nouæ recopilatio. & in hoc articulo legendus eſt Couar. in d. tract. de veterum nummiſ. coll. c. 7. §. vnico, & Piſcator (qui multos refert) in d. l. vnica, inf. eodem.
8 Vnde huius tituli deciſio ampliatur hodie, vt non ſolũ nomine æris in auro, ſed in qualibet moneta poſſit fiſco tributum ſolui, ex dict. l. 5. quam non allegat Ximenez hic, nec aliam. Porrò interpretes noſtri in præfa. l. vnica, inf. eodem tractant quæſtionẽ illam, an aliud pro alio inuito creditori ſolui poſsit, cuius materia pertinet ad l. 2. ff. de rebus cred. & d. l. Paulus. ff. de ſolut. vbi DD. legendi ſunt.

Titulus XXX.

De diſcuſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Diſcuſſor plurifariam dicitur remiſsiue.*

2 *De quibus diſcuſſoribus loquatur is titulus, & quod ſit eorũ munus, & officium, & num. 3.*

4 *Vulgari noſtro ſermone diſcuſſores, qui appellentur.*

5 *Iſtius tituli ſummaria, mens, & intentio, & nu. 6.*

6 *Qualiter diſcuſſores munera ſua exercere debeant, & n. 7.*

7 *Rubricæ expoſitio.*

1 Plurifariam, multiſque modis in iure noſtro dicitur diſcuſſor, vt docet Accurſius hic: cuius gloſſa merito ab omnibus magiſtra appellatur.
2 Sed in præſentis tituli materia diſcuſſor nuncupatur, ille ad cuius munus, & officium pertinet inquirere, & diſcutere, qui ſint in vnoquoque municipio, & in qualibet ciuitate tributorum fiſcaliũ debitores, eoſque in ſcriptis redigere. l. 1. & 2. infra eodem, & cuius officium, & munus eſt inquirere, æſtimare, taxare, & adæquare facultates, patrimoniaque municipuum, & incolarum (creſcunt enim, & decreſcunt) at hoc, vt iuſta, & recta poſsit fieri, contributio, collatio, & impoſitio collectarũ, indictionum, functionum, penſitationum, aliorumque tributorum publicorum, vel fiſcalium, d. l. 1. inf. eo.
3 Nã iuxta facultates, & quantitatẽ patrimonij cuiuſq; municipis fieri debet, l. indictiones ſupra de anno. & tribu. & diximus in tit. ſup. de apochis publicijs, hoc li. 10. vbi oſtẽdim' huiuſmodi æſtimationes, & taxationes, deſcriptiones, & æſtima vocari: appellantur etiã diſcuſſores peræquatores, l. peræquatores. l. qui grauatos, infra de cẽſibus. li. 11. Vbi vide, quæ ibi ſcribimus,
4 & vulgò diſcuſſores poſſumus appellare, *Los taſſadores que ſe nombrã a tiempos para taſſar las haziendas de los vezinos y poſſeſſores dellas para repartirles el pecho, y ſeruicio Real, y otros tributos patrimoniales*, l. 4. titulo 14. libro 6. nouæ Recopilatio. vbi Azeuedus, & diximus in dicto titulo ſupra de apochis publicis, nu. 7.
5 De his igitur diſcuſſoribus, inquiſitoribus, & æſtimatoribus datus eſt nobis titulus iſte, quo quidẽ ſequentia proponuntur, & definiuntur. Primò, quod caueant diſcuſſores ne diſcuſſionem talem improbe faciant, vt cõpellãtur totũ illud ſoluere, quod ſua iniuſta æſtimatione, & diſcuſſione adſcripſerant, vt puta ſi vltra vires patrimonij ipſum æſtimauerint, aut inquirãt aliquem debitorem fiſci, qui vere non ſit, d. l. 1. inf. eod. vbi videndus eſt Piſcator, & hic etiã pro illius legis intellectu.

De-

Debet etenim elegi, & deputari fi deles diſcuſſores, æſtimatores, & perequatores, qui ea munera exer cere debeant cũ charitate iuſtitiæ, & citra omne odium, & maleuolẽtiam, & qui municipes moneãt, ad legitimè faciendam profeſsionem, & declarationẽ ſui patrimonij, lib. 1. inf. de cenſibus. lib. 11. Secundò, quod ſi collatores, & tributorũ debitores apochã ſolutionis caſu amiſerint, poſſunt ex libris communibus ſolutionẽ probare, l. 2. Tãdẽ docemur, quod à munere, & onere diſcuſsionis nullus excuſatur, nec miles, nec aduocatus, l. fi.
8 Et eſt ſummaria iſtius tituli mens, atque intentio. Secundum quam, & ea quæ ſuperius dicta ſunt, hoc tenore eius rubrum poſſumus totum exponere, & explicare de diſcuſſoribus, hoc eſt, titulus 30. qui tractat de diſcuſſoribus, id eſt, de illis, quorum munus, & officium eſt diſcutere, hoc eſt, inquirere qui ſint tributorum fiſcalium debitores, eoſque inſcriptis redigere, ac patrimonia, & facultates eorum taxare, & æſtimare, vt æquè, & iuſtè tributorum impoſitio, & collatio vnicuique fiat, hoc eſt oſtenditur qualiter hæc munera exercere debeant, & quod nullus ab eis excuſatur, & facit, dicta l. 4. titulo 14. libro 6. nouæ Recopilationis, quam non citat Sebaſtianus Ximenez ad hunc titulum.

Titulus XXXI.

De Decurionibus, & filijs eorum, & qui Decurionibus habeãtur, & quibus modis à fortuna Curiæ liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio huius tituli & rubri in quatuor partes.*
2 *Exponitur prior pars, & qui ſint Decuriones, & vnde ita appellentur, & nume. 5. & 6.*
3 *Curia quid ſit, quiquẽ Curiales & Decuriales dicantur, & an differat Decuriones, & Curiales, & nu. 4. & num. 15.*
5 *Concilium ciuitatis, quid ſit.*
6 *Decuriones, eorumque munera, & capitulum, quibus nominibus hodie vocentur.*
7 *Decuriones populum vniuerſum repræſentant.*
8 *De Decurionum creationẽ, & electione.*
9 *Decuriones habent honorem, & dignitatem.*
10 *De origine poteſtatẽ, qualitatẽ Decurionum, remiſsiuè.*
11 *An Decurionum priuilegia, hodie durent, remiſsiuè.*

12 *Quæ ſolemnitas requiratur in eorum decretis, & cōgregatione, remiſsiuè.*
13 *Secūda pars rubri exponitur, ac de priuilegijs, & filijs Decurionum, agitur.*
14 *Tertia pars rubrica, declaratur.*
15 *Curia & fortuna, quid ſignificet, & quarta rubri pars, explicatur.*
16 *Huius tituli finis intentum, & ſumma, refertur.*
17 *Totum rubrum per partes, explānatur.*
18 *Leges Regiæ congruēter citātur.*

1 QVatuor ſunt huius tituli partes. Prima ibi, de Decurionibus. Secūda ibi, & filijs eorū. Tertia, ibi, & qui Decuriones habeātur. Vltima, ibi, & quibus modis à fortuna Curiæ liberētur, de quib' ſingulis ex-
2 plicandis deſpiciamus. Pro primæ partis expoſitione dicendū, quod cū Romani olim excreſcerent, eorūq; numerus augeretur, nōnulli ex eis mittebātur in aliquot Imperij Romani partes, & loca, quæ poſtea dicebātur Coloniæ, id eſt, nouæ regiones, vt docet Azo hic, in quibus ex tota incolarū vniuerſitate cētū numero probriores, & magis idonei eligebātur, & rurſus ex illis centū decē ſelecti nominabantur: qui Decuriones à decem dicti ſunt, vt tradūt Accurſ. Pla. Rebuf. & Pyrr. hic, & probat, l. pupillus, §. Decuriones. ff. de verb. ſign. vbi Alcia. & Rebuf. notāt, & idē Pyrr. in rub. inf. de Decanis, lib. 12. qui oēs de Coloniarū cōſtitutione, ac Decurionū creatione latè diſſerūt varios ad hoc auctores referentes: igitur Decuriones ſunt Senatores Coloniarū, ciuitatū, oppidorū, & municipiorum, l. 7. §. 1. ff. hoc tit. l. oēs iudices, inf. eod. nā ſicut olim Romæ, & Cōſtantinopolis, Senatores erāt, ita in alijs ciuitatibus inferioribus, & municipijs Senatorū loco Decuriones deligebātur, quos Senatores municipales vocat Cuia. in paratitla, ad tit. ff. eod. & ſētit
3 Piſcator hic, Azeue. in Cur. Piſ. ex n. 4. cū ſeq. c. 1. li. i. qui etiā nō rarò Curiales, & Decuriales appellantur ex eo, quod conſilij, & regiminis publici cauſa conſcripti ſunt in Curiam. Eſt autem Curia in hac tractatione idem quod Senatus, & ita Curia, & Senatorū, & Decurionū dicitur, l. 3. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine, l. 38. §. iudices. ff. de pœnis, & Senatus maximus appellatur Senatus Romæ, & Conſtantinopolis, vbi ſedes erat Imperatorum, ſeu in alijs ciuitatibus, & municipijs. Minor Senatus dicitur Decurionum ordo, qui & Curia vocatur, vt docet Cuia. hic,
3 & ſenſit Piſcator, num. 2. Qui ſecurè opinatur inter Decurionem, & Curialem, nullum ſubeſſe diſcrimen, & ſui oblitus tenet contrarium in l. 21. inf. eodem: vbi aſſerit,

quod

quod Curialis, & Decurio differunt, tanquam genus, & ſpecies, quia Decurio eſt, qui Curiæ præſtet pro ciuitate, municipio, & republica, præſtat conſilium (vt ſtatim dicemus.) At Curialis appellatur, quicumque in Curia ſuſtinet cuiuslibet muneris prouinciam, officium, & miniſterium, & ita qui eſt Decurio vocari poteſt Curialis, non è conuerſo, qui eſt Curialis, ſemper eſt Decurio, quoniam poteſt alius eſſe officialis Curiæ, *Como ſon oy los porteros, y eſcriuanos de Cabildo, o Conſiſtorio*, qui non ſunt Decuriones; & tamen poſſunt Curiales appellari, quia Curia miniſtrantur, & hanc differentiam prius docuit Accurſius hic, quæ meo iudicio vera eſt, & tenenda, & ſecundum eam accipienda, d.l. 21. infra eodem, & l. 12. C. de epiſc. & cleric. Poſſunt etiam Curiales appellari Decurionum filij, & deſcendentes, vt probat l. 1. 2. 3. infra: quando & quibus quarta pars, &c. hoc libro, & ibi diximus, vnde & in titulo Decurialibus vrbis Romæ, infra libro 11.
5 Et vt vno verbo concludam, Decuriones ſunt cōſiliarij ciuitatum, & municipiorum, qui à conſilijs publicis, ac regimini reipublicæ præſunt, & ſuæ Curiæ, veluti Senatores adſunt. dicta l. omnes iudices, infra eodem, & docent Accur. Bart. & alij hic: indeq; deducitur, quod hodie idem eſt cōcilium
3 ciuitatis, ſeu municipij (vulgò, *cōcejo*) quod ordo ille antiquus Decurionum, vt tenet Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de offic. aſſeſſ. & in l. 3. num. 6. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & tradit nouiſsimè Caſtillo de Bobadilla in Polit. lib. 3. cap. 8. nu. 1. 2. 3. Azeu. in Rubr. tit. 1. lib. 7. nouæ Recopil. & in Curia Piſana. l. 2. c. 18.
6 num. 21. Et ita facile intelligitur, quod hodie Decurionatus officiū reſidet in conſiliarijs iſtis ciuitatum, & populorum, quia in locum Decurionum ſucceſſerunt, vt docet Albericus in rubrica. ff. eodem, num. 1. & 2. vulgò dicuntur, *Regidores, Iurados, Ventiquatros, Fieles executores, Alferez mayores, Depoſitarios generales, y otros que tienen voz y voto en Cabildo, y Regimiento*: eorumq́ue congregatio, & domus, vbi cōgregantur, dicitur Senatus, curia, ordo, conſiſtorium, capitulum, concilium, vulgò, *Conſiſtorio, Cabildo, Ayuntamiento, Concejo*, vt tradit Bobadilla, libro 3. cap. 6. num. 2. 3. 4. 5. & munera, & officia eorum Decurionatus, appellantur ſermone noſtro vernaculo, *Regimientos, Iuradorias, Ventiquatrias*, vt in titu. 1. 2. 3. 4. libro 7. nouæ Recopilationis, ſed & iure communi alijs nominibus appellantur Decuriones, nempe procuratores, lex 30. infra eodem, principales, lex 33. l. 40. l. 42. infra eod. & officiales, l. 38. l. 56. inf. eo. & docet Luc. de Pe. hic.

7 Porrò Decuriones in ſua Curia, Senatu, capitulo, aut conſiſtorio congregati, vniuerſum populum repræſentant, l. 1. & per totum. ff. de decretis ab ordin. faciendis, vbi diximus. l. quod maior. ff. ad municipalem. l. aliud. §. refertur. ff. de verborum ſignification. vbi notãt omnes, & docet eleganter gloſſa, in rubrica. C. quę ſit longa conſuetudo, vbi ſcribentes: quod tamen intelligendum eſt, quoad reipublicæ adminiſtrationem: quamquam enim Decuriones faciãt vniuerſitatem, & populi cõſiſtorium, ipſumque (vt modò diximus) repræſenteut: non tamen ipſi ſunt vniuerſitas, vel conſiſtorium, ſicut Canonici faciunt capitulum: non autem ipſi ſunt capitulum, ſed indefinitum eſt nomen Decurionũ, nõ verò collectiuum, quale eſt nomen vniuerſitas, conſiſtorium, capitulum, cœtus, curia, ordo, & ſenatus, vt eleganter docet Piſcator hic, num. 5. & 9. vbi vtilem ex hoc

8 deducit effectum in praxi. Sanè cum olim eligebantur Decuriones eorum nomina in albo ſcribebantur, l. 3. & l. 9. infra eodem, l. 1. l. in albo. ff. de albo ſcribend. & in rubro illius tituli diximus, tradũt Alciatus, & Rebuf. in dicta l. pupillus. §. Decuriones. ff. de verborum ſignification. & Pyrrhus hic. Hodie verò, vel à Principe creantur, *Como quando ſu Mageſtad haze merced de Regimientos perpetuos, a algunas perſonas, por alguna ſuma de dineros con que le ſiruen:* iuxta l. 1. cum alijs, titulo 3. libro 7. nouæ Recopilatonis: *o por renunciacion*: iuxta titulum 4. dicto libro 7. eiuſdem recopilationis, vel ab alijs Decurionibus eliguntur: iuxta cuiuſque loci ſtatuta, priuilegia aut conſetudines: iuxta l. 1. l. 2. & totum titulum 2. dicti lib. 7 Regiæ compil. *Como quãdo los Regimientos ſon anales, y no perpetuos.* Docet Curia Piſana, libro 1. capite 13. numero 1. & 2. vbi Azeuedus, num.

9 7. Enimverò Decuriones habent dignitatem & honorem, l. 1. 3. 4. cum alijs, infra eodem, l. finali. ff. eodem, & docet Ioannes de Platea hic, & relati à Piſcatore, in l. 2. numero 17. infra eodem: quia eorum officiũ eſt munus perſonale, quod habet dignitatem annexam, vt in titulo infra, quemadmodum ciuilia munera in dicto hoc libro latiùs

10 explicamus: & de poteſtate Decurionum videndus eſt Accurſius in l. 16. §. 1. verſic. facere poſſunt. ff. de dolo, & in l. aliud. §. refertur, vbi plura congerit, & nouiſsimè Caſtillo de Bobadilla in Polytica, lib. 3. capite 8. num. 1. 2. 3. cum ſequentibus, vbi latiſsimè agit, *Del origen, calidad, prerogatiuas, oficios, poder y juridicion de los Regidores,* & in capite 7. eiuſdem libri, *Trata del gouierno del ayũtamiento de*

11 *los Regidores.* Illud etiam omittendum non eſt, Decurionum priuile-

uilegia, quę hoc iure communi habent, hodie etiã durare, & incorrecta, intactaque manere, omneſque iſtius tituli, & ff. eod. leges de Decurionum prærogatiuis agentes ſeruandas eſſe, vt plene docent Bartolus in l. ambitioſa. ff. de decretis ab ordine fa. Platea & Pyrrhus hic: De hoc tamen articulo omnino legendus eſt Bobadilla, vbi ſupra, ex numero 18. cum multis ſequentibus, & Curia Piſana, lib. 3. c. 3. vbi
12 Azeuedus. Quæ autem ſolemnitas requiratur ad hoc, vt Decuriones in Curia, conſiſtorio, vel capitulo congregentur, valleantq; , & firma, rataque ſint eorum decreta inibi facta explicamus in titulo, infra de decretis Decurionum; hoc libro 10. vbi proprius eſt locus. Ex his ergo intelliges, qui ſint Decuriones ad intellectum, & explicationem primæ partis rubri, ibi: De Decurionibus; quæ ſic manet
13 expoſita. Pro ſecundæ autem explicatione, quæ de filijs Decurionum inſcribitur, animaduertendum eſt, quod Decuriones multis gaudent priuilegijs, & prærogatiuis, veluti, quod torqueri non poſſint, dicta l. omnes iudices, & quod pœnis plebeiorum non puniantur, l. 4. vbi gloſſa 1. infra eod. & pleriſque alijs, vt tradit Bobadilla, vbi ſupra, habentque honorem, & dignitatem, vt ſupra diximus, & quia dubitari poterat, an filij ipſorum debeant ſequi conditionem patris, paterniſque priuilegijs gaudere: idcirco in rubro, & nigro iſtius tituli de filijs Decurionum tractatur, ſiue ſint naturales, & legitimi ſimul, ſiue adoptiui tãtùm, an videlicet parentum Decurionum priuilegijs, honore, & dignitate potiantur, eorumque conditionẽ, ſtatumvè ſequãtur, d. l. 4. l. priuilegio, l. in filijs, l. exemplo, infra eodem, vel an matris, & non patris ſtatum, & conditionem ſequantur, l. nati, l. eos, dicta l. exẽplo, infra eodem: item an ex praua parentum adminiſtratione ipſi filij teneantur, l. in ſucceſsione, infra eodem: & ſic habemus hanc ſecundam rubricæ partem declaratam.
14 Pro tertiæ explanatione, quæ ibi eſt, & qui Decuriones habeantur dicendum, quod Decuriones habentur illi, quorum nomina in albo ſcripta ſunt, dicta l. 3. dicta, l. 9. infra eodem: ex quo enim electi, & nominati ſunt, & in albo ſcripti Decuriones habentur, vt diximus in dicto titulo, ff. de albo ſcribendo dummodò ritè, & ſolemniter eorum nominatio, & electio facta ſit, l. 2. l. nominationum, infra eodem. Rurſus Decuriones habentur, hi qui cum aliquam iuſtam excuſationem haberent ei renuntiarunt, dicta l. 3. & tandem omnes, qui ritè electi ſunt, ſiue ſint filij familias, ſiue patres familias, l. 1. l. 5. infra eod. ſiue ſint literati, ſiue non, l. 6. infra eodem. Et hæc ſufficiant

ficiant pro huius tertiæ partis ru-
15 bri intelligentia. Et vt quartam, & vltimam pręcipiamus, animaduertimus primò, quod curia plures habet ſignificationes, vt docet Prateius in Lexicon iuris, ad verbum Curia; ſed in iſtius tituli tractatu ſignificat ſenatum, conſiſtorium, cœtum, capitulum, atque ordinem Decurionum, vt ſupra oſtẽdimus: item ſciendũ eſt, quod fortuna in varia fertur ſignificata, vt tradit idem Prateius, vbi ſupra, verbo, fortuna: verum in præſentis tituli ſpeculatione ſignificat, Decurionum ſtatum, conditionem, officia, onera, vincula, curas, & obligationes, quibus Decuriones ipſi ratione ſui officij tenentur, & adſtringuntur. l. 41. vbi gloſſa, & Doctores; l. 36. l. 64. infra hoc titulo. His præmiſsis intellige, quod multi ſunt modi, quibus Decuriones, eorumque liberi eximuntur, & liberantur à fortuna Curiæ, id eſt, à munere officio, onere, & Cura Decurionatus, Conſiſtorij, atq; cœtus Decurionum, & Senatus, vt puta dignitas patriciatus, dignitas conſularis, & aliæ, quas recenſet Imperator, in l. finali, infra eodem, quæ numero ſunt duodecim, teſtante Accurſ. ibi, verbo, ſi quis, nã quicunque factus fuerit Patricius, vel Conſularet Cõſularis, vel quãlibet aliam dignitatem ex congeſtis in præfa. l. fina. adeptus fuerit, ſiue ſit Decurio, ſiue non: ſtatim ipſi eiuſq; filij, ſunt liberi, & exempti ab officio, & munere Decurionatus, dicta l. finali, vel ſi aliam immunitatem à Principe conſequantur, l. nemo, infra eod, & ita manet intellecta, & enucleata. Quarta,
16 & poſtrema rubricæ pars. Quibus ita expoſitis, vt finem, & intentum, quo is titulus tendit, percipiamus intelligendum eſt, quod quatuor conſtituit, vt conſonet rubricæ, quæ totidem partes continet. Primò circa Decuriones, de quibus eſt pars prima, cõſtituit, quod ſolemniter conuocari debent iudicis iuſſu, & auctoritate pro facienda electione Decurionũ, aliorumq; Reipublicæ officialium, dicta l. 2. & quod Decuriones non ſin Tabelliones, l. 5. & vt Decuriones non recedant à Curia, ſine licentia, aliàs puniuntur, l. 16. nec deſere debent Decurionatus Curiam, & ad militarem tranſire, l. 17. quę leges correſpõdent priori parti rubri, ibi Decurionibus, & multæ aliæ quas, ne prolixi ſimus, omittimus. Secũdò circa filios Decurionum definit, quod ſiue ſint naturales, & legitimi ſimul, ſiue adoptiui tantùm priuilegijs patris gaudere debeant in hoc, quod pœnis plebeiorum, vel cruciatibus nõ afficiantur, & in alijs caſibus, dicta l. 4. l. priuilegio, infra eod. & quod patris, & quandoq; matris dumtaxat ſtatum, & conditionem ſequantur, dicta l. in filijs, l. exemplo, l. na-

l.nati,& quod pro mala patris Decurionis defuncti adminiſtratione teneantur, d. l. in ſucceſsione, l. 7. Quæ leges ſecundam rubricæ partē reſpiciunt. Tertiò, circa illos qui Decuriones habentur explicat, qui iſti ſint, vt ſupra diximus, ex d.l. 1. 2.3.6.8. & 9. quæ cōſtitutiones ad tertiam rubri partem pertinent. Quartò & vltimò proponit modos, quibus tam Decuriones, quā alij eorumq; liberi à munere, officio, & curia, curaq; Decurionatus liberantur, de quibus ſupra faſi ſumus, ex d.l.fin. l.antepen.l. nemo, inf. eod. quæ leges ad poſtremam rubri partem expectant. Et hęc eſt totius tituli huius breuis ſumma.

17 Secundum quam, & ea quæ antea expoſita ſunt, ita totum rubrum, eiuſque ſingulas partes poſſumus declarare, & conſtruere de Decurionibus, id eſt, titulus 31. in quo tractatur de Decurionibus, hoc eſt de conſiliarijs ciuitatū, municipiorū, & populorum, ſcilicet oſtenditur, qualiter conuocandi ſunt in curia, & conſiſtorio ſolemniter, & quod tabelliones eſſe nequeāt, nec ſua officia, ſine licētia deſerere, &c. & filijs eorū: nempe Decurionū, ſiue legitimis, & naturalib⁹, ſiue adoptiuis tantū, videlicet explicatur, an parentū priuilegijs, & prærogatiuis gaudere poſsint, & eorum cōditionem ſequi, &c. & qui Decuriones habeantur ſupple explicantur, qui Decuriones habeantur, ſcilicet illi qui rite, atq; ſolemniter nōminati, & electi ſunt, & in albo ſcripti, & qui non ſunt infames, ſiue ſint literati, ſiue illiterati, ſiue filij familias, ſiue patresfamilias, &c. & quibus modis à fortuna Curiæ liberentur, id eſt, declaratur, quibus modis Decuriones, eorūq; liberi, & alij à fortuna, hoc eſt, à munere officio, onere, & cura: curiæ, id eſt, Senatus, conſiſtorij, & ordinis Decurionū, & Decurionatus liberen-

18 tur, & eximantur. Conueniunt autem cum hac tractatione, d.tit. 1. 2. 3.4. d.lib.7. nouæ Regiæ compila. Aliæq; leges Regiæ, & auctoritates, quas alegat Ximenez in cōcordātia vtriuſq; iuris ad hūc tit. Aduertendū inſuper, quod Decuriones in alio ſignificato accipiuntur in tit.inf.de ſiletiarijs, li.12. vbi vidēdum eſt.

Titulus XXXII.

Si ſeruus, aut libertus, ad Decurionatum adſpirauerit.

SVMMARIVM.

1 *QVI ſit ſeruus, quis libertus quidq; ius aureorum, annullorum, & natalium reſtitutio, remiſsiuè.*

2 *Decurionatus quid ſit, remiſsiuè.*

3 *Huius tituli ſumma, mēs, & intentio, & an ſeruus, vel libertus poſsit eſſe Decurio, declaratur.*

4 *Verborum rubricæ conſtructio, & vera expoſitio, traditur.*

Quam

1 Q Vamprimum legenda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo, ff. de iure aureorum annullorũ, & in ti. ff. de natalibus reſtituẽdis, vbi diximus, quis ſit ſeruus, & qui libertus, & qualiter libertus ius aureorum annullorũ conſequatur, & natalibus
2 reſtituatur. Et etiam quæ diximus in titulo 1. ſuperiori, vbi oſtendimus qui ſit Decurio, quidquid Decurio natus, munus, & officium: nam hęc omnia ſupponenda ſunt, pro iſtius tituli introitu, & intellectu. Quibus ſuppoſitis & præmiſſis, duo in hoc titulo proponuntur
3 & definiuntur. Primum, quod ſi libertus, qui ius aureorum annullorum adeptus nõ eſt, nec natalibus eſt reſtitutus, Decurio creatus fuerit à Decurionatus munere remoueatur, & nihilominus puniatur, l. 1. inf. eod. quæ lex corrigitur, nouiori iure, per text. in auth. ſed hodie. C. de iure aureorum annul. & in corpore vnde ſumitur, ſecundũ glo. Bart. & omnes in d. l. quoniam libertus ſtatim, quod manumiſſus eſt liber, & ingenuus fit abſq; vlla aureorum annullorũ iure, & natalium reſtitutione, iure patronatus intacto, vt probant præfata iura, ac per conſequens Decurionatus munere, & officio indignus non erit, nec alijs honoribus, vt diximus in tit. inf. de libertinis hoc li. 10. Rurſus & ſecundũ, quod ſi ſeruus ſciẽter patiatur ſe ad Decurionatus munus, vel ad dignitatẽ aliã adſpirare, retrouẽdẽd⁹ eſt, & plectẽdus: ſi autẽ ignorãter putans ſe liberũ, atq; ingenuũ eſſe, nõ punietur, ſed tantũ remouebitur detecta eius ſeruili conditione l. 2. & hęc eſt iſtius tituli ſumma, mens, & intentio, ſcilicet oſtẽdere, quod liberti, aut ſeruus Decuriones eſſe non poſſunt: & an ſi ad tale munus adſpirauerint, ſint ab eo remouendi, & pu-
4 niendi, vt in dicta l. 1. & 2. Ex quibus colligitur vera hæc ad rubrum noſtrum expoſitio, atq; conſtructio ſi ſeruus, &c. id eſt titulus 32. Quo cautum, & diffinitum eſt, ſi ſeruus, aut libertus, ad Decurionatum adſpirauerit, an ſcilicet à tali munere remoueri, & etiam puniri debeat, necne? Adſpirare autẽ in hoc titulo idem eſt, quod anhelare, tranſire, aſcendere ad Decurionatus honorem, & dignitatem,
• & an Decuriones debeant eſſe nobiles, ita quod ignobiles excludantur, tradit Bobadilla, libro 3. capite 8. ex numero 6. cum pleriſque ſequentibus in Polytica omninò legendus, vide etiam quæ notamus in dicto titulo infra de libertinis, hoc libro, & in titulo. C. ad legem Viſſeliam.

Titu-

Titulus XXXIII.

De prædijs Decurionum, ſine decreto nõ alienandis.

1 *Decuriones & Curiales qui ſint remiſsiuè.*
2 *Multa rerum diuiſiones remiſsiuè.*
3 *Prædia Decurionum, quæ ſint.*
4 *Decretum quid.*
5 *Alienationis verbum in quo ſenſu accipiatur hic.*
6 *De alienatione prædiorum Decurionum.*
7 *Hic titulus in quo ſit abrogatus.*
8 *De venditione bonorum Curiæ vniuerſitatis, & ciuitatis, & cuius licentia opus ſit.*
9 *De locatione horum bonorum, & huius tituli ſumma, & intentio colligitur.*
10 *Aliquot illationes, quæ ex ſupradictis colliguntur.*
11 *Totum rubrum exponitur.*
12 *Leges Regiæ, & aliæ auctoritates huc pertinentes citantur.*

RVBRICA hæc de prædijs Decurionum, aliàs de prædijs Curialiũ inſcribitur, ſed nihil refert, an hoc vel illo modo legatur: nam Decuriones etiam Curiales appellantur, l.4. infra eodem, & diximus in titulo ſupra de Decurionibus hoc libro, quo loci etiam diximus, qui ſint Decuriones, quod proficit ad iſtius tituli tractatum, & intellectum huius vocis Decurionum, quod eſt vnum ex verbis rubri noſtri, de quibus ſingulis exponendis
2 differamus. Et primò de prædijs Decurionũ, quæ vt cognoſcamus ſciendum eſt, quod multæ ſunt rerum diuiſiones, differẽtiæ & qualitates, de quibus omnibus latè faſi ſumus in titulo, ff. de rerum diuiſione, & in titulo, ff. ad l. Iuliam peculatus, & ex his quædam ſunt res ſingulorum, aliæ vniuerſitatis. Singulorum autem ſunt res priuatæ, quæ in dominio cuiuſque hominis ſunt, l.1. §. priuatæ. ff. de rerum diuiſione. §. ſingulorum inſtitutis eodem titulo, vt puta prædiũ Titij ſeruus Caij, &c. Vniuerſitatis ſunt bona publica, quę nullius hominis priuati ſunt; ſed cõmunitatis, reipublicæ, & vniuerſitatis, cuiuslibet populi municipij, & ciuitatis eſſe creduntur, l. 6. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſ. & hæc ſunt in duplici differentia, *Porque vnos ſe llaman bienes comunes de los lugares, villas y ciudades, y otros propios de los cõcejos*, vt diffuſè, latèq; explicamus in tit. inf. de vendendis rebus ciuit. lib. 11. vbi omnino legendum eſt, & tradit nouiſsimè Bobad. in Polit. lib. 5. c. 4. n. 5. fo. 1024. qui multos refert: quo præmiſſo, intellige
3 quod prædicta Decurionum, de

qui-

quibus loquitur hic titulus dupliciter dicũtur: vno modo quatenus ſunt bona priuata ipſorum Decurionum, & quæ ipſi Decuriones iure dominij, & tanquam domini ſigillatim habent, & poſsident non in communi, ſed quilibet ſeorſum vt priuatus quiſque, iuxta textum in dicta l. 1. §. priuatæ, ff. de rer. diuiſ. & dicto §. ſingulorũ, inſtit. eod. & de ijs eſt, l. 1. & l. 3. inf. eod. Secũdò quatenus ſunt propria prædia, & publica totius curiæ, collegij, & ordinis Decurionum concilij, & vniuerſitatis, cuiuslibet ciuitatis. oppidi, populi, & municipis non ſingulorum Decurionis, vel ciuium priuata, iuxta textum in d. §. vniuerſitatis, l. inter publica. ff. de verborum ſignificatione, l. ciuitatibus. ff. de legat. 1. quorũ redditus ſunt deſtinati ad hoc, vt in re publicæ vtilitatem, vel neceſsitatẽ expendãtur, vulgò, *Se llaman bienes propios, y rentas de los concejos,* l. 10. titulo 28. partita 3. & totus titulus 5. libro 7. nouæ recopilation. & explicamus fuſiùs in dicto titulo inf. de vẽdendis rebus ciuitat. libro 11. & de his loquitur, l. 2. infra eodem, vt infra videbimus, & hactenus de ſignificatione prædiorũ Decurionum dixiſſe ſat ſit. Decretum autem multifariam in iure noſtro accipitur, vt ex multis auctoritatibus latiſsimè oſtendimus in titulo, ff. de decretis ab ordine faciendis, & alijs pleriſque in locis, ſed in hoc titulo eiuſque materia, & ſimili tractatu decretum ſumi- 5

tur pro iudicis ſententia interlocutoria, quam ex conſenſu Decurionum omnium, vel maioris numeri ipſorum profert, eaque cõfirmat & ratam habet venditionem prædiorum Decurionum præuia cauſæ cognitione, itaq; priùs accedere debet Decurionum conſenſus: & rurſus cauſæ cognitio, ac poſtea interponi debet iudicis licentia, auctoritas, & confirmatio, quæ decretum appellatur, l. 1. 2. & 3. infra eodem, & docet Bartolus in dicta l. 3. Et hęc de ſignificatione decreti, ſat ſit dixiſſe. Alienationis vero quid compræhendatur, diximus latè in titulo, ff. de alienatione iudicij, & in titulo, ff. de rebus eorum, necnõ in titulo. C. de rebus alienis non alie. Latiſsima enim, & quandoque ſtricta eius ſignificatio eſt, vt ibi, & alibi ſæpè oſtendimus: cęterum in huius tituli tractatione, alienatio accipitur tantum pro contractu venditionis, vt manifeſtè indicat text. in dicta l. 3. infra eodem, quæ Decurionibus prohibet ſuorum prædiorum mancipiorumque ruſticorum venditionem, ſine decreto fieri, & reliquos contractus eis permittit, & idem probat dicta lex 1. & 2. infra eodem, ſiquidem tantum de venditionis contractu mentionem faciũt: venditionis autem etiam quandoq; ita lata ſignificatio eſt, vt quamcunque alienationem comprehendat, l. ſtatu liberi a cæteris. §. quintus. ff. de ſtatu liberis: verùmtamen in hoc titulo ſtrictè, & propriè accipitur,

pro

pro ipſo contractu venditionis, in quo pretium in pecunia numerata interuenire debet, vt probāt eius iura modò citata. Explicitis
6 ſingulis rubricæ verbis, vt ſcopū, & finem, quo is titulus tēdit percipiamus, dicēdum eſt, quod eius conſtitutionibus tria iuuentur, & definiuntur. Primo, quod prædia omniaque bona immobilia priuata, & mancipia ruſtica, quæ ſunt ſingulorum Decurionum ab eis vendi nequeant dum in Decurionatu ſunt, niſi magna vrgente neceſsitate, veluti ob æs alienum ſoluendum, & præhabita ſuper hoc cauſæ cognitione, & reliquorum Decurionum, vel maioris partis illorum conſenſu accedente, & tādem iudicis decreto interueniente, aliàs erit venditio nulla, adeò, quod emptor pretium amittet, ac rem cum fructibus reſtituet, ſed alios contractus de prædijs, & mancipis ſuis, licitè Decuriones celebrare poſſunt abſque præfata decretis ſolemnitate, dicta lex prima, & dicta lex tertia, infra eodē: iure autem nouiori non ſolū venditio bonorum immobilium, & mancipiorum, quæ ſingulorum ſunt Decurionum prohibetur fieri ſine decreto, ſed etiam omnis alius contractus, & actus alienationis, excepta donatione propter nuptias, vt docet Bartolus in dicta lege tertia, numero quarto & quinto, qui ſtatim poſt illam legem, legit quādam authenticam, quæ id manifeſtè probat, quam multi Codices non habent, cuius etiam meminit Cuiacius in dicta
7 lege tertia, & in nouella 38. Verùm enimverò, iam diū dicta lex prima & ſecunda, & ea noua authentica conſtitutio in deſuetudinem abierunt, videmus etenim, quotidie Decuriones bona ſua immobilia priuata, & mancipia ruſtica vendere, & alienare abſque vlla decretis ſolemnitate, vti rectè aduertit Accurſius in dicta l. 1. ſcholio primo, & Bartolus hic, numero primo, & ſic is titulus in hoc abrogatus eſt, & contraria cōſuetudine, ac ſennio confectus.
8 Rurſus & ſecūdò definitur, quod prædia, & res immobiles, quæ ſunt totius curiæ, vniuerſitatis, communitatis, & concilij cuiuſque populi, municipij, & vniuerſitatis, vulgò, *Propios de concejo*, ſimiliter vendi nequeunt, abſque Decurionum, vel ſaltim maioris partis eorum aſſenſu cauſę cognitione, ac decreti iudicis interpoſitione, dicta lex ſecunda, infra eodem, qua de re videndus eſt hodie Gregorius in lege decima quinta, titulo quinto, partita quinta, ad verbum, *los exidos*, qui docet cuius licentia & decreto opus ſit in alienatione eiuſmodi bonorum propriorum ciuitatis, ſed quidquid afferat ille, ego ſemper vidi licentiam Regiam præcedere debere

bere ſimilem alienationem, & ita
praxi receptum eſt,& tenet Boba
dilla in Polytica, lib. 3.capite 8.nu
mero 82.vbi pluresDoctores nun
cupatim citat. Tertiò & vltimo
iubetur, quod huiuſmodi prædia
totius curiæ,& vniuerſitatis loca
ri debent de conſenſu totius ordi
nis Decurionum,vel maioris nu-
meri ipſorum, ita vt à cõductori-
bus idonea cautio exigatur dicta
9 lex ſecũda. Hodie autem iure Re
gio in locatione huiuſmodi bono
rum ſeruatur ſolemnitas,lex quar
ta,dicto titulo quinto, libro ſepti-
mo nouæ recopilationis, vbi Áze
uedus: ecce igitur habes totius ti-
tuli ſummam mentem, & inten-
tionem,ex qua, & antea dictis col
10 ligitur. Primò, quod licet ru-
brum noſtrum videatur tantum
loqui de prædijs, quæ Decurio-
nes proprio, & priuato iure do-
minij, vel quaſi poſsident,& quæ
bona priuata ſingulorum Decu-
rionum ſunt, tamen dicta lex ſe-
cunda,infra eodem, loquitur etiã
de prędijs,& rebus immobilibus,
quæ non ſingulorum Decurio-
num, ſed totius Curiæ, vniuerſi-
tatis, & concilij populi, & ciuita-
tis ſunt. Secundò, quod quam-
uis rubrica noſtra inſcribatur de
prædijs Decurionum, quæ bona
ſunt immobilia, tamen in dicta le
ge tertia,etiam prohibentur ven-
di, ſine decreto mancipia ruſti-
ca. quæ bona ſunt mobilia, vel ſe-
mouentia. Tertiò infertur,quod
verbum, alienandis,in rubrica po
ſitum,exponendum eſt,ideſt,ven
dendis, niſi vellis rubrum ita in-
ſcriptum defendere ex noua au-
thentica conſtitutione,quam Bar
tolus legit poſt dictam l. 3. quam
de omni alienatione huiuſcemodi
prædiorum loqui ſupra diximus
ex Bartolo, & Cuiacio in locis ibi
allegatis,ac tandem deducitur,&
colligitur plana ad præſens ru-
brum expoſitio hoc tenore for-
mata de prædijs Decurionum, id
eſt titulus trigeſimus tertius, in
quo tractatur de prædijs Decurio
num,ſine decreto non alienandis,
11 hoc eſt, quo cauetur prædia pri-
uata ſingulorum Decurionum,
mancipia & ruſtica ipſorũ & rur-
ſus prædia, quæ totius ſunt cu-
riæ, concilij, vniuerſitatis,muni-
cipij, & ciuitatis in communi, ſi-
ne conſenſu Decurionum,vel ma
ioris partis eorum, & abſque iudi
cis decreto,& confirmatione,ven
12 di, aut alienari non poſſe. Huc
pertinent leges Partitarum ſupra
citatæ, quæ de alienatione tra-
ctant, & lex tertia & quarta,dicto
titulo quinto, libro ſeptimo, no-
uæ recopilation.quę de locatione
eiuſmodi prædiorum differunt,
& vide quæ ſcribimus in dicto ti-
tulo infra de vendendis rebus ci-
uitat. & in titulo infra de diuerſis
prædijs Vrbanis & ruſticis, libro
vndecimo,& Bobadilla in dict.
locis in ſua Polytica
de gouiernos.
(.?.)

Digitized by Google

Tit. XXXIIII.

Quando, & quibus quarta pars debeatur ex bonis Decurionũ, & de modo diſtributionis eorum.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ diuiſio.*
2 *Decuriones, & Curiales, qui ſint, & quid Curia, remiſſiuè.*
3 *Huius tituli ſumma, quæ ad priorem partem rubri pertinet.*
4 *Summa, quæ ſecundam reſpicit.*
5 *Totius rubri explanatio, & conſtructio.*
6 *Is titulus hodie non ſeruatur.*
7 *Quarta, quæ ex illo defertur, quibus bonis adnumeretur.*
8 *Differentia inter hunc titulũ, & alios, qui videntur ſimiles eſſe.*

1 IN duas ſcinditur partes rubrica noſtra. Prima eſt, ibi, quando, & quibus quarta pars debeatur ex bonis Decurionũ. Secunda ibi, & de modo di-
2 ſtributionis eorũ. Ad cuius vtriuſque intelligentiã ſciendũ eſt, qui ſint Decuriones, & Curiales, & quid Curia, qua de re diffuſè diſſeruimus in titulo de Decurionibus, ſupra hoc lib. & ff. eod. vbi diximus, quod Decuriones ſunt Cõſiliarij ciuitatuum, oppidorũ, vel municipiorũ, vulgò, *Regidores*: qui quidem etiam dicuntur Curiales à Curia, quod idẽ eſt, quod Decurionum Senatus, Conſiſtorium, Capitulũ, concilium, vulgò, *Ayuntamiento, Cabildo, Con-*
3 *ſiſtorio, Concejo.* Dicuntur etiam Curiales filij, & deſcẽdentes Decurionum, & alij, qui licèt nõ ſint Decuriones, vel filij Decurionis, aliquod tamen exercent miniſterium, & munus in Curia, vt in loco ſupra citatõ diximus, & in hac ſignificatione accipiuntur Decuriones, Curiales, & Curia, in hoc titulo, qui titulus eò tendit, vt nouis oſtendat, quę perſonæ habeãt ius ſuccedendi in bonis Decurionum, vel Curialium, qui ex teſtamento, vel abinteſtato moriuntur; circa quod conſtituit, quod ſi Decurioni, vel Curiali, ex teſtamento, vel abinteſtato decedenti ſuccedat extraneus hæres, qui de numero, nec conſortio Decurionum ſit, Curia ipſa, & colegium Decurionum, quartam partem bonorum omnium ipſius habebit, l. 1. l. 2. in princ. infr. eod. Sin autem talis hæres non ſit extraneus, ſed in hæreditate ſuccedunt filij, alijvè deſcendentes maſculi ipſius Curialis defuncti, vel

deſcendentes fœminæ, Curialibus tamen nuptæ, vtputà filiæ, neptes, vel aliæ, vel ſint hæredes extranei, qui tamen ſunt Decuriones, vel Curiales, in totum iſti omnes hæredes ſuccedunt, nec in hoc caſu quarta pars bonorum ad Curiam pertinebit: ſi verò deſcendentes non ſint Curiales, nec filiæ, nec aliæ deſcendentes nuptæ Curialibus, & ſint hæredes defuncti præfatam, quartam bonorum Curiæ præſtare coguntur, dict. l. 2. §. ad filiorum, infra eod. Quod ſi Decurio moriatur, vno, pluribusvè filijs, vel filiabus relictis, & vni filio, vel omnibus filijs maſculis ſuæ ſubſtantiæ minimam partem relinquat, alijs autem extraneis, vel filiabus reliquum patrimonium reliquerit: ſi ipſi filij maſculi Curiales ſint, aut cæterij deſcendentes, non ſeruabitur defuncti Decurionis voluntas, nam hi filij, & deſcendentes maſculi, quartam bonorũ partem habebunt, ſi verò deceſſerit pluribus filiabus derelictis, quarum vna Decurioni, vel Curiali nupſit, & reliquæ filiæ Curialibus non nuptæ, vel alij penitus extranei in reliquis bonis hæredes ſint, quartam partem Curiam cõſequetur ex portione horum hæreduum extraneorum, vel filiarum non nuptarum, non autem ex portione illius filię, quę nupta fuit Curiali, l. 3. in princip. & in verſ. ſed & ſi quid. infr. eod. qui quidem text. derogat præfatæ legi ſecundæ in §. filiorũ, nam per illum, §. videbatur, quod ſi Decurio eſſet defunctus pluribus deſcendentibus maſculis, & fœminis relictis hæredibus, ſat erat, vnum ex illis Curialem eſſe, vel vnam filiam nuptam eſſe alicui Curiali ad hoc, vt tota Curia in communi à petitione quartæ excluderetur, ſed non eſt ita obſeruandum, nam non Curialis hæres, vel filiæ non nuptæ præſtabunt quartam Curiæ, & aliam quartã filio Curiali, vel filiæ nuptæ Curiali, non obſtanté præfata lege in verſ. ſed & quid, vbi optimè aduertit Acurſius, verbo, legem, & ſic generaliter definitur. in d. l. 3. verſ. & generaliter, inf. eo. & hæc pertinet ad priorem rubri
4 partem. De ſecunda verò parte loquitur, d. l. 2. qua docemur, qualiter diſtribuãtur, & diuidantur bona Decurionum ex teſtamento, vel abinteſtato decedentiũ, inter Curiã, & hęredes ipſorũ, vel alios quibus quarta debetur ad hoc, vt ea quarta deducatur, ſecũdũ prędictã reſolutionẽ, qua lege cauetur in ſumma, quod nõ de ſingulis rebus detrahatur quarta, ſed de omnib' bonis ſorte, vel æſtimatione, vt ipſa declarat. Et hæc eſt breuis reſolutio, & ſũmaria intẽtio eorũ,
5 quę hoc tit. cõtinẽtur. Ex qua, verba pręſentis rubri, ita cõſtruere, & expla-

explanare poſſumus, titulus 34. quo docemur, quādo, & quibus quarta pars debeatur ex bonis Decurionum, ſcilicet, abinſtato, vel ex teſtamēto morientium, & agit de modo diſtributionis, hoc eſt, diuiſionis, & partitionis eorū ad hoc, vt ea quarta deducatur.

6 Enimverò exiſtimamus iſtum titulum hodie non ſeruari, & diù iam in deſſuetudinem abiſſe, quatenus per eum defertur iſta quarta pars ex bonis Decurionis defuncti, nec vnquam eius diſpoſitionem in praxi vidimus ſeruari.

7 Sed ſto, quod ſeruaretur huiuſmodi quarta pars, quæ ad Curiā pertinet inter bona. publicaque non ſingulorum Decurionum, ſed ciuitatis, vniuerſitatis, vel concilij ſunt, connumerari debet, vulgò, *Seran propios del conceio*, iuxta ea, quæ fuſius explicuimus in titulo 1. ſuperiori, nec non in titulo de vendendis rebus ciuitatis, infr. lib. 11. & alibi ſæpè.

8 Differt aut is titulus ab illo, C. de hæreditatibus Decurionū, &c. & ab illo, ſi liberalitatis Imperialis ſocius, ſine hærede deceſſerit, ſupr. hoc lib. 10. In hoc, quod illi tituli procedunt in caſu, quo vni de Curia, vel collegio decedenti abinteſtato, nullo legitimo hærede exiſtente, ſuccedit Curia, vel colegium, aut ſocietas in vniuerſa defuncti bona, vt inibi latiùs declaramus: at titulus iſte loquitur, & procedit in caſu, quo Decurio decedit ex teſtamento, vel abinteſtato nullo hærede relicto, qui ſit de Curia, vel filius maſculus Curialis, vel filia Curiali nupta: quo caſu ſuccedit Curia, ſolummodò in quarta parte bonorum, non in omni hæreditate, vt ſupra expoſitum eſt.

Tit. XXXV.

De imponenda lucratiua deſcriptione.

SVMMARIVM.

1 *Huius rubrica varia lectio.*

2 *Siliqua, quid ſit explicatur.*

3 *Decuriones, & Curiales, qui ſint, remiſſiuè.*

4 *An Decuriones prædia ſua, ſinè decreto poſſint alienare.*

5 *Lucratiua deſcriptio, & titulus lucratiuus, & lucrum, quid ſit, declaratur, & numero 6.*

7 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio colligitur.*

8 *Totum rubrū conſtruitur, & explanatur.*

9 *Quò diſtet hic titulus à proximo ſuperiori, remiſſiuè.*

10 *Cui debetur, & ſoluendum eſt ſiliquarum tributũ, de quo fatur is titulus.*

11 *Hodie hic titulus, & eius diſpoſitio in vſu non eſt.*

1 PRænotãdum eſt. Primò, quod hæc rubrica varias habet literas, & inſcriptiones: nam in quibuſdam Codicibus legitur de imponenda lucratiua deſcriptione: in alijs de imponenda lucratiuorum deſcriptione: in alijs, verò de imponenda lucratiuis deſcriptione, vt teſtatur Acurſius, & omnes iſtæ lecturæ rectè ſtare poſſunt, vt ex
2 infra dicendis apparebit. Deindè, & ſecundo præiacendum eſt, quod ſiliqua eſt, quædam moneta, quæ tanti quãti ſolidus vallet, vt opinatur Acurſius in l. vna, infr. cod. gloſ. 1. & 2. quem Lucas de Penna, & Pyrrhus ſequuntur ibidem, ſed toto cœlo errãt, quia ſiliqua eſt viceſima pars ſolidi, & ſic aurei Caſtellani, id eſt aurea moneta, quæ viginti æreis marauedinis noſtri temporis æſtimatur. vt teſtatur Couarrub. in tractat. de veterum numiſma collatione, cap. 3. num. 10. vbi in toto illo cap. de valore ſolidi, & aurei
3 differit. Tertiò eſt præiacendum, qui ſint Decuriones, & Curiales, qua de re faſi ſumus in tribus titulis proximis ſuperioribus, vbi legas quæſo pro iſtius tituli intelligentia, in quo Decurionum, & Curialium paſsim mentio fit.
4 Quartò præmitte, quod Decuriones, vel Curiales nequeunt prædia ſua, & bona immobilia, ſine decreto vendere poſſunt, tamen ea donare, vel quouis alio titulo in alium, ſine decreto transferre, ſaltim de iſto iure Codicis, l. fin. ſupra de prædijs Decurion. & in
5 illo titulo latiùs dixi. His ita præmiſsis videndum eſt, quid ſit lucratiua deſcriptio, pro rubri noſtri expoſitione, & quamuis hoc nomen deſcriptio plura patiatur ſignificata, vt Prateius traddit in legicon iuris, verbo, deſcriptio, & explicuimus nos in titulo de apochis public. ſupra hoc libro. Tamen in hoc titulo accipitur pro ſolutione, quatuor ſiliquarum, quæ tributi nomine præſtantur fiſco ex rebus immobilibus, quas Decuriones, vel Curiales in alias perſonas, qui non ſint de numero Decurionum, vel Curialium, titulo lucratiuo transferunt, dict. l. vnica, infra eod. vbi gloſ. 1. & 2. & ſcriptores omnes hic, & ibi no
6 tant, & inferiùs dicemus. Apertius, & dicitur lucratiua deſcriptio à dictione, lucrum, quod generale nomen eſt, l. coiri, cum l. ſequenti. ff. pro ſocio, & accipitur pro omni gratuita acceſsione, l. actionũ genera. §. actionum autẽ, ff. de obligat. & act. l. ſi cum dotẽ,

§. ſi

§. ſi pater, ff. ſoluto matrimonio: indeq; titulus lucratiuus, vel cauſa lucratiua dicitur, ex quo, quavè nihil abeſt, l. 82. §. fundus, ff. de legat. 1. & docet I.C. Paulus lib. 4. ſentent. tit. 1. cuius modi ſunt, titulus ſucceſsionis hæreditatis, titulus legati, fideicommiſsi, donationis, cauſa mortis, vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, nec non donationis ſimplicis inter viuos factæ, dict. l. vnica, verſ. lucratiuas verò res, infra eod. Dos autem, & donatio propter nuptias ex lucratiuis cauſis non dicuntur procedere, dict. l. vna, verſ. ſi verò, vel ſocer: vnde, quia ſupra dictæ quatuor ſiliquæ ſolummodò ſoluebantur fiſco ex bonis immobilibus, quæ Decuriones, vel Curiales titulo lucratiuo in alios transferunt; vt modò expoſitum eſt: idcircò talis ſolutio, & ſiliquarum præſtatio, dicitur lucratiua deſcriptio, vel lucratiuorum deſ-
7 criptio. De qua hìc titulus inſcriptus eſt, quo quidem Imperatores iubent, vt ſi Decuriones, vel Curiales prædia ſua, & bona immobilia, vel aliquot ex eis titulo lucratiuo in alios transferunt, qui non ſint decuriones, vel curiales, vtpurà ex cauſa hæreditatis, legati donationis, &c. Tales perſonæ, quæ ex lucratiua cauſa ea bona recipiunt, tenentur ſoluere fiſco, quatuor ſiliquas tributorum nomine, & gabellæ, dict. l. vnica; qua etiam explicatur, quæ perſonæ liberentur ab huiuſmodi tributo, & deſcriptione, & quando, & in quibus caſibus excolui debet, & quod ex rebus immobilibus, tantum præſtetur nō de mobilibus, vt patet ex ea; quæ nimis eſt prolixa: ideò omnes eius concluſiones non refero: ſatis eſt enim præfata dixiſſe, ex quibus præcipua tituli ſumma, mens, & intentio percipitur, & plana hæc ad eius rubrum colligitur expoſitio, de imponen-
8 da, &c. Id eſt, titulus 35. In quo tractatur de imponenda lucratiua deſcriptione, hoc eſt de imponendo tributo, quatuor ſiliquarum fiſco ſoluendo, bonis immobilibus, quæ Decuriones, vel Curiales, in alios, qui non ſint de eorum numero, & Curia, titulo lucratiuo transferunt, vt videlicèt illud ſoluāt ex tali tit. reſcipientes, & ſic ſiue rubrica iſta legatur, de imponenda lucratiua deſcriptione, ſiue de imponenda lucratiuorum deſcriptione, vel de imponenda lucratiuis deſcriptione præfatam recipit expoſitionē, vti rectè aduertit Acurſius, hìc aptior tamē videtur hæc poſterior lectio, & tūc illa dictio, lucratiuis, exponitur, id eſt, bonis lucratiuis, hoc eſt, ex cauſa lucratiua adquiſitis, quaſi iuris compoſitores dixerint, de imponēda lucratiuis bonis, & ex tit. lucratiuo

quæ ſitis, deſcriptione, Id eſt, quatuor ſiliquarum ſolutione. Et eodem modo interpretanda eſt
9 prior, & ſecunda lectio. Vt planè ex Acurſio, hic colligitur qui docet, quò diſtet is titulus à proxi-
10 mo ſuperiori. Illud etiam omittendum nō eſt, quod licèt in hoc titulo non exprimatur, cui ſoluendum ſit hoc ſiliquatum tributum: verè tamen ſupponendum eſt fiſco deberi, eique ſoluendum eſſe, vt tenet Azo, hîc: ad fiſcum namque de iure pertinent tributa, iuxta ea, quæ ſcripſimus in titulo de iure fiſci, & in titulo de annonis, & tributis, ſuprà hoc lib. 10. & in titulo extra de cenſibus.
11 Tandem animaduertimus, quod is titulus hodie in vſu non eſt, qui iamdiù in deſſuetudinem abijt, quatenus tractat de hac ſiliquarum impoſitione. Nam ſi cōſideretur, vt gabella, non debetur ex titulis lucratiuis, ſed ſolum ex contractu venditionis, & permutationis, l. 1. l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ Regiæ compilationis. Si verò cōſideretur, vt collecta, vulgò, *Pecho*, nulla inuenitur Regia conſtitutio, quæ eam impoſitionem approbet inter tot leges Regias, quæ de collectarum deſcriptione, impoſitione, & ſolutione agunt, de quibus eſt titulus 14. lib. 6. nouæ Recopilatio. cum pleriſque alijs.

Tit. XXXVI.
De præbendo ſalario.

SVMMARIVM.

1 *Salarium, quid ſit, explicatur.*

2 *De vario ſenſu, & intellectu, l. vnica, infr. eod. diſſeritur, & an ex bonis proprijs reipublicæ, & ciuitatū, ſalaria præbeantur, abſque Principis licentia, diſputatur.*

3 *Vera mens, atque intentio iſtius tituli, declaratur.*

4 *Totum rubrum explanatur.*

1 Salarium multipliciter accipitur, vt traddunt Briſonius, Prateius, Otomanus, ac reliqui verborum iuris expoſitores, ad verbum ſalarium: ſed in iſtius tituli tractatu, ſalarium eſt ſtipendium, quod de publico datur, vt teſtatur Lucas de Pena hîc, & pro
2 bat l. vnica, infr. eod. Qua cauetur & conſtituitur, vt nulli ſalarium tribuatur ex iuribus, & bonis reipublicæ, niſi ex permiſſu, & licentia Imperatoris, in cuius legis intellectu torquentur interpretes: quidam enim eam intelligunt in ſalarijs, quæ præbentur ex bonis publicis proprijs ciuitatū, & populorū, *Como ſon los que*

ſa

ſe dan de los bienes propios, y rentas de los Concejos, a algunas perſonas q̃ ſiruen a la Republica, cuius opinionis fuit Bart. & Platea, ibidem, Curia Piſana lib. 2. c. 18. nu. 10. & ibi Azeuedus nu. 31. & in l. 13. nu. 4. tit. 9. lib. 3. Recopil. Qui omnes affirmant non poſſe huiuſmodi ſalaria præberi, niſi præmiſſa Regia licentia, & facultate: alij autem eam legem accipiunt, vt procedat in ſalarijs, quæ ex republica Romana Imperij, & ſic ex pecunia fiſcali erogantur, vt illa non niſi Principis iuſſu, vel permiſſu præbeantur, cuius ſententiæ fuit Lucas de Pena, in dict. l. vnica, Albericus in l. ambitioſa in fin. ff. de decretis ab ordine faciend. & alij, quos nuncupatim refert Bobadilla in politica lib. 5, cap. 4. num. 64. litera I. qui mouentur ex eo: nam ſi in quibuſcumque cuiuſuis reipublicæ ſalarijs Regia facultate opus eſſet: ſequeretur, quod pro modico negotio ciuitatis, aliquando eſſet neceſſe Principem, eiuſque Curiam adire longè diſtantem, & plus haberet diſpẽdij, & expenſarum talis aditio, & licentiæ impetratio, quam eſſet ſalarij miniſtratio, quod quippè eſſet abſurdum, & ius noſtrum abhorret, l. Mediterraneæ. C. de annonis, & tributis, ſupra hoc lib. 10. Idq; iuſtũ, & æquũ eſt nedum nimia ſubtilitate circa rempublicam, vtimur in eius perniciem, quidquam reuertatur, quam opinionẽ amplectitur, etiam Auiles in cc. Prætor. cap. 1. verb. *Salario*, vbi aſſerit, quod ciuitates, & villæ, & oppida iſtius Regni, earumque nomine iudices, & Decuriones, ſine licentia Regia ſalaria ex bonis proprijs ciuitatum conſtituunt, idem voluit Gregorius in l. 10. tit. 18. part. 3. verbo, pro communal. Bobadilla vbi ſupr. ex nu. 9. cum ſequentibus, vſque ad nu. 65. ſpeciatim, dict. num. 64. Neque obſtat, dict. l. vna, quæ videtur loqui in ſalarijs, quæ ex bonis reipublicæ aſſignantur, quia accipienda eſt, dumtaxat de republica vrbis Romæ, & Imperij, quia illa ſola verè, & propriè dicitur reſpublica, vt tenet Cephalus, conſil. 615. num. 73. cum ſequen-
3 tibus, lib. 5. Et tenent ſupra citati auctores, quorum opinioni libenter adhæreo, ex qua infertur. Primò, quod vera mens, atque intentio huius tituli eſt conſtituere, & iubere, vt pecunia Imperij, & fiſcali nulli perſonæ ſalarium præbeatũr, abſque Principis licentia, & iuſsione, dict. l. vnica, ſic acci-
4 pienda. Secundo infertur planè, claraque hæc ad eius rubrum explicatio, de præbendo ſalario, id eſt, titul. 36, qui agit de præbendo ſalario, ſupple ex pecunia Imperij, & fiſci, cum Principis licentia, & iuſsione, & non aliter.

Tit. XXXVII.

Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.

SVMMARIVM.

1 *Curiales, & Decuriones, qui ſint, remiſsiuè.*
2 *Ciuitas, quid ſit exponitur.*
3 *Rus, quid ſit, explicatur.*
4 *Quid continetur hoc titulo, & quale ſit eius intentum.*
5 *Rubricæ verba conſtruuntur, & declarantur.*
6 *An hodie is titulus in aliquo ſit emendatus.*

1 Curiales in hoc titu-
lo idē ſunt, quod De-
curiones, vel alij,
qui in curia mun⁹
aliquod gerunt, vt
exponit Lucas de
Pena, in l. vnica, infra eod. Et Pe-
trus Gregor. de ſyntagmate iur.
1. part. lib. 4. cap. 18. num. 1. 3. 4.
5. Decuriones autē ſunt Conſilia
rij, & Rectores ciuitatum, & mu-
nicipiorum, vulgò, *Regidores*, vt
fuſius explicuimus in titulo de
Decurionibus, ſupr. hoc lib. Quo
loci etiam oſtēdimus, quid ſit Cu
ria, & an inter Decuriones, & Cu
riales, aliquod eſſet diſcrimē, qua
2 de re etiam alibi faſi ſumus. Ci-
uitas eſt ciuium, & incolarū mul-
titudo, collectio, & cœtus: nā ipſi
ciues, & habitatores ſimul in vno
loco congregati cauſa ibi habitan
di, efficiunt ciuitatem, populum,
& municipium, vt docent Ariſt.
lib. 1. polit. cap. 2. & lib. 3. c. 1. Car-
dinalis in cap. requiſiſti, de teſta-
ment. Bart. in l. aut facta, §. fin. ff.
de pœnis, Azeuedus in rubr. tit.
1. lib. 7. nouæ Recopila. Bobadilla
in politica lib. 1. cap. 1. nu. 30. & in
hac ſignificatione accipitur in
3 hoc titulo. Rus, veteres dicebant
incultos agros, id eſt, ſiluas, & paſ
cua, & auctor eſt Lucas de Pena
in l. Rura, infra de omni agro de-
ſerto, lib. 11. Sed in huius tituli ru-
bro, & nigro, rus eſt omnis locus
extra ciuitatem, vel populum, vbi
ſunt agri, villæ, eremum, & de-
ſerta, vt probat d. l. vnica, infr. eo,
& docet Prateius in legicon iuris
ad verbum, Rus, vbi ad id probā-
4 dum hanc legem allegat. Explici-
tis ſic ſingulis rubricæ verbis,
quia ſæpè ſæpius contingit, quod
Decuriones, & Curiales cōſilij pu
blici effugiendi cauſa relinquunt
ciuitatem, & in rus, atque eremū
proficiſcuntur, vt ibi inhabitent,
in villa, vel domuncula, aut hor-
to, &c. vt ſic non ſint præſentes
ad ſua munera, & officia exercen-
da, & adimplenda. Idcircò in præ
fata, l. vnica, infr. eod. ſtatutum, &

cautum

Digitized by Google

cautũ eſt, quod ipſi Decuriones, & Curiales, cauſa ruris habitandi ſuam ciuitatem, aut municipiũ, in quo, quavè Curiales exiſtunt, non deſerant, quod ſi fecerint ad eandem ciuitatem, vel idem municipium reuocētur, & rus, quod ad habitandum ſelegerint, amit-
5 tant, fiſcoque applicetur. Et id eſt in ſumma, quod intendit, & continet titulus iſte, cuiùs rubrũ, ex antea dictis, hoc modo conſtruere, & explicare poſſumus, titulus 37. quo cauetur, vt ſi Curialis, id eſt, Decurio, vel alius, qui in Curia, & Conſiſtorio, aliquod munus gerat, relicta ciuitate, vbi Decurio, vel Curialis erat, rus habitare maluerit; hoc eſt, in rure morari, ſui muneris non explēdi cauſa, ad eandem ciuitatem reuocetur, & etiam in amiſsione ruris,
6 fiſco applicandi, punietur. Hodie autem videtur; quod ſolum puniatur Decurio abſens in amiſsione ſalarij, ex l. 6. tit. 3. lib. 7. nouæ Recopilat. & ita huius tituli pœna ſit abrogata: ſed de hoc articulo, & hac materia videnda eſt Curia Piſana, lib. 3. c. 2. & ibi legendus eſt Azeuedus, qui auctores huius tituli legem vnicam nō citant, nec eius meminerunt, Bobadilla in politic. lib. 3. cap. 7. num. 61. & 62. & alij, quos ipſe citat ibi, litera E. fol. 195.

Tit. XXXVIII.

De municipibus, & originarijs.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter municipes, ciues, & incolas, remiſsiuè.*

2 *Originarius, quis ſit, explicatur.*

3 *Munus ciuile, quid, & quotuplex ſit, remiſsiuè.*

4 *Huius tituli, mens, intentio, & ſumma, refertur.*

5 *Rubri ſeries, & tenor, declaratur.*

6 *An ſola domicilij, & vicinitatis ratia conſideretur in municipibus, ad munera publica ſubeunda.*

7 *Differentia inter hunc, & titulum inferiorem, remiſsiuè.*

1 AD huius, & proximi ſequentis tituli intellectum, & explicationem inquirendum, & inueſtigandũ eſt. Primò, quæ ſit differentia inter municipes ciues, & incolas, qua de re loculenter ſcripſimus in tit. ff. ad municipalem, quo loci ſigillatim explicamus; quis muni-
2 ceps, ciuis, & incola ſit: Origina-

riius

nius autem eſt municeps, vel ciuis,qui in ea ciuitate, vel municipio,vbi municeps habetur, natus eſt vel ortus, & ſic à ſua propria origine dicitur originarius,l.4.infra hoc titulo,& tenet gloſ. hic in vltima opinione,vel ab origine,& natiuitate patris, vt quia pater eius in ciuitate,vel oppido,in quo municeps, & ciuis eſt, natus fuit l.3.infr.eod.l.aſſumptio.§.1.ff.ad municipa, vel etiam ab origine, & natiuitate manumiſſoris, ſi for
3 tè erat ſeruus,l.2.infr.eod. Deinde, & ſecũdo videndum erat hic, quid ſit munus ciuile, & quotuplex,qua de re longè, lateque fuſi ſumus in tit.ff.de mune.& hono. in titulo de annonis, & tribut.ſupra hoc lib.10.& docet gloſſa magiſtra in rubr.infr. de muner. patrimon.hoc lib.vbi vide, quæ dixi: Bart.latiſsimè in l.1.infr.de mu
4 lieribus, & in quo loco. Quibus ita explicitis, & præiactis intellige,quod iſtius tituli finis,ſcopus, mens,& intẽtio,potiſsima eſt nouis oſtendere, & ſtatuere, quibus in locis municipes originarij teneant publica, & ciuilia munera ſubire,& ita iubet,& definit,quod municeps in loco,vbi natus eſt, & in loco, vbi incola eſt adſtringatur ad munera ſubeunda.l.1.l.fin. infr.eod.& quod filius in hoc ſequatur originem patris,& nõ matris,dict.l. 3. vel ſuam propriam, dict. l. 4. Et quod originẽ manumiſſoris,ſequantur manumiſsi,d. l.2.& hæc in ſumma toto hoc ti
5 tulo continentur. Iuxta quæ, & ea,quæ antea relata, & dicta ſunt, ita poſſumus ſeriem, & tenorem rubrij huius explicare, tit. 38. qui quidem tractat de municipibus, & originarijs, id eſt,de municipibus, qui ratione natiuitatis propriæ,vel patris, aut manumiſſoris in municipijs, & ciuitatibus ſunt ciues,& vicini,vulgò, *De los vezinos naturales de las ciudades, villas y lugares*,tractat(inquam) videlicèt,vt ſtatuat, & oſtendat qualiter in eiſdem locis, & ciuitatibus,vbi ſunt originarij, vel incolatum habent, teneantur hi ciues publica,& ciuilia munera ſubire.
6 Illud tandem non eſt obliuiſcendum,quod licèt in hoc titulo, & ſequenti,& ſic iure communi, ſola origo,& natiuitas conſideretur in municipibus ad hoc, vt teneantur munera publica ſubire, hodie tamen iure Regio exiſtimo,quod tantum attendatur ſola domicilij, & vicinitatis ratio, niſi in caſibus expreſsis,vtputà in officijs perpetuis, quę concedi nequeunt, niſi municipibus originarijs, & naturalibus vicinis. cuiuſque oppidi, & ciuitatis,vel ijs,qui per deceniũ in eo loco habitationem habuerint,l.1.tit.3.l.5.tit.2.lib.7.nouæ Recopi.ſed extra iſtum,ac ſimiles caſus ſola domicilij, & vicinitatis ratio conſideranda eſt ad publica, & ci-

Digitized by Google

& ciuilia munera ſubeunda, & ita obſeruat conſuetúdo, quæ probari videtur in dict. l. 1. tit. 5. lib. 7. Et ſic limitari videtur, dict. l. 1. & fin. infr. hoc titulo, & alia iura ſimilia, quatenus diſponunt in loco originis, & in loco domicilij teneri quemquam ad munera, vt non procedant in officijs, & muneribus perpetuis. Et ad huius tituli tractatum pertinent omnes Regiæ leges, & conſtitutiones, quas in hoc titulo, & ſequenti nũcupatim citamus. Et vide, quæ ſcribimus in dict. tit. 1. ſequenti, vbi etiam, quò is ab illo diſtet, explicamus.

Tit. XXXIX.

De incolis, & vbi quis domiciliũ habere videtur, & de his qui ſtudiorũ cauſa in aliena ciuitate degunt.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ in binnas partes diuiſio.*

2 *Prior pars, & qui ſit incola, declaratur remiſsiuè.*

3 *Domicilium, quid ſit, exponitur.*

4 *In quo loco quis habere cẽſeatur domicilium, explicatur.*

5 *An mutari domicilium poſsit de vno loco in alium.*

6 *Poſterior pars rubricæ explanatur, & an ſcalaris in loco ſtudij domicilium contrahere cenſeatur.*

7 *Duplex huius tituli intentum colligitur.*

8 *Totius tituli ſumma refertur.*

9 *Rubrum per partes explanatur.*

10 *Differentia inter hunc titulũ, & ſuperiorem tradditur.*

11 *Vtilis, pro vtriuſque tituli intellectu, conſideratio animaduertitur.*

1 DVAS in partes diuidi poteſt rubrica noſtra: quarum prior ibi eſt, De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur; poſterior reliqua verba comple-
2 ctitur. Et vt primam partem intelligamus, quàm primum legẽga ſunt, quæ ſcribimus in titulo, ff. ad municip. & in titulo primo ſuperiori, vbi quis incola ſit, ad
3 vnguem declaramus. Ac deinde dicendum, quod domicilium eſt poſſeſsio domus in ea ciuitate, vel municipio, in quo, quavè quis ciuis, & municeps cenſetur, & ſæpius commoratur, l. domicilium, ff. ad munici. & definit ita Pratei* in legicon iuris, verbo, domicilium,

lium, quod intellige, dummodò
animo ibi conſtituendi domici-
lium, quis habeat domus poſſeſ-
ſionem non alias. etenim ſola do-
mus poſſeſſio, quæ in aliena ciui-
tate comparatur domicilium nõ
facit, l. 17. §. ſola, ff. ad municip. l.
4. infr. hoc titulo domicilium au-
tẽ, quis habere dicitur in eo mu-
4 nicipio, & loco in quo larem, re-
rumque, ac fortunarum ſummã,
ita conſtituit, vt indè deceſſurus,
aut profecturus nõ ſit, l. ciues, in-
fra eod. l. in lege cenſoria, ff. de ver
bor. ſignificat. larem (inquam) id
eſt, vbi quis domum, manſionẽ,
focum, ignem, ac denique fami-
liam habet, vt exponit Lucas de
Pena in dict. l. ciues, in principio.
Dixi etiam, rerum, & fortunarũ
ſummam, id eſt, maximam par-
tem ſuarum facultatum, vt declá-
rat Acurſius in præfat. l. ciues,
qui aſſerit alterum iſtorum ſuffi-
cere ad contrahendum domici-
lium, vel vt quis habeat larẽ, vel
ſummam rerum, & facultatum
ſuarum Animo (e domiciliũ ibi
conſtituendi, quem ſcriptores cõ
muniter ſequũtur. Porrò ſola ha-
bitatio domicilium non conſti-
tuit, niſi tanquam incola, quis ha
bitauerit per decennium verum,
vel præſumptum, animo ibi ſtan
di, & non recedendi, l. 3. l. 4. infra
eod. vbi Acurſ. ea iura. Ita intelli-
gít, cum quo tranſeunt ibi, Bart.
Lucas de Pena, & alij, nec non, &
in l. 2. infr. eod. & hodie explicat
text. in l. 32. tit. 2. part. 3. verb. *La*
ſetena, & verb. *La otaua*, vbi Gre-
gorius, ad verbum, *Diez años*, &
verbo, *La mayor partida*, omni-
no legendus, & l. 5. tit. 2. lib. 7. no-
uæ Recopil. Et indè exiſtimo or-
tam eſſe praxim, & conſuetudi-
nem, quæ in aliquot locis ſerua-
tur, vt cum quis qui non ſit origi
narius recipitur tanquam ciuis,
& vicinus præſtat fideiuſsionem,
qua obligatur per decẽnium ibi
comorari, ac publica munera ſu-
bire, de qua fideiuſsione obiter lo
cutus fuit Azeue. in l. 1. tit. 3. lib. 7.
nouæ Recopil. & generaliter, ex
quibus cauſis domiciliũ cõtraha-
tur, habetur in c. cũ nullus, de tẽ-
porib. ordinand. lib. 6. & in l. 2. tit.
24. part. 4 & in dict. l. 32. tit. 2. p.
3. & tradit diffuſè Menochius
omnimodò videndus, cum caſus
occurrat, de arbitrar. lib. 2. Centu
ria 1. caſu 86. per totum. Sanè mu
5 tare domicilium, & de vno loco,
in aliud trãsferre poteſt, quis pro-
pria voluntate, dummodò rebus,
& factis talem voluntatem oſten-
dat, nec enim ſola teſtatione, &
nuda voluntate mutari domici-
lium poteſt, & in aliam ciuitatẽ
in aliudvè municipium transfer-
ri, l. 1. infr. eod. l. domicilium, ff. ad
municipal. l. 1. titul. 9. lib. 7. nouæ
Recopilat. Intellige tamen muta
ri domicilium poſſe, niſi incola,
qui mutare vult publicis, iam mu
neribus

neribus ſit adſtrictus, dict. l. 1. infra eod. l. incola, ff. ad municipal. Et hactenus hæc dixiſſe ſufficiat pro huius prioris partis rubri explicatione, cui correſpondent, d. l. 1. 3. 4. 5. 6. 8. & 9. infr. eod. vt ex
6 earum ſerie apparet. Pro ſecundæ autem, & poſterioris partis explicatione, legas quæſo, l. 2. infr. eod. quæ ei correſpondet, & ipſam claram, & planam oſtendit, qua cauetur ex aliquorum ſententia, quod is qui ſtudiorum cauſa, alio ſe contulit, vtputà ſcolaſticus, ſi per decennium ibi cõmoratus ſit, dicitur domicilium contrahere, ita gloſ. in dict. l. 2. & Socinus in cap. vlt. col. 10. verſ. ſi verò ſigna ſunt, de foro compet. qui & alios plures refert: ego verò in ea opinione ſum, nec etiam per mille annos aliquem contrahere domicilium in loco, in quo ſtudiorum cauſa commoratur, ſi certum eſt ea de cauſa, tantum eum ibi degere: ſi verò dubium eſt, tunc intra decennium non præſumitur ibi contrahere domicilium: elapſo verò decennio, ſi ibidem manet, & commoratur, & bona transtulit, præſumitur domicilium conſtituiſſe, cauſa ergo ſtudiorũ hoc operatur, vt intra decenniũ præſumptio ſit pro ſcholari ſe non cõtraxiſſe domicilium in loco ſtudij. Et ſi ibi bona tranſtulit elapſo autem decennij tempore, ex translatione bonorum, & ſic ex ſedium cõſtitutione, præſumptio eſt eum ibi domicilium contraxiſſe, & hic eſt verus, & proprius ſenſus dict. l. 2. infra eod. vt rectè intellexit Menochius in loco ſupra citato, num. 21. vſque ad 27.
7 Igitur iſtius tituli intentum duplex eſt: Primum generaliter oſtẽdere, qui ſint incolæ, & ciues municipiorum, & ciuitatum, & qualiter, & in quo loco domicilium habere videantur. Ad hoc, vt publica, & ciuilia munera ibi agnoſcant, dict. l. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. infr. eod. quos vulgò vocamus, *Vezinos y moradores de las ciudades, villas y lugares*, & ſic eos appellat. l. 1. tit. 3. & l. 1. dict. tit. 9. lib. 7. nouæ Regiæ compilat. Et hoc intentum reſpicit prior pars rubricæ. Alterum, & ſecundum intentum eſt definire, & declarare ſpecialiter quãdo hi, qui ſtudiorum cauſa, alio ſe conferunt, in alienaque ciuitate degunt, & commorantur, id eſt ſcholaſtici, eorumque patres videantur, vel non inibi domicilium contrahere, vt muneribus publicis eius loci adſtringantur, vel non, dict. l. 2. & poſterior rubri pars reſpicit hoc intentum.
8 Quod vtrumque plane colligitur, ex his, quæ huius tituli tractatu, & tenore continentur, quæ ſequentia ſunt. Primò, vt ſi quis primo incolatui renunciauit, & alio domicilium tranſtulit, nõ poteſt ad munera reuocari

in eo loco,cuius incolatui renun-
tiauit,dict.l.1.Item,quod ſola ha-
bitatio domicilium non conſti-
tuit,niſi fiat animo ibi ſtandi, &
permanēdi,tanquam incola, l. 3.
vbi glo.verbo,incolas, nec ſola do
mus poſſeſsio incolam facit. l. 4.
Deinde, vt ſi maritus in patria
vxoris ſuæ domicilium cōſtituat,
ibi muneribus publicis fungetur,
l.5. Præterea,quod origo, vel na-
tiuitas domicilium efficit,vt quis
ad munera ciuilia,& publica obli
getur,niſi priuilegio aliquo,aliud
cautum ſit,l.6.Rurſus, qui dican
tur ciues,& incolæ,& qualiter do
micilium conſtituere videantur,
l.7.& quod Senatores in vrbeRo
mana veteri,& noua domicilium
habere cēſentur,l.8.& quod mu-
lieres honore, & dignitate mari-
torum corruſcant, & ſic eorum
domicilium,& forum habere di-
cuntur, l. vltima.Tandem, quod
ſcholares, qui ſtudiorum cauſa
in aliena ciuitate degunt, in du-
bio intra decennium non præſu-
muntur ibi contrahere domici-
lium: elapſo verò decennio, ſi ibi
ſedem,& habitationem colocaue
rint, & bona tranſtulerint, domi-
cilium contrahere videntur: idē-
que dicendum eſt de eorum pa-
rentibus, qui filios ipſos ſtuden-
tes viſitant,dict.l.2. & iſta eſt to-
9 tius tituli mens,& ſumma. Secū-
dum quam, & ea, quæ ſupra ex-
poſita ſunt, hoc modo poſſumus
corticem, & tenorem eius rubri
per partes explanere, titulus 39.
qui agit de incolis, id eſt, de ciui-
bus,& municipibus, qui cum in
vno municipio nati ſint, & origi-
narij in alio domiciliū ſuum ha-
bent,& explicat vbi quis ſit inco-
la,& domicilium habere videtur,
vt ibi publica munera ſubire te-
neatur,& tractat etiam de his,qui
ſtudiorum cauſa in aliena ciuita-
te degunt, hoc eſt, de ſcholaſticis
declarat,an ſcilicet in loco ſtudij
cenſeantur domicilium contra-
here, necne, vt publica munera
10 ſubeant,vel non. Diſtat autem is
titulus à proximo ſuperiori, in
hoc,quod ille potiſsimum tractat
de municipibus, qui ratione ori-
ginis,& natiuitatis ſunt ciues, &
vicini in aliqua ciuitate,vel oppi-
do,vt ibi diximus: hic verò diffe-
rit nō ſolum de municipibus,qui
ratione originis, ſed etiam de his,
qui ratione domicilij, & incola-
tus ciues, & incolæ habentur, &
ſic titulus iſte illo generalior eſt,
11 vt aduertit Platea,hic.Duo etiam
conſideranda ſunt. Primò,quod
leges huius tituli, & ſuperioris,
præcipuè pertinent ad munera
publica, perſonalia,& mixta,quę
municipes, & incolæ tenētur ag-
noſcere. Secundò, quod ad vtrū-
què titulū ſpectant leges Regiæ
ibi,& ſupra citatæ,& aliç, quas
allegat Ximenez,
hic.

Tit.

Titulus XL.

De muneribus, & honoribus nō continuādis inter patrem, & filium, & de interuallis.

SVMMARIVM.

1 MVnus, & honor, quid ſit, & quotuplex, remiſsiuè.

2 *Munerum quędam perpetua, alia temporalia.*

3 *De quibus muneribus, & honoribus loquatur is titulus, exemplis oſtenditur, & nu. 10.*

4 R*ubrica commoda diuiſio.*

5 *Huius tituli deciſio, ſumma mēs, & intentio duplex, & num. 7.8.& 9.*

6 *De quadam Regia prouiſione, quæ in conſilio Regio expeditur.*

8 *Interualla, quæ ſint, vocabulis Hiſpani idiomatis declaratur.*

11 *Munerum, & honorum continuatio, quando locum habeat.*

12 *De alia prouiſione regali, quæ in chācellarijs Regijs concedi tur ſuper interuallijs, vulgò,* huecos.

14 *Rubricæ medula, & tenor exponitur.*

15 *Auctores citantur, quæ de re electione officiorum, quæ hodie fit, loquuntur.*

1 QVID ſit munus, & quotuplex, & vnde dicatur, & quid honor, & in quo à munere differat, longè, lateque explicuimus in titulo. ff. de muneribus, & honoribus, & in titulo de annonis, & tributis, ſupra hoc lib. 10. & docet latiſsimè gloſ. in rubr. tituli primi inferioris, & Bart. in l. vna, infr. de mulieribus, & in quo loco: diximus enim munus triplex eſſe, ſcilicèt perſonale, patrimoniale, & mixtum, quorū ſingulorum exempla congeſta ſunt, in l. 1. & vltima. ff. de muner. & honoribus, latè Azeued. in rubr. tit. 14. lib. 6. nouæ Recopil. & ex his muneribus, quędam ſunt publica auctoritate, & vtilitare priuata, v. g. tutela, & cura: alia verò ſunt publica auctoritate, & vtilitate, per quæ principaliter proſpicitur reipublicę, vt in exemplis poſitis, in dict. l. 1. & fin. ff. de muner. & honor. & alijs, quæ propoſuimus in titulo. ff. de vacatione, & excuſa. muner. Omnia autē munera hęc perſonalia, patrimonialia, & mixta, vna ſignificatione continentur: nā munera publica, ciuilia

ciuilia appellantur,dict.l.fin.verſ. hæc omnia,ff.de muner.& hono.
2 Deindè ſciendum eſt, quod munerum,quædam perpetua, quædam temporalia ſunt: vt colligitur hodie ex l.1.tit.3.l.5.tit.2.lib. 7.nouæ Recopilat. Perpetua ſunt illa,quæ in perpetuum vendũtur, aut conceduntur à Rege, de quibus diſſerit optimè Azeuedus in Curia Piſana,lib.4.cap.6.& alia his ſimilia, vulgò, *Regimientos perpetuos, y eſcriuanias de Cabildo, y otros que ſon, o no ſon renunciables*, de quibus etiam eſt titulus 4.lib.7.eiuſdem compilat. Tẽporalia ſunt,quæ anno, vel alio tẽpore finiuntur, & terminantur, *Como ſon los oficios de Corregidores, Alcaldes, Regidores anales, Mayordomos del Concejo, y otros*
3 *ſemejantes.* His prænotatis, dicendum eſt, quod is titulus loquitur de muneribus ciuilibus,& honoribus temporalibus,& non perpetuis:nam ſępè ſæpius finito honore, vel munere temporali is, qui geſsit,vel eius pater, aut filius denuò,ad idem munus, vel eũdem honorem vocatur,& eligitur inuitus,aut ſpontaneus, quod maximi affert reipublicæ detrimenti, & incommodi, idcircò datus eſt titulus iſte de muneribus, &c.
4 Cuius rubrum duas continet partes. Prima eſt ibi, de muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filiũ. Secũda ibi, & de interuallis, & ſic de duobus
5 agit is titulus. Primò,ſpecialiter de non continuandis honoribus, & muneribus publicis temporalibus inter patrem, & filium,circa quod ſtatuit,& definit,quod ſi pater aliquem geſsit honorẽ, vel aliquod adminiſtrauit officium, vel munus publicum,vt quia fuit Præſes,vel ædilis, aut Decurio in aliqua prouincia per annum, eo anno tranſacto, vel aliter honore, & munere finito,nõ poterit filius ad eundem honorem, vel idẽ munus admitti, vel eligi, nec ipſum immediatè continuare,l.1.infra eod.in princ.quam intelligẽ procedere in filio in poteſtate,non in emancipato, vt tenent ibi glo.verbo, continuari, & communiter omnes,& etiam Cuiacius. Vnde dict.l.1.in princ.pertinet ſpecialiter, & propriè ad primam partẽ rubri.quæ ex his manet explica-
6 ta. *Y de aqui es,que para las villas y lugares, donde los oficios de Alcaldes y Regidores ſon anales, ſe dan prouiſiones acordadas en el Cõſejo,para que no ſe nombren padres à hijos,ni hermanos à hermanos*, vt reſoluit nouiſsimè Bobadilla in polit.lib.3.cap.8.num.55.
7 & 56.vbi alios citat lit.B.Deinde, & ſecundo generaliter is titulus conſtituit, quod ſi quis aliquem honorem geſsit,vel munus publicum in republica adminiſtrauit, eo finito, non poteſt ipſe ad illud,

vel

Digitized by Google

vel aliud inuitus, aut ſpontaneus denuò vocari, aut eligi, nec ipſum iterare, aut continuare, niſi poſt aliquot tēporũ interualla interie cta, atq; trāſacta, quod ita reſoluē-dum, & explicandũ eſt, aut enim quis vocatur ad eundem honorē, vel ad idem munus, quē quodvè immediatè geſſerat, & tunc quin quēnij habet interuallum, in quo ipſum munus, vel honorem iterũ ſubire non poteſt, vellit, nollit, niſi in legationis munere, in quo biē-nium tantum datur. Aut ad alios honores, vel ad alia munera vocatur, quæ quosvè immediatè non geſſerat, & hoc caſu triēnij habet interuallum, in quo illa adminiſtrare non poteſt, l.2.infr. eodem.

8 Huiuſmodi autē quinquēnium, biennium, & triēnium interualla appellantur, in hoc tit. eiuſque rubro, vt patet ex l.fin.infr.eod. Itē, & vacationũ tempora, d.l. 1. infr. eod. vulgò, *El hueco de los oficios publicos de Concejo, que ha de paſſar, para que el miſmo que le tuuo, pueda boluer a ſer elegido en el, o en otro oficio publico, ſemejāte, o diferente, y de aqui procedio el darſe cada dia en los Conſejos Reales prouiſiones acordadas, para que en la elecciō deſtos oficios ſe guarde hueco de dos, o tres años.* Et circa hæc interualla decidit, ac docet is titulus, quod his perſonis, dumtaxat proſint, qui ad eoſdem honores, vel ad eadem munera, quæ immediate geſſerant, vel ad alia, quę non geſſerant denuò eliguntur, & vocantur, alijs verò, ne quaquā licèt fratres ſint, omniaque bona, cum his communia habeāt: nam ſi vnus frater geſſit reliqui, qui non geſſerunt, & idonei ſunt, re-

9 ctè eligi poſſunt, dict. l. fin. Vndè apparet, quod licèt rubrica noſtra videatur, tantum inſcripta de non continuandis honoribus, & muneribus inter patrem & filium, in poteſtate tamen ex quo etiam de interuallis inſcribitur, prohibet quoque munerum, & honorum continuationem in eiſdē perſonis, qui nec patres ſunt, nec filios habent in poteſtate, & iſta pertinent ad ſecundam rubricę partem, quæ ex eis ſatis pa-

10 tens, & clara apparet. Illud tamen pro huius tituli plena explicatione, primò animaduertendũ eſt, quod hæc prohibitio continuationis munerũ, & honorũ, de qua fatur is titulus, accipienda eſt, de muneribus perſonalibus, & mixtis dumtaxat, non patrimonialibus. Rurſus de perſonalibus, & mixtis, quæ & auctoritate, & vtilitate publica ſunt, quorum exempla ſupra relata ſunt per remiſsiones, vulgò. *Los oficios publicos de Concejo, como Alcaldes, Regidores, Mayordomias, Eſcriuanias de Conſiſtorio, Fieles, Procuradores generales, Sindicos, y otros que ſon anales.*

H Non

Digitized by Google

Non de ijs, quæ publica ſunt auctoritate,& priuata vtilitate,cuiuſmodi ſunt tutela, & cura, ita docet Azo,hìc,nu.2. & 7. & gloſ. in dict.l.1.infra eod.vbi omnes ſcriptores. Secundò, quod hæc prohibitio cōtinuationis munerum, & honorum, duas patitur exceptiones. Prior eſt in honore Decurionatus, qui ab alijs honoribus, vel muneribus vacationem minimè præſtat,nec continuationem impedit,l.à Decurionatu,ff. de vacatione, & excuſat. muner.
11 Altera eſt, quādo adeſt ciuiū, municipium,vel incolarum,qui idonei ſint penuria, nam tunc huiuſcemodi continuatio permittitur, & non prohibetur,l.honor.§.penultimo, & vltimo,ff. de muner. & honor. & docet Azo hìc,num. 3.Acurſ. in præfat.l.1.gloſ. 1. in-
12 fra eodem. *Y de aqui procedio la prouiſion que en las Chancillerias ſe dá, para que en los lugares donde los hijosdalgo tienen la mitad de los oficios publicos, no ſe guarde hueco alguno de tiempo, quando no ay numero de hidalgos, entre quien ſe pueda guardar, la qual para darſe, ſe auia de mirar muy bien,porque el andar los oficios entre vno,o dos,o tres cada año, ſuele ſer engran daño de la Republica*, vt ſæpiſsimè expertus ſum,
13 cum eſſem iudex. Porrò ex ſuperioribus colligitur, quod duplex eſt iſtius tituli mens, & intentio. Altera ſpecialis, videlicèt prohibere honorum, & munerum ciuilium,perſonalium, & mixtorum continuationem inter patrem, & filium in poteſtate non emancipatum, & eſtendere, quæ temporum interualla interijci, ac tranſire debent, vt inter eos euitetur præfata continuatio. Et huc pertinet prima, & etiam ſecunda rubri pars. Altera eſt generalis, nempè, prohibere dictam continuationem, nō ſolum inter patrem, & filium in poteſtate,ſed etiam inter quoſlibet alios in ſuis proprijs perſonis, vt honores, & munera de ſe ad ſe ipſos continuari nequeant. Et itidem oſtendere, quæ interualla temporum, ac munerum, & honorum vacationes ſint interponenda, vt rurſus ad eadem munera reuerti, & denuò eligi poſsint, & huc reſpicit propriè, poſterior rubri pars, quæ generaliter de interuallis, inſcribitur, ad quod etiam reſpexit Iuriſconſultus in dict.l.honor, §.gerendo
14 rum,ff. de munerib.& honor. Et ſecundum hanc duplicem tituli huius intentionem, ita rubricæ medulam, ſeriem, & verba poſſumus exponere, titulus 40. qui agit de muneribus, &c. Id eſt de muneribus, & honoribus perſonalibus, & mixtis ciuilibus,& publicis auctore,& vtilitate non continuandis inter patrē, & filium

& filium in poteſtate, & de inter-
ualis, ſcilicet temporum, quæ in-
terijci, & tranſire debent media-
tè, vt euitetur pręfata cōtinuatio,
non ſolum inter patrē, & filiū in
15 poteſtate. Sed inter alios de ſe ad
ſe ipſos, qui nec patres, nec filij cō
ſiderātur in hoc: *Y de la reeleccion
deſtos oficios publicos*, hodie viden-
di ſunt Bobad. vbi ſup. n. 60. & 61.
alijque plures, quos ipſe ibi citat.

Titul. XLI.

De muneribus patrimoniorum.

SVMMARIVM.

1 *Munus quid, & quotuplex, remiſsiuè.*
2 *Patrimoniale munus, definitur.*
3 *Et dupliciter ſubdiuiditur.*
4 *Et vnde ſic appelletur, quidquē patrimonium ſit, explicatur.*
5 *Quæ hoc titulo continentur in ſumma, declaratur.*
6 *Iſtius tituli intentio colligitur.*
7 *Rubrum explanatur.*
8 *Leges Regiæ huc pertinentes, allegantur.*

1 PRO huius tituli, ac
plurium ſequentium
intelligentia, ſciendū
eſt, & prænotādum,
quid ſit munus, &
quotuplex: qua de re latiſsimè ſcri
pſerūt Azo, & Acurſ. hic Bart. in
l. vna, inf. de mulieribus, & in quo
loco, hoc lib. 10. & nos quidquā di
ximus in tit. ff. de mune. & hono.
nec nō in tit. ſup. de annonis, & tri
butis, li. 10. vbi reſoluimus mun⁹
triplex eſſe perſonale, patrimonia
le, & mixtū, & omiſsis nunc per-
2 ſonali, & mixto. Patrimoniale mu
nus diximus eſſe, quod ſumptib⁹
patrimonij, & damno adminiſtrā
tis expeditur, vel vt definit Petrus
Antiboli in tract. de muner. & ho
nor. 2. p. nu. 12. cum 2. ſequent. in
12. vol. tract. diuerſ. & Azeued. in
rubr. tit. 14. lib. 6. nou. Reco. Patri
moniale munus eſt, quod ſingu-
lis annis, vel tempore neceſsitatis,
rebus, poſſeſsionibus, & patrimo-
nio indicitur, lege, vel Principe
ſtatuēte, vt ſunt ferè omnia tribu
ta, & iura regalia, quę Principi Re
gi, vel Imperatori, aut communi-
tati, vel pro publica vtilitate, aut
vrgente neceſsitate præſtantur à
prouinciarū, municipibus, ciui-
bus, & incolis, veluti annua publi
ca penſitatio, cenſus, collecta, ve-
ctigal, annona, functio, indictio,
vel indictum, ſuperindictum, &
alia, de quibus faſi ſumus in dict.
tit. ſupr. de annonis, & tribut. &
in alijs locis, & probat, l. vltima,
infr. eod. Item, & hoſpitū recep-
tio, l. 3. infr. eod. ſunt, & alia exem
pla in l. 1. §. patrimonij, & in l. fin.
§. patrimoniorum, ff. de muner.

 & honor.

3 & honorib. Subdiuiditur autem patrimoniale munus duplici modo. Primò, nam aliud eſt ordinarium, aliud extraordinarium, vt fuſè, & loculenter declarauimus in titulo ſupra de indictionibus, num. 4. & in titulo, infr. de vacatione publici muneris, & docet gloſ. in l. 1. illius tituli, quibus in locis omninò legẽdum vobis eſt. Secundò, quia aliud eſt, quod perſonis pro rebus imponitur, & hoc ſolummodò municipes, & incolę vicini agnoſcere tenentur, & non exteri. Aliud eſt, quod rebus ipſis, & poſſeſſoribus earum, & non perſonis pro modo, & męſura patrimonij indicitur, & imponitur, idque non ſolum municipes, & incolæ, ſed etiam alienigenę pro ęſtimatione facultatum exoluere tenentur, vt collecta, indictiones, & alia id genus, vt probat text. in l. reſcripto, §. fin. ff. eodem, de muner. & honor. l. 2. vbi optima gloſ. ſupr. de annonis, & tribut. hoc lib. vbi diximus, num. 1. ad fin. & docet gloſſa magiſtra,
4 hîc. Porrò patrimonialia, hæc munera dicuntur, vel patrimonij, aut patrimoniorum: nam & ſi propriè loquendo, patrimoniũ ſit, quod nobis à parẽtibus relictũ eſt, & à maiorib' noſtris obuenit teſtãte Cicer. lib. 2. epiſt. ad Cęliũ, ibi. Filio meo ſi vlla erit reſpublica ſatis amplũ patrimoniũ relinquã in memoriam nominis mei, &c. Frequenter tamen pro quibuſcũq; bonis accipitur, & pro quocũq; lucro, ad quod poteſt quis honeſtis rationibus anhelare, l. cura, §. 1. ff. de muner. & honor. l. pater, ff. de adim. legat. & ita in bonis eſſe, & in patrimonio eſſe, idem valent. l. 1. ff. de vſufruct. earum rer. l. 1. ff. de vſufruct. leg. l. 1. ff. de rer. diuiſ. & in hac ſignif. in hoc tit. capitur: nam de muneribus iſtis patrimonialibus, ſeu patrimoniorum eius tractatus eſt, ordinarijs, & extraordinarijs: potiſsimum de his, quæ rebus pro modo patrimonij indicuntur. Et ita eius legibus hæc definiũtur, & cõtinentur in ſumma. Primò, quod munera patrimonialia ab omnibus ſubeunda, & agnoſcẽda ſunt pro modo facultatũ, l. 1. l. 2. infra eod.
5 Item, vt immunitas conceſſa munerũ publicorũ nõ extendatur ad munera patrimonialia ordinaria, l. 3. Deinde, quod onus alendi equos Decurionum munus ſit patrimoniale, l. 4. Rurſus, vt nec ætas ſenilis, nec numerus liberorũ à præſtatione munerũ patrimonialiũ excuſationem tribuat, l. 5. nec Philoſophi excuſari poſsint ab eiuſmodi cõtributione, l. 6. nec minores ætate, l. 7. nec mulieres, l. 9. Tandẽ in l. vltima declaratur, ꝙ ſuperindictiones, & extraordinaria tributa, munera ſunt patrimonialia. Et idẽ dicitur de munere protoſtaſiæ, vel Sacerdotij, vel deca-

decaprotię, in l.8. Quã legem omiſſa Acurſij expoſitione ibidem (quem ſequitur Lucas de Pena) rectè explicant Pyrrhus. & Alciatus ibi, qui quidem declarant, quę & qualia iſta munera ſint,
6 quorum meminit illa, l.8. Ex quibus colligitur, qualis ſit iſtius tituli intentio, nempè oſtendere, quę ſint patrimoniorum munera, & quomodo ſint ab omnibus exoluenda, abſque vlla excuſatione, ſecundum quam, & ea, quę antea dicta ſunt ita præſens rubrũ
7 explanabis, titulus 41. In quo tractatur de muneribus patrimoniorum, id eſt, oſtenditur, & conſtituitur, quę ſint patrimoniorum munera, & à quibus, & qualiter exoluẽda, & agnoſcẽda ſunt, quia vt in plurimum tributa publica ſunt. Huc pertinet, l. 11. tit. 28. p. 3. aliæq; Regiæ conſtitutiones à Grego. ibi allegatę, & tit. 14. lib. 6. nouæ Recop. cũ legibus congeſtis in ſummario collocato in fine illius tituli, nec non titulus 17. cum ſequẽtibus, vſque ad finem, lib. 9. eiuſdem Recopilationis.

Titulus XLII.

Quemadmodũ ciuilia munera indicũtur.

SVMMARIVM.

1 *Munera ciuilia, quæ dicantur.*
2 *Munerum perſonalium, quæ habeant dignitatem annexã, & quæ non, declaratur.*
3 *De quibus muneribus is titulus loquatur.*
4 *Huius tituli mens, & intentio refertur.*
5 *Rubrum exponitur.*
6 *Remiſsiones allegantur.*

1 IN titulis, ff. de munerib. & honor. & ſupr. de annonis, & tribut. & in duobus primis ſuperioribus, hoc lib. ex poſuimus, quid & quotuplex ſit munus, diximuſque triplex eſſe, perſonale, patrimoniale, ſeu reale, & mixtũ, & quod omnia hæc munera, ſiue perſonalia ſint, ſiue patrimonialia, ſiue mixta, vno nomine, & vnica appellatione continentur: nam munera ciuilia, publica vocantur, ex l. vltima, §. hęc omnia, ff. de muner. & honor. Idque ſit
2 primum præludium. Secũdò eſt præmittendum, quod munerum perſonalium, quędam ſunt, quæ habent dignitatem annexã, vtpută Decurionatus, ædilitas, magiſtratus, quæ honores appellãtur, vt in d. tit. ff. de muner. & honor. vbi diximus, alia verò, quæ non habent dignitatem annexam, vt tutella, cura, officium ſyndici, & æconomi ciuitatis, & alia, vti eleganter Bartolus tradit,

 in l.

in l. vna, infr. de mulieribus, & in quo loco, ex num. 7. cum ſequen. & Ferdinandus Paez in tractat. de munerib. in 12. volum. tractat. diuerſorum Docto. Azeuedus in rubric. tituli 14. lib. 6. Recopilat. ex num. 7. qui non citat Bart. in
3 loco allegato. Quibus ita præmiſſis intellige, quod is titulus loquitur de omnibus muneribus, perſonalibus, patrimonialibus, & mixtis, quæ ciuilia munera appellantur (vt rubrũ ſonat, & ſupra diximus). Potiſsimũ tamẽ (cum de perſonalibus tractat) de his, quæ annexam habent dignitatem, & annexum honorem, l. 2. infra eo-
4 dem. Et ita eius mens, atque intentio eſt docere, & oſtendere, quæ in indicendis, decernendis, & iniungendis, his muneribus ſeruari debent, & ſunt hæc, quæ ſequuntur, quàm primum, quod non eligatur ad munera perſona alterius Curiæ, id eſt, quod in vno munere, vel oficio publico electus ad aliud vocari nequeat, donec primum finiatur, l. 1. Deinde, quod nemo à maioribus honoribus, ad minores deſcendere debet, dict. l. 2. Prætereà, quod ſi quis omnibus muneribus functus ſit, ad eadem munera non debeat reuocari, niſi adſit municipum, & ciuium penuria, l. 3. & hæc, & alia, quæ recenſet glo. hic: requiruntur in indicentis muneribus perſonalibus, vt inquit eadẽ glo. & mixtis: in muneribus autẽ patrimonialib⁹, vt ſeruetur æqualitas neceſſarium eſt, l. vltima, inf.
5 eod. Ex quibus deducitur plana hæc an præſens rubrũ expoſitio, tit. 42. quo docemur, quemadmodum ciuilia munera indicuntur, id eſt, quæ ſeruari debeat in indicendis, iniungẽdis; & imponẽdis muneribus ciuilibus publicis, per-
6 ſonalibus, patrimonialib⁹, & mixtis, & vide Azonẽ hic, & gloſ. rubricæ, & quæ tradit Grego. in l. 20 tit 9. p. 2. & in l. 9. tit. 18. p. 2. glo. 3. & l. 3. gl. 2. & 3. tit. 24. & in l. 4. tit. 26. glo. 1. & 2. p. 7. Quæ ad præſentem tractatum conducere videntur: nec ea allegat Ximenez, hic.

Titul. XLIII.

De his qui ſpõtè publica munera ſubeunt.

SVMMARIVM.

1 *Publica munera, quæ ſint, explicatur.*

2 *De quibus muneribus publicis is titulus agit.*

3 *Quæ hoc titulo, & eius legibus contineantur, oſtenditur.*

4 *Qualis ſit iſtius tituli intentio, declaratur.*

5 *Rubrum explicatur.*

6 *An faciens contra priuilegium ſuũ amittat illud, remiſſiuè.*

Publica

1 PVblica munera ſunt,
perſonalia, patrimo-
nialia, & mixta, quæ
etiam ciuilia munera
appellantur, l. fin. §.
hæc omnia, ff. de muner. & hono.
& ex his, quæ diximus in dict. ti-
tulo. ff. de muneribus, & honor.
& in titulis trib' ſuperioribus vo-
bis manifeſtum fiet, vbi apertiſ-
ſimis exemplis oſtẽdimus cuiuſ-
modi hæc munera ſint. Et publi-
ca dicuntur, quia in adminiſtra-
tione reipublicæ conſiſtunt; gloſ.
in rubr. infr. de vacatione publici
muneris: quorum quædam ſunt
publica auctoritate, & vtilitate,
vtputà, magiſtratus, dumuiratus,
ædilitas, Decurionatus, pecuniæ
publicæ exactio. &c. Alia ſunt pu
blica auctoritate, & vtilitate pri-
uata, vt tutela, & cura. Vt diximus
ſupra in titulo 40. hoc lib.
2 num. 1. Quo ſuppoſito intellige,
quod hic titulus agit de muneri-
bus publicis auctoritate, & vtili-
tate, non de his, quæ publica ſunt
auctoritate, & priuata vtilitate, vt
ex eius legibus ſatis manifeſtum
eſt, quibus hæc, quæ ſequuntur
3 continentur. Primò, vt ſi vetera-
nus electus eſt Decurio, nec vſus
fuit immunitate ſibi conceſſa, a-
modò ea in poſterum vti non po
teſt, niſi à principio fuerit prote-
ſtatus, ſe ita Decurionatus hono-
rem voluntarie ſuſcipere, ne prę-
iudicium ſuo priuilegio in alijs
muneribus faciat, l. 1. Item, quod
ſi quis habens priuilegium, quo
à muneribus publicis exemptus
ſit, ſpontanea voluntate Aliquod
munus publicũ in republica geſ-
ſit (excepto Decurionatu) non vi
detur, ex hoc tale priuilegium
amittere, l. 2. nec ſibi, nec liberis
ſuis vllum faciet præiudicium, l.
3. Continentur, & alia in l. fin. in-
fra eo, quæ dum breues eſſe labo-
4 ramus, omiſſa facimus. Sat ſit hęc
ſcripſiſſe: ex quibus colligitur,
quod iſtius tituli intentio, nihil
ęſt aliud, quàm oſtendere num,
qui ſpontè, & vltimò, aliquot mu
nera ſubeunt, cum ſcirent ſe im-
munitatem habere, eam immu-
nitatem, & priuilegium amittãt,
necne? Et iuxta hæc rubrum no-
ſtrum, ita venit explicandum, ti-
5 tulus 43. Qui tractat de his, qui
publica munera auctoritate, &
vtilitate ſubeunt ſpontè, docet-
què & definit, an per hanc ſpon-
taneam munerũ ſuſceptionem,
amittant immunitatem, & priui-
legium, quo quavè ab illis ſe tue-
ri poterant, & immunes oſtende-
6 re. Huc pertinet quæſtio illa, an
veniens, vel faciens contra priui-
legium ſuũ amittat illud, de qua
per DD. in l. voluntariæ, C. de ex-
cuſa. tutor. & in c. cũ acceſsiſſent
de conſtit. & in c. ſi verò de terra
de priuilegijs. Et vide, quæ dixi in
tit. ff. de vaca. & excuſ. munc. nec
non in tit. ff. de iure immunit.

Titul. XLIIII.

De his qui à Principe vacationem acceperunt.

SVMMARIVM.

1 *MVnus publicum quid, & quotuplex, remiſsiuè.*
2 *Vacatio quid ſit, remiſsiuè.*
3 *Curia quid, quiſque Curialis ſit, remiſsiuè.*
4 *Huius tituli, & eius, l. vnica ſenſus traditur.*
5 *Rubrij inſcriptio explicatur.*
6 *An ſolus Princeps, vel etiam quilibet iudex poſsit vacationem, & immunitatem concedere.*
7 *L. Regia, quæ huc pertinet, citatur.*

1 LEgenda ſunt in primis, quę ſcripſimus in titulo, ff. de muneribus, & honorib. & ſupr. in tit. de annonis, & tributis, nec nō in quatuor titulis ſuperioribus, vbi diximus, quid munus publicum ſit, & quotuplex: nam de vacatione publici muneris, quã quis à Principe accepit is titulus eſt, quid autem ſit huiuſmodi vacatio in titulo, ff. de vacatione, & excuſat. mu-
2 ner. Expreſsimus, nu. 4. & 5. quo loci etiam oſtēdimus diſcrimen, ſi quod ſit inter vacationē, excu-
3 ſationem, & immunitatē. Et hoc ſit primum præludium. Deinde, & ſecundo ſciendum eſt, quid ſit Curia, quiſque Curialis ſit: qua de re videnda ſunt, quæ diximus in titulo ſupra de Decurionibus, hoc lib. nu. 3. 4. 15. vbi diximus, quod Curialis, idē eſt, quod Decurio, vel alius, qui in Curia, hoc eſt in Concilio, vel Conſiſtorio reipublicæ, aliquod aliud gerit
4 publicum munus. His ita poſitis, & præiactis, animaduertimus, quod hic titulus loquitur tantū de vacatione Decurionatus, quã Princeps alicui concesſit, nō aliorum munerum, idque probari videtur, ex l. vnica, infr. eod. ibi, nullus vacationem temporalem Curialis, id eſt Decurio, vt expouit gloſſ. ibidem, cuius opinionis videntur etiam eſſe Bald. & alij, ibi. Ego tamen hunc titulum intelligo, non ſolum de vacatione Decurionatus, ſed etiam aliorū munerum Curiæ, Concilij, & Conſiſtorij, cuiuſque reipublicæ oppidi, ciuitatis, & municipij. Nā rubrij noſtri inſcriptio ita generalis eſt, vt quamcūque muneris cuiuſlibet publici vacationem a Principe conceſſam comprehēdat. Nec oberit dict. l. vnica, ibi, nullus Curialis:

rialis: etenim Curialis non ſolum eſt Decurio, ſed omnis, qui in Curia aliud quodlibet munus publicum gerit, & adminiſtrat, vt ſupr. diximus: & ſecundum hanc opinionem, ſenſus verus, ac genuinus intellectus, dict. l. vnicæ, is eſt, quod nullus Curialis vacationē cuiuſcūque muneris publici Curiæ, & Conſiſtorij, vel Cōcilij, accipiat, niſi ſolus Princeps cauſa cognita, iuſta, & ad tempus illam
5 conceſſerit. Et hæc totius tituli concluſio ſummaria, & intentio, ex qua etiam deducitur planus iſte ſenſus ad eius rubrum, de his qui, &c. Id eſt, titulus 44. qui tractat de his, qui à Principe vacationem acceperunt, hoc eſt, de Curialibus, qui Decurionatus, vel alterius cuiuslibet publici muneris Curiæ, vel Concilij, reipublicæ, & ciuitatis vacationem, id eſt, ad tempus datam libertatē, & exēptionem à Principe acceperunt, præcipitque, & conſtituit, quod nullus alius eam cōcedere poteſt, niſi ſolus Princeps, & iuſtis ex cauſis. Et ſic manet intellectus is titu-
6 lus. Pro cuius tamē maiori intelligentia, conſiderādum eſt, quod licet nullus alius præter Principem poſsit munerum ciuiliū vacationem, & immunitatem concedere, vt probat dict. l. vnica, inf. eod. Adeò, vt nullus iudex eam concedere valleat, id tamen intelligendum eſt, quotiens cauſa immunitatis, & vacationis in corpore iuris, vel extra corpus ipſius in aliquo priuilegio ſcripta non eſt: nam tunc ſolus Princeps eam indulgere poteſt. Cæterum vbi aliqua lege, ſeu priuilegio talis cauſa contenta eſt, & ſcripta, poterit tunc quilibet iudex habita cauſæ cognitione per ſuam ſententiam declarare, huiuſmodi vacationē, & immunitatem alicui competere, vt docet Piſcator in l. nemo 14. nu. 1. & 2. ſupr. de Decurion. lib. quidquid aſſerant Ioannes de Platea, & alij ibidem. Et ad hunc tractatum pertinet, l. 2. tit. 18. part. 3. & vide, quæ ſcribimus in titul, 1. ſequenti.

Titul. XLV.

De vacatione publici muneris.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio publici muneris quid ſit, quidquē munus patrimoniale, remiſsiuē.*

2 *Huius tituli, mens, & ſenſus, traditur.*

3 *Rubrum explicatur.*

4 *Diſcrimen, quo diſtat hic titulus à primo ſuperiori, declaratur.*

EX

1 EX his, quæ diximus in duobus titulis primis ſuperioribus, plenè deprehēdes, quid vacatio, quidque publicum munus ſit, & quotuplex, ſcilicèt perſonale, patrimoniale, & mixtum: ſpeciatimque muneris patrimonialis naturam, & eſſentiam explicuimus in titulo, ſupra de muneribus patrimon. hoc lib. quo loci etiam diximus munus patrimoniale duplex eſſe ordinarium, & extraordinarium, & quid vtrumque ſit ſingulariter oſtendimus in titulo, ſupra de indiction. num. 4. & docet Bart. in l. vna, C. de mulierib. & in quo loco, num. 37. infra hoc lib. & gloſ.
2 in l. vnica, infr. eod. His ita prænotatis intellige, quod poſtquam in titulo primo ſuperiori conſtitutum eſt, & dictum à quo conceda tur publici muneris vacatio, ſcilicèt à ſolo Principe, in hoc titulo explicatur, ita conceſſa, quid operetur. Et ſic definitur, quod ſimpliciter conceſſa, dumtaxat liberat, & eximit eum cui indulgetur à muneribus patrimonialibus extraordinarijs, non ab ordinarijs, l. vna, infr. eod. cuius hæc eſt vera, mens, ac proprius ſenſus, ſecundum Plateam, Rebuffum, & alios ibi, excepto Azone, qui aliter eam legem, & iſtum titulum
3 intelligit. Vnde facillimum erit, ita rubrum noſtrum explicare, titulus 45. qui agit de vacatione publici muneris, id eſt, de immunitate, & ad tempus data libertate publici muneris, explicatque, & definit, quod ſi ſimpliciter concedatur alicui, tantum extraordinaria non ordinaria patrimonialia mu
4 nera comprehendat. Et ſic diſtat is titulus à primo ſuperiori in hoc, quòd ille oſtendit, quis hanc vacationem concedere poſsit, hic autem declarat, cum ſimpliciter conceditur, quid operetur, vti rectè intellexit Acurſ. hic, & paulò antea diximus, & facit l. 10. tit. 18. p. 3. vbi Gregorius.

Titul. XLVI.

De decretis Decurionum ſuper immunitate, quibuſdam cōcedenda.

SVMMARIVM.

1 *QVid ſit decretum, qui Decuriones, & quid immunitas, remiſſiuè.*

2 *Decreti duplex conſideratio, & quo nomine ſermone noſtro vernaculo decreta appellentur.*

3 *Decurionum conuocatio ad con-*

cilium

cilium qualiter, & cuius iuſſu fieri debet.

4 *Iudex, qui concilio, aut Curia praeeſt, non poteſt ſufragiū dare, niſi in caſu paritatis.*

5 *Quotus numerus Decurionum faciat concilium.*

6 *Huius tituli ſumma, atque intentio.*

7 *Rubri declaratio.*

8 *Iura Regia huc pertinentia allegantur.*

1 QVID ſit decretum, & quot modis accipiatur, explicui in titulo, ff. de decretis ab ordine faciendis, & in titulo ſupra de prædijs Decurionum, hoc lib. Et qui ſint Decuriones, & vnde dicantur, in tit. ff. de Decurionibus, & ſupra de Decurionibus hoc libro, expoſui, & quid ſit immunitas, & vnde dicatur, in titulo, ff. de vacatione, & excuſa. muner. & in titulo ſupra de immunitate nemini conced. hoc lib. 10. Dixi, nec non in titulo extra de immunit. Eccleſiar. quibus in locis legendum eſt pro iſtius rubri,
2 & tituli indagatione. Sed & illud animaduertendum eſt, quod decretū conſideratur dupliciter. Primò, prout interponitur à ſolo Præſide, & iudice, vt puta in alienatione rerum minoris, iuxta titulum, ff. de rebus eorum, & C. de prædijs minorum. & in alimētis pupillo præſtandis, iuxta l. 1. & 3. & totum titulum, ff. vbi pupillus educari deb. & tit. C. de aliment. pupillo præſt. & in alijs, pleriſque caſibus, quos cumulat Lucas de Pena in l. 2. infr. eod. in quibus ſolus iudex abſque Decurionibus poteſt ſuū interponere decretum, & de hoc non eſt iſtius tituli tractatio, nec tituli, ff. de decretis ab ordi. faciend. Secundò, prout interponitur à Decurionibus, & eorum Curia, ordine, collegio, cætu, capitulo, conſiſtorio, & concilio ſolemniter, riteque congregato, vulgò, *Cabildo, Conſiſtorio, o Concejo.* Et huiuſmodi decreta ſermone noſtro vernaculo, *Se llaman acuerdos del Conſiſtorio, y Regimiento, o Cabildo, q̄ hazen los Regidores cō autoridad del Corregidor, o juez, eſtando jūtos en ſu Cabildo y Ayuntamiento,* vt ſuſius diximus in dict. ff. de decretis ab ordine faciend. quæ ad hoc, vt valida, firma, & rata ſint, fieri debent in concilio Decurionum, & Præſidis ritè, & ſolemniter con-
3 gregato. Quorum conuocatio fieri debet iuſſu Præſidis, & iudicis, l. 2. l. nominationibus, ſup. de Decurion. lib. 10. ad ſonum tubæ, vel campanæ, gloſ. in dict. l. 2. ſupr. de Decurion. & in l. ſed ex dolo, §. 1. verbo, facere poſſunt, ff. de dolo. & in l. aliud, §. refertur, ff. de verbor. ſignific. vel voce preconis, in quo

quo tamen ſeruãda eſt, cuiuſque loci conſuetudo, vel ordinatio, aut ſtatutum, ſecundum Bart. in dict.l.2.ſupra de Decurion.num. 5.Alexand conſ.68.num.7.lib.2. Idem Bart.in l.omnes populi,nu. 16.ff.& iuſtit. & iure, qui aſſerũt pro forma requiri, hanc ſolemnitatem adeò, vt ea nõ ſeruata actus ſit nullus,l.certa forma, ſupra de iure fiſci,l.cum hi,§. ſi Prætor,ff. de tranſaction.tradit Craueta,cõſil.4.num.21.& 22. Curia Piſana, lib.1.cap.2.& ibi Azeued. & iuxta hæc ſunt intelligendæ omnes Regiæ conſtitutiones, contentæ ſub tit.2.lib.7. nouæ Recop.quatenus iubẽt ſeruãdas eſſe in vnoquoque loco, & municipio ſuas cõſuetudines in electionibus, Decurionum, tabellionum, & aliorũ officialium publicorum, vt tradit Piſcator in dict. l. 2. ſupra de De-
4 curionibus, num.3. Vbi ait, quod præſes, vel alius iudex, qui Decurionum Curiæ, & Cõcilio præeſt non debet ſuffragium dare in decretis interponendis, *Porque no tiene voto en Cabildo, o Conſiſtorio, ſino es en caſo de igualdad, o paridad de votos*, vt tradit Bobadilla in politica lib.3.cap.8.ex num. 177. ſed ſi aliquis ſe ſenſerit grauatũ, poterit à tali decreto ad eũ appellare, ſecundum Piſcatorem in loco modò citato, & Bobadilla in dict.cap.8.nu.180. Ad hoc etiã, vt valida ſint hæc decreta, debẽt in concilio congregari ſolemniter, ſaltim duæ partes Decurionũ.
5 Et quod maior pars ex his decreuerit firmum, & ratũ erit, l. nulli, l.planè,ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, l. 3. ff. de decretis ab ordine faciend. & tradit Azeuedus in Curia Piſcina lib. 1. cap. 2.ex num.5.cap.2. ex num. 5. vbi etiam diſputat an valleat concilium, & valebunt in eo geſta, ſi minor numerus, quàm duæ partes Decurionum ſit cõgregatus, & videnda etiam eſt,l. 5. tit. 1. lib.
6 7.nouæ Regiæ compilat. Igitur de iſtis decretis, quæ faciunt Decuriones in ſuo Cõſiſtorio, & Cõcilio legitimè, & ſolemniter conuocati, & congregati vnà cũ Præſidis, aut iudicis auctoritate, eſt tota iſtius tituli tractatio. Et licèt ea, inquàm plurimis caſibus interponere poſſunt, vt docet Azo, & Acurſius hic. Tamẽ is titulus potiſsimum tractat de decretis ſuper immunitate quibuſdam perſonis concedenda, & ita iubet, & conſtituit, vt Decuriones ſuo decreto, nequeant immunitatem, id eſt, exemptionẽ à muneribus publicis concedere, niſi magiſtris Artium liberalium, & medicis, in l.1.infr.eod. Itẽ, quod ambitioſa Decurionum decreta reprobentur in l.2. Sunt autem ambitioſa decreta, quibus Decurionum ordo, & concilium liberat reipublicæ debitorẽ gratis ab ære alieno, quod

quod ipſi reipublicæ tenebatur ſoluere, vel cum ex pecunia publica, aliquid elargitur iniuſte, l. ambitioſa, vbi Bart. latè, ff. de decretis ab ordine faciend. gloſ. in dict. l. 2. infr. eod. & ibi ſcribentes omnes. Et hæc eſt totius tituli ſumma, mens, & intentio, quē intellige de immunitate, cuiuſq; muneris publici perſonalis, patrimonialis, & mixti, & extra caſus iſtos, hoc titulo contentos, & alios in iure expreſſos Decuriones, nequeunt immunitatem cōcedere, quàm ſolus Princeps concedit, & non alius, vt aduertit gloſ. & Azo in dict. l. 1. infr. eod. & dixi in tit. ſupr. de his, qui à Principe vaca-
7 tionem acceper. & hoc lib. Vnde iam deducitur clara, planaque ad præſens rubrū interpretatio, de decretis, &c. Id eſt, titulus 46. in quo agitur de decretis Decurionum, &c. hoc eſt de decretis, à Decurionibus legitimè, & ſolemniter in Concilio ſuo congregatis, vnà cū iudice factis, ſuper immunitate, id eſt, libertate, & exēptione à muneribus publicis, qui buſdam concedenda, id eſt, magiſtris Artium liberalium, & medicis ceſſante omni gratia, & ambitione, huc pertinent titulus 1. & titulus 2. lib. 7. nouæ Recopilat. vbi vidēdus eſt Azeuedus, & Bobadilla, in dict. lib. 3. cap. 8.

Titul. XLVII.

De excuſationibus munerum.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatio munerū, quid ſit, remiſſiuè.*

2 *Continuatio, & huius tituli intentio traditur.*

3 *Quæ in ſumma hoc titulo continentur, oſtenditur, & num. ſequentibus.*

4 *Protectores Principis, qui dicantur, exponitur. Rurſus, & præpoſiti, remiſſiuè.*

5 *Negotiantes, & Principi ſeruientes circa veſtes, & purpuras Imperiales, qui ſint, ſermone Hiſpano explicatur.*

6 *Nec non protonotarij, & notarij, ac referendarij Principis, & Comites conſiſtoriani, cubicularij, & excubicularij.*

7 *Officia vilia, quæ ſint, remiſſiuè.*

8 *Rubrum explanatur.*

9 *Rubrica iſta generalis eſt, reſpicit enim etiam titulos ſequentes.*

10 *Excuſationes munerum publicorum, quando, & qualiter per appellationem ſunt proponenda.*

1 Ex his, quæ nobis expoſita ſunt in titulo, ff. de munerib. & honor.

& honor. & in tit. ſupra de annonis, & tributis, & in tit. 40. 41. 42. 43. 44. ſupr. hoc lib. 10. & in alijs multis locis deprehẽdes, quid munus, & quotuplex ſit, nempè, perſonale, patrimoniale, & mixtum. Quid autem ſit munerum excuſatio, vltra Azonem, & Acurſiũ, hìc diximus in titulo, ff. de excuſation. tutor. & cura. & in titulo, ff. de vacatione, & excuſatione munerum, quo loci oſtendimus etiam, an excuſatio, immunitas, & vacatio idem ſint, vel aliquo diſtent inter ſe in hac tractatione, & quod I.C. & Imperatores his terminis promiſcuè ſæpiſsimè vtuntur, vt ibi probauimus, & patet
2 ex l. 4. 5. 6. 7. 13. infr. eod. His prænotatis pro verborũ rubricæ noſtræ interpretatione, animaduertimus pro indagnanda eius mente, & intentione, quod poſtquam in tit. ſupra de his, qui à Principe vacationem acceperunt, actũ eſt de perſona, quæ immunitatem, & munerum vacationem concedere poteſt, qui regulariter eſt Princeps, vt probat l. vnica, illius tituli, & poſtquam in titulo de vacatione publici muneris expoſitum, ac definitum eſt, quid comprehẽdat munerum vacatio ſimpliciter conceſſa, & in titulo primo ſuperiori explicatum eſt, quibus perſonis Decurionum ordo, cætus, & Concilium concedere poſsit, nunc in iſto titulo, & ſequẽtib' agitur de cauſis ob quas quis excuſatur, vel non à muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus, patrimonialibus, vel mixtis, publicis inquam auctoritate, & vtilitate, vt ſunt Decurionatus, magiſtratus, & omnes honores, aliaque officia, quæ in admiſtratione reipublicæ conſiſtunt, non publicis auctoritate, & priuata vtilitate, vt tutella, & cura. Potiſsimum autem in hoc titulo tractatur de excuſationibus munerum perſonalium, & mixtorum (nam à patrimonialibus paucisſimi excuſantur, l. 3. vbi gloſ. & ſcriptores, ſupr. de muner. patrimo. hoc lib.).
3 Et hæc eſt præcipua mens, & intentio eius, quo quidem ſequẽtia continentur, ac definiuntur. Primò, quod qui fuerunt Principis procuratores nõ excuſantur à publicis muneribus, quia officio publico functi non ſunt, l. 1. infr. eod. Item, quod certis perſonis dignitates habentibus, immunitas, & excuſatio indulgeatur, l. 2. infra
4 eod. Hi ſunt protectores Principis, & macerij, vt exponit Bart. in dict. l. 2. vulgò, *Los de la guarda del Rey, archeros, maceros, alauarderos, y los continuos, a vn oy no ſe tiene por dignidad, pues ſe dan eſtos oficios a gente comun, pero tienela muy grande ſu Capitan de la Guardia, y ſu lugar tentente.* Sunt etiam Præpoſiti, de quorum officio vide quæ ſcribimus in titulo de

de præpoſitis ſacri cubiculi, & in titulo de præpoſitis laborum, infra lib.12. Deinde, vt tres tutelæ non excuſent a muneribus publicis auctoritate,& vtilitate,l.3.Rurſus,vt vacatio munerum non detur his, qui aquam exhauriũt, & in aulam Principis deferunt, nec ijs, qui aquæductus Imperiales cuſtodiunt,l. 4. nec procuratoribus eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt,l.5. nec Principis venato-
5 ribus,l.6. Negotiantes tamen, & Principi ſeruientes circa veſtes,& purpuras Imperiales, & linteos immunes,& excuſati ſunt,l.7. *A eſtos podremos llamar los guardarõpas del Rey, o ſus ſaſtres, y broſladores*,eodemq; iure gaudent protonotarij,& notarij,ac referenda-
6 rij Principis, l. 11. vbi Bald. *Los quales protonotarios podremos llamar oy los ſecretarios que libran cõ el Rey*, de quibus eſt titulus 18. lib.2.nouæ Recopila.& notarios, & referendarios, *Llamaremos los ſecretarios, ó eſcriuanos de Camara de los Conſejos de ſu Mageſtad*, de quibus eſt titulus 19. dict. lib. 2.eiuſdem compilat. *Y a los eſcriuanos de Camara de las Audiencias Reales y Chancillerias*, de quibus eſt titulus 20. & 21. d. lib. 2.*Y Receptores del Conſejo,y Audiencias*, de quibus eſt titulus 22. dict.lib. 2. eiuſdem Recopilat. & fuſius declaramus in tit. infra de primicerio,lib.12.Item etiam immunes ſunt à ſordidis muneribus culmina maximarum dignitatũ, & Comites Cõſiſtoriani, & notarij,& cubicularij,& excubicularij alij,l.maximarũ.inf.eo.vbi recenſetur munera,aliqua ſordida,vulgò,*Oficios viles y baxos*,& in l.13.
7 14.& vlt.infr.eod.Et quę ſint iſta officia vilia,docet Bar. in l.vna,C. de mulier. & in quo loco ex nu. 15. Gregorius per textum ibi, in l.fin.tit.14. part.4. Azeuedus per textum ibi,in l.3.tit.1.lib.6. nouæ Recop.ex nu.2. cum ſequent.vbi plures ſcriptores nuncupatim refert. (Qui autem ſint Comites Conſiſtoriani, in tit. infr. de Comitibus Conſiſtorian.lib.12.explicamus,& qui cubicularij, & excubicularij,in tit.de Præpoſitis ſacri cubiculi,infr.lib.12.declaramus.) Rurſus docemur hoc titulo, vt electus ad munus perſonale non poſſit illud per pecuniam redimere,l.9. & ne Præſides, vel alij iudices munera patrimonialia,ſola ſua auctoritate indicant,l. 8. Et vt Principis emphiteuta pro bonis,quæ a Principe habet in emphiteuſim excuſatus ſit à præſtatione ſuperindicti. & muneris patrimonialis extraordinarij,l.10. & 12.infr. eod. & hæc eſt præcipua huius tituli ſumma:ex qua,& ante
8 dictis. Elici poteſt hæc ad eius rubrum explanatio, de excuſationibus,&c.Id eſt,titulus 47.in quo agitur de excuſationibus munerum,

rum,hoc eſt,de cauſis, quibus ex-
cuſari poſſunt, vel non ad publi-
ca,& ciuilia munera electi, & no-
minati,ſiue talia munera ſint per
9 ſonalia,ſiue realia, aut mixta. Eſt
autem præſens rubrica, ita gene-
ralis,vt non ſolum hunc titulum,
ſed etiam titulos inferiores ſequē
tes reſpiciat, in quibus de aliquot
ſingulis excuſationis cauſis ſpe-
10 cialiter tractatur. Illud etiā omit-
tendum non eſt, quod ſi quis ad
munus publicum nominatus,ſeu
electus ſenſerit ſe grauatum,pu-
ta,quia iuſtam habeat excuſatio-
nem,ſtatim debet appellare à tali
electione, alioquin conſentire vi-
detur,quod intellige, prout dixi-
mus in dict.tit.ff.de vacatione, &
excuſatio.mune.n.8.& in tit.ff.de
excuſa.tuto. & cura. & docet glo.
hic,quæ aſſerit eiuſmodi appella
tionē intra decē dies interponēdā
eſſe,quæ in hoc iā iure Regio cor
recta eſt,per l.1.tit.18.lib.4.Reco-
pila.qua reſtringitur tempus ap-
pellandi ad quinque dierum ſpa-
cium, dicit etiam eadem gloſſa
eum,qui ſic appellat debere intra
duos mēſes iſtam cauſam electio-
nis finire,ex l.1.C. de temporibus
appellation. quæ lex etiam hodie
in hoc caſu ſeruanda eſt, nec cor-
rigitur,per l.11.dict.tit.18.lib.4.
Recopila. quæ vnius anni tribuit
ſpacium ad proſequendas appel-
lationes,non enim procedit ea cō
ſtitutio in caſu, quo quis appellet
ab electione publici muneris, vt eleganter defendit Piſcator, in l. 2.ex num.3. cum duobus ſequentibus,ſupra de Decurion.hoc lib. 10.omninò legendus.Et pertinēt ad præſentis tituli tractatum leges Regiæ, quas in dict.tit. ff. de vacatione, & excuſat. muner. citamus.

Tit.XLVIII.

De quibus muneribus, vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur munera, de quibus loquitur titulus iſte, â quibus excuſatur nemo.*

2 *De angarijs, & perangarijs, remiſsiuè.*

3 *Tituli huius intentio, ac rubri expoſitio traditur.*

4 *Differentia inter hunc titulum, & illū ſupra de immunit. nemini concedenda, remiſsiuè.*

5 *Regiæ leges huc pertinentes citantur.*

1 IN titulo primo ſuperiori generali actum eſt de cauſis, ob quas quis poteſt, vel non a muneribus

neribus publicis excuſari, vt ibi diximus:in iſto autem,quædam certa munera publica proponũtur à quibus nullus ,quãtumuis priuilegio vallat*,& munit*, excuſari poterit,hęc ſunt ſequẽtia,munus cõparationis,vel emptionis frumenti,vini,aliarumq; ſpecierum tempore famis, peſtis, belli, vel alteri* publicæ neceſsitatis, l. 1.l. vltima. inf.eod. (& quod munus ſit iſtud in tit.ſupr.vtnemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, hoc lib, 10.tradidi.)Itẽ munus trãſuectionis ſpecierũ victualiũ,vt putà, cũ tempore belli exercitusPrincipis,reipublicę,vel Imperatoris de vna prouintia in aliã: nam omnes adſtringũtur frumẽtũ, vinũ,aliaq;ędulia,omniaq; neceſſaria,illuc ſuis ſumptibus portare,tã diuites, quã papueres pro modo, atq; menſurarũ , facultatũ,d. l.1. vbi gl.verbo,idoneus,ſentit hoc eſſe mun* patrimoniale.
2 Rurſus munera, quæ dicuntur, angaria, vel angariæ, perãgaria , vel perangariæ,& plauſtra : nam cũ Imperator , aut Princeps in ſuũ exercitum proficiſcitur,aut per prouintias iter arripit, omnes tenentur ei hæc munera exhibere ,l. 2. (quæ autẽ iſta munera ſint, & qualia docet gl.in l.nemine.C.de ſacroſan. Eccle.& nos explicam* in tit.infr. de curſu publico,lib. 12.)tandẽ munus cõſtrutionis , & reparationis murorũ: nã quilibet ſuis expenſis ad huiuſmodi opus tenetur,l.fin. inf.eo. (de hoc tamẽ hodie vidẽdus eſt,l. 20 tit.32.p.3.vbi Greg.legẽdus,& nouiſsime Bobad . in pol lib. 3.c. 5.n.8.9.& 11. c. 4. ex n.6.) &
3 hęc ſunt,quæ hoc tit.cõtinẽtur.ac definiutur. Exquibus eius intentio, ac rubri conſtructio, & expoſitio talis colligitur, tit. 48. quo docemur,de quibus muneribus,id eſt, officijs publicis perſonalibus , & mixtis,& præſtationibus,hoc eſt, cõtributionis publicis, ac penſitationibus,vulgò,*Tributos y repartimiẽtos*,quę munera ſunt patrimonialia , nemini liceat ſe excuſare. Sũt etenim munera publica in triplici differentia , nẽpè perſonalia, patrimonialia,& mixta , vt fuſius dixi in tit.ff.de muner. & hono.& in tit.ſupr.de munerib. patrim. in alijſq; plurimis locis.
4 In quo autẽ differat is tit . ab illo de immunit. nemini concedenda docet Acurſ. hic.Et quaten* hic tit.agit de munere emptionis frumenti,aliarum que ſpecierum conſimiles ferè habet leges Regias , quas citauimus in dict.tit.ſupr. vt nemini liceat in
5 emptione ſpecierum, hoc lib. Et quatenus de tranſuectione , conducit,l. 1.& totus tit. 10. lib.6. nouæ Recopil. Et quatenus de murorum reparatione facit dict.l. 20. tit. 32.p.3. cum alijs à Gregor. ibi, & Bobadilla vbi ſupr. citatis , nec iſtarum legum mẽtionem vllam facit Ximenez hic.

Titul. XLIX.

Qui ætate, vel profeſſione ſe excuſant.

SVMARIVM.

COntinuatio.
2 *Profeſsio, quid ſignificet.*
3 *Quo diſtat is titulus ab illo, infra de profeſſoribus, & medicis.*
4 *Huius tituli ſumma oſtenditur.*
5 *Eius intentio demonſtratur.*
6 *Rubrum declaratur, & differentia inter hunc titulum, & illũ. C. qui ætate ſe excuſant, demoſtratur:*

IN tit. 47. ſupr. hoc lib. tractatũ eſt generaliter de cauſis, ob quas quis poteſt, vel non à publicis, & ciuilibus muneribus excuſari, & in tit. 1. ſuperiori de muneribus, à quibus nulla datur excuſatio, in iſto autẽ incipit tractatus ſpecialis. ponunturque aliæ duæ excuſationũ cauſæ ſpeciales, nempè, æſtas, & pro-
2 feſsio. Profeſsionis autem vox plura in iure ciuili ſignificat, vt traditur a Briſonio, cæteriſque verborum iuris expoſitoribus, ad verbum, profiteri, & in iure Canonico accipitur pro ſponſione, ac promiſsione, quã faciunt monaqui, moniales, & religioſi tria vota emittentes caſtitatis, obedientię, & paupertatis, vt diximus in titulo extra de regularibus, & tranſeunt ad religi. Sed in hoc titulo profeſsio tantum ſinificat exercitium ſtudij Artium liberalium, vel iuris prudentiæ, aut alterius ſcientiæ, in quo ſcolares, non magiſtri docentes, verſantur, l. 1. l. 2. infr. eod. & latius explicamus, in tit. infr. de profeſſor. & medicis,
3 hoc lib. Quo loci, etiam tradimus diſcrimen, quò diſtat is tit. ab illo.
4 His breuiter ſuppoſitis intellige, quod hic titulus agit de præfatis duabus cauſis excuſationis munerũ publicorũ, & duo docet, & definit. Primò, vt ſcolares, qui Artiũ liberaliũ, vel iuris prudẽtiæ ſtudia profitentur, vſq; ad vigeſimũ ſuæ ætatis annum à muneribus publicis perſonalibus, non verò à patrimonialibus, nec mixtis excuſentur, dumtamen ciuium inopia non ſit, d. l. 1. l. 2. infr. eod. Deinde, & ſecũdo, vt maiores quinquaginta quinque annis eadẽ excuſatione gaudeát, l. vltima. Hodie verò legenda eſt, l. 3. tit. 19. p. 2. vbi Gregor. glo. 13. & 14. quæ in ſimili caſu, & excuſatione aliam ætate exi-
5 git. Et hæc eſt totius tituli ſumma, cuius intentio, & finis eſt oſtẽdere, quæ ætas, & quæ ſtudiorũ profeſsio præbeat munerũ publicorum perſonalium excuſationem. Secũdum quam ſummariã inten-

intentionem hoc modo præſentem rubricam declarabis, titulus
6 49. Qui docet, & ſtatuit, qui ętate, vel profeſsione ſe excuſant, id eſt, qui ſcholares ſtudia profitẽtes, & vſque ad quod tempus, & qui ſenes, & qua ętate ſe excuſant à muneribus publicis perſonalibus, nõ verò patrimonialibus, nec mixtis publicis (inquam) auctoritate, & vtilitate, vt magiſtratus, Decurionatus, & alijs, non autem publicis auctoritate, & priuatis vtilitate, vt eſt tutela, & cura: nam de ætate, quæ ab his excuſat agit titulus, C. qui ætate ſe excuſant, lib. 5. & in hoc differt is titul. ab illo. Et quid ſit munus, & quotuplex, dixi in titulo, ff. de muner. & honoribus, & in titulo, ſupr. de annonis, & tributis, in alijſque pluribus titulis, nec non in titulo, ſupr. de muner. patrim. Et de ætate, quæ iure Regio, requiritur in Decurionibus, & correctoribus, agit Boba. in polit. lib. 3. c. 8. nu. 11. & lib. 1. c. 7. vbi plures Doctores citat.

Titulus L.

Qui morbo ſe excuſant.

SVMMARIVM.

1 *Summa huius tituli.*

2 *Eius mens, ſenſus, & intentio, & num. 5.*

3 *Rubri interpretatio.*

4 *Differentia inter hunc titulum, & illum, C. qui morbo ſe excuſant, lib. 5. traditur.*

5 *A quibus muneribus morbus excuſet, vel non.*

Proſequitur hic titul. aliam cauſam, ob quã quis excuſatur, vel nõ à muneribus publicis perſonalibus, vltra poſitas in tribus titulis primis ſuperioribus: & illa eſt, quæ prouenit
1 ex morbo. Circa quã hoc titulo docemur, vt cæci vtroque oculo orbati, ab ijs muneribus excuſentur, ſecùs ſi vno tantũ oculo careant, l. 1. infr. eod. Itẽ, quod ſi quis morbo auriculari, aliàs, articulari debilitatus ſit, eandem habeat excuſationem, l. 2. (vbi gloſ. & ſcriptores explicant, quis morbus ſit iſte, potiſsimum Alciat.) Rurſus, quod patiẽs podragã præfata excuſatione non gaudeat, niſi adeò peduũ valetudine ſit afflictus, vt etiam pro ſuis rebus agendis incedere nequeat, l. 3. Et tandem, vt patris morbus filio hanc excuſa-
2 tionem non præſtet, l. fin. Hæc ſunt in ſumma, quæ iſto titulo cõprehenduntur, ex quibus colligitur, ꝙ eius intentio eſt nobis oſtẽdere, qui morbus excuſet ægrotum, vel non ab onere munerum perſonalium, tantum non patrimonialium, nec mixtorum.
3 Infertur etiam hæc ad præſens rubrum

rubrum interpretatio talis, titulus 50. quo docemur, qui morbo ſe excuſant, ſuple, vel non, à muneribus ciuilibus publicis per ſonalibus: morbo (inquam) id eſt propter talem morbum, quo ægri laborant. Diſcrimen autem,
4 quo diſtat is titulus ab illo, C. qui morbo excuſant, lib. 5. planum eſt: nam ille loquitur de morbo, qui excuſat à tutela, & cura, quæ munera perſonalia ſunt, & publica auctoritate, & priuata vtilitate. At titulus iſte agit de morbo, qui à muneribus perſonalibus publicis auctoritate, & vtilitate excuſat, de quib⁹ fasi ſumus in titulo 43. ſupra hoc lib. & alijs plerisque in locis. Morbus igitur de iure non excuſat à muneribus patrimonialibus, neque mixtis, l. ſunt munera, ff. de vacatione
5 muner. A perſonalibus tamen, quæ non conſiſtunt in conſilio præbendo, ſed in perſonæ adminiſtratione excuſationem præſtat, ſi eſt morbus fortis, l. 2. §. corporis debilitas, & §. minus audiens, ff. de vacatione munerum, & eleganter tradit Gregorius in l. 49. tit. 18. part. 3. gloſſ. 3. & probat is titulus, cuius hic eſt verisſimus ſenſus.

Titulus LI.

De his qui numero liberorum, vel paupertate excuſationem meruerunt.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *Liberorum appellatione, qui continentur.*
3 *Qui de liberis cauetur hoc titulo.*
4 *Paupertas, quid ſit, quisque dicatur pauper.*
5 *De paupertate, quid diſponit is titulus.*
6 *Tituli inſcriptio declaratur.*
7 *De quibus muneribus loquatur hic titulus.*
8 *A patrimonialibus muneribus, & mixtis, an numerus liberorum, & paupertas excuſent.*
9 *Differentia inter hūc titulū, & illū, C. qui num. liberor. lib. 5.*

1 Proponūtur hoc titulo duæ ſpeciales cauſę excuſationis munerum publicorum perſonaliū, præter illas de quib⁹ in quatuor titulis primis ſuperioribus actū eſt: hæ ſunt numerus quinq; liberorum l. 3. 5. 6. infr. eod. & paupertas, l. 4. & d. l. 6. de quibus ſingulis ſeparatim
2 diſpiciamus. Liberorum appellatione filij, nepotes, & pronepotes

tes,cæterique ex his deſcendentes continentur,l. liberorum,l. cognoſcere,§.fin.l.filij, ff. de verbor. ſignif.§.vltimo,inſtitut. qui teſta mento tutores dari poſſ. & latius diximus in tit.ff.de liber.& poſth. Verū in præſentis tituli tractatu liberi,qui præſtant præfatā excuſationē ſunt filij naturales, ſimulq; legitimi , ſiue ſint in poteſtate, ſiue emācipati,itē in adoptionem dati.Rurſus,ſiue maſculi,ſiue fœminæ,dūmodò ſint iam nati, nec prodeſūt naſcituri , dum in vtero ſūt,vti hæc omnia docet gl.in d.l. 3. verbo,quinq; numerus,inf. eo. Nepotes autem ita proſunt,ſi ex filijs maſculis defunctis non ex filiabus deſcēdant , & in parentuū mortuorū locū ſucceſſerint , dūtamē plures nepotes ex vno filio, pro vnico tantū filio cōputentur, ad prædictū numerum quinq; liberorū adimplendū,d.l. 3. vbi gl. fin.& circa iſtam primā excuſationis cauſam,hæc iſto tit.cauentur.

3 Quod qui quinq; liberos habet à publicis muneribus perſonalibus ciuilibus excuſatur,d.l. 3.5.6. inf. eod. Nec minor numerus liberorū huiuſmodi excuſationē præſtat,l.1. ſic intelligēda , infra eod. Nec filius ab hoſtibus captus, & nondū reuerſus in præfato nume ro cōputatur,l.2. Nepotes autem ex filijs defunctis in eodē numero referūtur, d.l. 3. Et non ſolū innumerus quinq; liberorū prodeſt parentibus maſculis, ſed etiā matribus ad eorū munerū excuſationē, quæ muliebri ſexui cōgrua ſunt, d.l.5.Itē,quod præfatus numerus liberorū patrem, dūtaxat,excuſat non verò eius filiū ſi ſufficiens inueniatur,d.l.6. in prin.& hactenꝰ

4 de liberorū numero.Paupertas eſt ipſa pauperis cōditio, pauper autē dicitur ille,qui pro qualitate rei qua de agitur ſatis in bonis nō habet in arbitrio,itaq; iudicātis erit, vt ex perſonarū , ac rerū qualitate diiudicet, quē locupletem, quēq; pauperē eſſe,ſecund.Bart.in l.qui accuſare,ff.de accuſa. & paupert. multa incōmoda ſunt, quæ cōge

5 rit Luc.de Pēna,in l.6.inf.eod. Et circa iſtā excuſationis cauſam docet is tit.quod paupertas à muneribus ciuilibus,& publicis excuſa tionē præbet ſi talis paupertas impar ſit oneri,ac muneri iniuncto, d.l.4.d.l.6.vbi glo.penult. & ſcri-

6 bentes,inf.eo. En igitur habemus totius tituli ſummā , & intētionē ſecundū quā & ea,quæ paulò ante expoſita ſunt tit.huius inſcriptionē hac forma declarare poſſumus, titul. 51. in quo tractatur de his,qui numero liberorum , ſcilicèt,quinque,vel paupertate excu ſationem meruerunt,ſuple, à muneribꝰ ciuilibus, & publicis perſo

7 nalibus. Nā de perſonaliū munerū excuſatione loquitur ſolùm ti-

8 tulus iſte. A patrimonialibꝰ nāq; & mixtis paucisſimi excuſantur,

Digitized by Google

nec numerus liberorũ ab his vllã excuſationem præſtat, niſi ſint duodecim liberi, vt docet gloſ.in d.l.1.infr.eod.Grego.in l.2.tit.17. p.6.glo.2. & nouiſsimè Caſtellus de Bobad.in polit.lib.5.c.5.nu.31. vbi magnam ſcribentiũ caterbã cumulat,& inquit quod etiam nimia paupertas à patrimonialibus excuſat, ad idque plures auctores
9 citat. Differt autem is titulus à titulo,C.qui numero liberorum ſe excuſ.lib.5.in hoc,quod ille loquitur de excuſatione tutelæ, & curæ, quæ quidẽ, & ſi munera ſint publica,ſunt tantũ publica auctoritate, & priuata vtilitate, & huc pertinet,d.l.2.tit.17.p.6. vbi dict. gloſ.2. Sed is titulus agit de excuſatione,quã liberi præſtant à muneribus,quæ & auctoritate, & vtilitate publica ſunt, vt in ſimili diximus in duobus titulis proximis ſuperioribus, & tetigit gloſſa hic.

Titulus LII.

De profeſſoribus, & medicis.

SVMMARIVM.

1 *Profeſsio, quid ſignificet.*
2 *Profeſſores, qui ſunt, & quotuplex eorum differentia.*
3 *Septem artes liberales, quales ſunt, remiſsiuè.*
4 *Medici, qui dicantur.*
5 *Huius tituli, mens, & intentio, & num.8.*
6 *Eius ſumma enarratur.*
7 *Rubrica exponitur.*
9 *Profeſſores, & medici vtrum à muneribus patrimonialibus ſint exempti, & ſupra, nu.8.*
10 *Differentia inter hunc titulũ, & illũ ſupra, qui ætate, vel profeſsione.*
11 *Remiſsiones huc pertinentes.*
12 *Quo diſtet is titulus ab illo, ſupra de excuſation. artificum, remiſsiuè.*

1 QVAE ſunt huius tituli partes. Prima ibi, de profeſſoribus: ſecunda ibi, & medicis: & quoad primæ intelligentiam ſciendum eſt, quod profeſsionis nomen multa recipit ſignificata, vt diximus in titulo ſupra, qui ætate, vel profeſſione, hoc lib.10. Nam argentariorum, aliorumque omnium vitæ generum profeſsio dicitur, l.6. §. Prætor, ff. de ædendo, l.26. in fin. C. de Epiſcopis, & Clericis: indeque argentario, pro-
2 feſſores dicuntur. Verùmtamen proprius loquendo, profeſſores appellantur hi, qui aliquam artem, aut facultatem, vel ſcientiam litera-

literariam exercent, & profitentur: qui quidem duplicis generis ſunt. Alteri qui eam profitentur, tanquam ſcholaſtici ædiſcentes, vt ſunt omnes diſcipuli, qui ſtudijs operã danr (quos vulgus appellat ſtudentes) & de his nõ agit is titulus, ſed potiùs dict. titulus, qui ætate.& profeſsione, ſup hoc lib. & ibi diximus. Alij verò, qui tanquam docentes.& magiſtri ralem artem, aut ſcientiam profitentur, cuius generis ſunt omnes, qui publicè in academijs, & ſtudijs vniuerſalibus, vel publicis, artes, aut literarũ facultates docent; & legunt, vtputà Bacalauri, Licenciati, Doctores, Magiſtri, & Præceptores, qui iuris prudentiam, Philoſophiam, ac ſeptem artes liberales edocent, l. 2. 4. 6. 7. & vltima, cum alijs infra eod. Quæ autem ſint ſeptem artes liberales, expoſitum nobis eſt in titulo, infra de excuſationibus artificum, hoc lib. & in titulo extra de magiſtris, vbi etiam oſtẽdimus, qui poſsint concedere facultatem, ac poteſtatem docendi, & creandi præfatos gradus literarum, & de profeſſoribus iſtis accipi debet hęc prior rubri pars, ibi, de profeſſoribus. De quibus autem profeſſoribus loquatur titulus de profeſſoribus, qui in vrbe Conſtantinopoli, infra lib. 12. inibi. explicamus.

4 Pro ſecundæ partis rubricæ explicatione dicendum, quod Medici ſunt, qui alicui parti corporis Medicinã præbent, vt definit Batt. in l. 1. ff. de varijs, & extraord. cogni. cui ego addo, ſiue doceant medicinam, eam publicè legentes, ſiue non, dummodò curandi, ac medẽdi peritiam, facultatẽ, & poteſtatẽ habeant, & ab ordine Decurionũ ſint electi, & approbati, l. 1. ff. de decretis ab ordine faciẽd. l. 2. & l. 7. infr. hoc tit. Hodie verò, vt poſſint curare, & medẽdi arte vti, de iure huius Regni præcedere debent examen; alia quæ requiſita, contenta in l. 13. tit. 7. lib. 1. nouæ Recop. & in nouis Regijs pragmaticis promulgatis, anno 1579. & 1588. quæ habetur in nouo quaterno addito nouæ Recop. Attiẽ cæ, fol. 12. & 14. & ſunt l. 7. & 8. tit. 16. lib. 3. nouæ Recop. antiquę, yt in dict quaterno referrur. Et in alia Regia pragmatica, anno 1593. in cęnobio diui Laurentij, die 2. mẽſis Auguſti promulgata, quæ eſt omninũ nouiſsima. Et de iſtis Medicis intelligenda eſt hæc ſecunda pars rubricæ: qui quidem etiã profeſſorũ appellatione poſſunt cõprehẽdi, medicinã etenim, ac medendi artẽ profitẽtur, vel eã legendo, aut ægros curando, ſed idcircò in hoc rubro ſeparati ſunt Medici à profeſſoribus, quoniã profeſsores propriè dicuntur hi, qui aliarũ literarũ, vel profeſsionũ ſciẽtias, facultates, & artes docent, eaſ publicè legẽtes, vt ſup. dixim⁹.

Medici autem, quamuis medici-
nã nõ doceãtur, nec legant, medi
ci appellantur, vt modò diximus,
& ideò ſpeciali ſuo nomine in ru
brica noſtra medici nuncupati
ſunt, & à profeſſoribus ſeiuncti,
5 & ſeparati. His ita præcognitis,
ac rubri verbis expoſitis, reliquũ
eſt, vt intelligamus, quod iſtius ti
tuli potiſsima, mens, atque inten-
tio eſt ſtatuere, & docere, quando
& in quibus caſibus præfati pro-
feſſores, & medici, à muneribus
ciuilibus, & publicis excuſationẽ,
& immunitatẽ habeant, & à quo
approbari, vel reprobari poſsint,
6 & ita conſtituit ſequẽtia. Primò,
quod dum medicus eſt in exerci-
tu, & legione, & ſic cauſa reipu-
blicæ abſens à muneribus ciuili-
bus eſt immunis, poſt reuerſionẽ
verò ita immunitate gaudebit, ſi
eſt de numero à Decurionibus ele
cto, & ab ipſorum Decurionum
ordine immunitas ei ſit conceſſa,
l. 1. l. 5. infr. eod. Item, quod Grã-
matici, oratores, & alij ſemel or-
dinis decreto probati, niſi ſe ſco-
laribus vtiles præbeant denuò ab
eodem ordine reprobari poſſunt,
l. 2. Rurſus, vt poetæ nulla immu
nitate gaudeant, l. 3. nec calcula-
tores, id eſt, geometræ, l. 4. Præte
reà, vt medici maximè Archiatri,
& legum Doctores, & Artium
profeſſores, eorumque filij, & vxo
res vnà cum rebus, quas poſsidẽt
ab omni functione, & ab omnib'
muneribus ſunt immunes, nec
inuiti hoſpites recipere debent,
nec aliud munus ſubire, nec ad iu
dicium trahi, nec vllam iniuriam
pati, & qui eos vexauerit punie-
tur, eiſque conſtituenda ſunt ſala-
ria, l. medicos, l. fin. infr. eod. (qui
ſunt Archiatri in titulo infra de
Comitibus, & Archiatris, lib. 12.
declaramus) itidem, quod magi-
ſtri, cæterique literarum profeſ-
ſores excedere debent alios, & ſu
perare moribus, & facundia, &
vt Decurionũ decreto approbẽ-
tur, l. magiſtros. Deinde, vt qui ſe
gerit pro Philoſopho, cum non
ſit approbatus à munerib' publi-
cis non excuſetur, l. redatur, & vt
medici, qui in municipis, & ciui-
tatibus ſunt debent de publico ſa
laria percipere, vt libentius cura-
re vellint, tam diuites, quàm pau-
peres, nec licet eis ab ægrotis, dũ
in morbo ſunt, ſalarium recipe-
re, ſed tantum cum euaſerint ab
ægritudine, l. Archiatri, vltimò, vt
non debeat in locũ defuncti pro-
feſſoris alter ſubrogari, niſi appro
batus fuerit, & quamuis ſubroge
tur in numerum, nõ ſubrogetur
in gradum, l. ſi quis, infra hoc tit.
cuius hæc eſt compẽdioſa, ac bre-
7 uiſsima ſumma. Ex qua, & ſupe-
rioribus colligitur talis ad præ-
ſens rubrum expoſitio, titulus 52.
in quo tractatur de profeſſoribus,
& medicis. De profeſſoribus (in
quam) id eſt, de magiſtris, Docto
ribus,

ribus, & præceptoribus, qui iuris
ſcientiam, Philoſophiam, ac ſeptē
artes liberales profitentur eas pu-
blicè in academijs vniuerſalib' le-
gentes, & docentes, & medicis, id
eſt, de his, qui arte medendi, & cu
randi vtuntur, ſiue medicinam
publicè doceant, ſiue non. De-
monſtraturq; à quo iſti profeſſo-
res, & medici approbari debeant,
& an à publicis ciuilibus mune-
ribus, ratione profeſsionis, vel me-
8 dicinæ excuſentur, nec ne. Aduer-
timus inſuper, quod hic titulus
eò potiſsimum tendit, vt oſtēdat
num huiuſmodi profeſſores, &
medici à publicis muneribus per
ſonalibus immunes, & excuſati
habeantur, quamquam de patri-
monialibus, & mixtis etiam me-
minit in dict. l. fin. & in dict. l. me-
dicos. Vbi gloſſa. & ſcriptores diſ
putant, vtrum à muneribus patri
monialibus, & tributis excuſen-
tur, & iure Regio probari videtur
9 in l. 8. tit. fin. p. 2. Quod ſi actu do-
ceāt, & legāt immunes ſint ſaltim
à munere illo patrimoniali, quod
vulgò dicitur *Pecho*; ſed de hac
quæſtione diſſerūt Gregorius ibi.
gloſ. fin. Azeuedus in l. 8. & 9. vbi
alios citat, tit. 7. lib. 1. nouæ Reco.
Bobadilla in poli. lib. 5. c. 5. nu. 31.
quo loci, quam pluſimos nuncu-
patim citat omninò videndi, cum
caſus occurrat. & de priuilegijs
Doctorum agit Anton. Gomez
10 in l. fin. Tauri, ex nu. 16. Porrò ex
ſuperioribus etiam deducitur diſ
crimē, quo is titulus diſtat ab illo,
qui ætate, vel profeſsione, ſupra
hoc lib. Nempè, quod ille agit de
profeſſoribus diſcipulis in ſtudijs
ediſcentibus, vſque ad vigeſimū
quintum ſuæ ætatis annum, iſte
verò de profeſsoribus magiſtris,
Doctoribus, & præceptoribus a-
ctu docentibus, & publicè legen-
tibus, & etiam de medicis, qui nō
11 ſunt diſcipuli. Et ad præſentem
tractatum ſpectant, l. 8. l. 9. tit. fin.
& l. 3. tit. 10. p. 2. & dict. l. 8. & 9. tit.
7. lib. 1. nouæ Recopil. & quæ tra-
dit Gregorius in l. 4. tit. 29. part.
7. gloſ. 7. Et quid ſit munus publi
cum, & quotuplex dixi, ſupr. de
muneribus, & honoribus nō cō-
tinuand. hoc lib. 10. & in locis ibi
12 citatis. Tandem ſunt vidēda, quæ
ſcribimus in tit. infr. de excuſatio
nibus artificū hoc lib. ex quibus
colligitur plana differentia, qua
inter hunc, & illum titulum ver-
ſatur.

Titulus LIII.

De Athletis.

SVMMARIVM.

1 Athletæ, qui dicantur.
2 Athletæ an infamiā incurrant.
3 Huius tituli ſummaria intentio colli-

colligitur, & refertur.
4 *Antiqua Græcia, quæ fuerit, exponitur.*
5 *Rubrica declaratur.*
6 *Athletarum certamina, an hodie in vſu ſint, nec ne, explicatur, remiſsiuè.*
7 *In quo differat is titulus à titulo infra de ſpectaculis, & à titulo infra de gladiatoribus, remiſsiuè traditur.*

1 ATHLETÆ dicuntur, qui
in ludis, ſpectaculis,
& certaminibus pu-
blicis, ſine vlla mer-
cede, ſed ſolum virtu
tis gratia, & ad virium ſuarum
oſtentationem pugnant, & cer-
tant, l. Athletas, ff. de his qui no-
tantur infamia, l. 2. ff. de aleatori-
bus: quorum multiplex eſt diffe-
rentia. Nam quidam ſunt gladia-
tores, qui gladijs depugnant, de
quibus eſt titulus infra de gladia-
toribus: alij luctatores, qui luctan-
do certabant, l. qua actione, §. ſi
quis in colluctatione, ff. ad l. Aqui
li. Pugiles, qui pugnis congrediũ
tur, vel etiam qui pugnandi artẽ
probè nouerant: arenarij, qui in
arenam amphitheatricum beſtris
colluctabantur: xyſtici denique,
qui haſta in certaminibus vtũtur,
& alij plures, vti explicat elegan-
2 ter Corraſ. lib. 4. Miſcel. c. 24. Hu-
iuſmodi autem Athletæ nullam
incurrunt infamiam, qui à non
pretio, ſed virtutis gratia ludos,
ac certamina exercent, alioquin ſi
mercede id facerent, infames ha-
berentur, dict. l. Athletas, & l. 4.
tit. 6. part. 7. vbi Gregorius, verb.
3 *Su fuerça*, & verbo, *Ganaria*. De
iſtis ergo Athletis datus eſt nobis
titulus iſte, in quo proponitur
alia cauſa excuſationis munerum
perſonalium publicorum, præter
illas, quæ in titulis proximis ſupe
rioribus recenſentur, quæ Athle-
tis conceditur, l. vnica, infr. eod. 6
qua cauetur, quod ita demũ Ath-
letæ immunes ſunt, & excuſati à
muneribus ciuilibus, & publicis
perſonalibus ſi in tribus certami-
nibus victores euadentes, tribus
coronis victoriæ fuerint corona-
ti, & vnam ex eis Romæ nouæ, id
eſt Conſtantinopolis, aut in anti-
qua Græcia fuerint adepti, non
corruptis æmulis, id eſt ijs, cũ qui
bus pugnarunt. Et hæc eſt huius
4 tituli ſummaria intẽtio. Enimve-
rò, antiqua Græcia, cuius fit men
tio in dict. l. vnica, accipitur pro
Italia, vt bene explicat ibi Cuia-
cius, vbi etiam legendus eſt Al-
ciatus, qui aliquot certamina, &
eorum vocabula obſcura in hac
5 tractatione rectè declarat. Sanè
iuxta ea, quæ dicta ſunt, ita præ-
ſentem rubricam explicabis, titu
lus 53. in quo tractatur de Athle-
tis, id eſt de ijs, qui in ludijs, & cer
taminibus publicis, ſine vlla mer-
cede, ſed ſolum virtutis gratia, & o
ad

Digitized by Google

ad virium ſuarum oſtentationem pugnant, & certant, excuſandis à muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus, de quorum munerum tractatu legenda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo ſupra, de muneribus, & honoribus non continuan. hoc lib. 10. & in locis ibi ci-
6 tatis. Portò eiuſmodi Athletarũ certámina hodie non ſunt ita vſitata, vt poſsint præfatam munerũ excuſationem præbere, imò à iure Canonico, & Regio exiſtimo proculdubio prohibita eſſe ſaltim, vbi adeſt corporis, vel animæ periculum, vt fuſius probamus in titulo, infra de gladiatoribus lib. 11. & in titulo extra de torneamentis, cum duobus titu-
7 lis illum ſequentibus. In quo autẽ differat is titulus ab illo, de ſpectaculis, infra lib. 11. ibi oſtendimus, & in quo à dicto titulo, infra de gladiator. inibi explicamus.

Titulus LIIII.

De his qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Stipendia, quæ & vnde dicantur.*
2 *Milites qui ſint, & de eorum electione.*
3 *Veterani, qui appellentur, quique dicantur non impleuiſſe ſtipendia; & ſacramento ſoluti.*
4 *Quadruplex militum miſsio traditur.*
5 *Huius tituli ſumma, enarratur.*
6 *Quale ſit eius intentum, explicatur.*
7 *Rubricæ tenor exponitur.*
8 *An militum priuilegia hodiè durent, obtineatque locũ huius tituli diſpoſitio.*

1 Stipendia in hoc titulo ſunt ſalaria, quæ militibus in ſui laboris remunerationẽ erogantur, appellanturque ſtipendia à ſtipe. Erant enim ſtipes modica æra, l. 27. §. i. ff. de verbor. & rer.
2 ſignificat. Milites autem ſunt, qui innumeros relati ſtipendia merent, & in belli expeditione occupati ſunt, l. 18. ff. de re iudi. explicat Briſonius de verbor. ſignific. verbo, milites, & diximus in titulo, ff. de teſtamento militis, in quorum electione plures ſolemnitates requiruntur: quarum ea præcipua eſt, vt milites ſacramẽtum, vel iuramentũ præſtent per Deũ, & gennium Principis, quo promittant, ſe mortem non euitaturos in reipublicæ defenſione, vt docet

docet gloſſa, vbique celebrata in l.penult.ff.ex quibus cauſis maiores,tenenturque per viginti annorum ſpacium militare,l. fin. infra eod.l.viginti, infra de re militari,
3 lib.12. Et qui iſtud militiæ tempus impleuerint, & honeſtè, & caſuariè militia miſsi ſunt,veterani appellantur,dict.l.fin.infr. eod. & tradit Theophilus in §.1. inſtitutis de teſtament.Prateius in lexicon iuris,ad verbũ,veterani, Petrus Gregor.de ſyntagma.iur.lib. 19.cap.3.num.22.& 23. & cap.4. num.3.de quibus eſt titulus,ff. de priuilegijs veteranor.& titulus,ff. de veteranorum,ac militum ſucceſ. & titulus, infrá de veteranis, lib.12.& vbique diximus, *Los quales ſe llaman oy ſoldados viejos jubilados*, & iſti dicuntur impleuiſſe ſtipendia, quia legitima militia tempora militarunt, ac pleno ſtipendiorum numero per viginti annos functi ſunt,per contrariũ autem milites:qui ante prȩfatum tempus militia miſsi ſunt, & ſupra dicto iuramento ſoluti, dicuntur non impleuiſſe ſtipendia, & de his accipienda eſt rubrica noſtra,& potiſsimum loquitur titu-
4 lus iſte.Pro cuius maiore explicatione animaduertimus,quod quadrupliciter milites militia mittuntur,& præfato iuramẽto à ſe prȩſtito ſoluũtur. Primò, honeſtè veluti cum impleto viceſimo anno miſsi ſunt, vt modò diximus, & hȩc appellatur honeſta miſsio,d.l. fin.infr.eo.Secũdò cauſariè, vt cũ propter aduerſã valletudinẽ, vel ſennium,aut quia corporis debiles ſunt,mittuntur,& iſta vocatur cauſaria miſsio,& etiam honeſta, l.2.infra eod. Tertiò ignominioſè veluti,cum propter crimen aliquod militia priuantur, & dicitur hæc miſsio ignominioſa. Quartò, cum militia mittuntur: eò,quod cauteloſè, & fraudulenter milites adſcripti erant euitandorum munerum publicorũ cauſa,& comperta fraude militia miſſi ſunt, vti hæc omnia probatur text.in l.milites,§. miſsionum, ff. de re militari,& in l.2.§. ignominiæ,ff.de his qui notantur infam. & tradit Azo,hîc,gloſ. & ſcribentes in l.1.infr.eod. & Petrus Gregor.vbi ſupr.dict.cap.4. per totũ.
5 Quibus ita explicitis intellige, quod is titulus loquitur de militibus, qui ante viceſimum militiæ annum impletum, ſacramento à ſe præſtito,ſupra memorato ſoluti ſunt,& liberati, qui vel ignominioſam, vel cauſariam, vel honeſtam miſsionem paſsi ſunt,de quibus cõſtituit, & diffinit hæc,quæ ſequuntur.In primis, quod miles ignominioſè militia miſſus honoribus non fruetur, à muneribus autem alijs,& honeribus publicis non excuſabitur in dict.l.1.Item, quod miles cauſariè miſſus à muneribus publicis, & honoribus vaca-

vacationem habebit, non tamen priuilegijs veteranorum gaudebit ſi militiæ legitima tẽpora non impleuit, l. 2. Tandem, vt veteranus, qui viginti annorum curriculis militauerit, & ſic militia honeſtè, vel etiam caſuariè miſſus eſt, ſacramẽtoque ſolutus immunitate munerũ perſonalium gaudebit, quæ veteranis à lege conceditur, nec erit opus eam a Principe impetrare, dict. l. fin. Et hæc ſunt in ſumma, quæ hoc titulo proponuntur. Ex quibus, & paulò
6 antea dictis, deducitur. Primò, quod intentum, & finis, quò is titulus tendit, eſt nobis oſtendere, quãdo milites, qui honeſtam, vel caſuariã, aut ignominioſam miſſionem paſſi ſunt à muneribus ciuilibus, & publicis, & honoribus excuſari poſſunt, vel non à muneribus (inquam) perſonalibus non realibus, vt probat dict. l. fin. ibi, onerum, & munerum perſona-
7 lium, &c. Secundò infertur hoc modo huius rubri tenorem explicãdum eſſe, titulus 54. in quo tractatur de his, &c. Id eſt, de militibus, qui nõ impletis legitimis militiæ temporibus, 20. annorum, & ſic non impletis omnibus ſtipendijs, hoc eſt non perceptis ſalarijs dicti temporis, militia miſſi ſunt, ſacramẽtoque ſoluti honeſtè, caſuariè, vel ignominioſe, à muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus, & honoribus excuſandis, vel non. Nec oberit huic expoſitioni, & præſentis rubricæ inſcriptioni, quod in legibus ſub hoc titulo collocatis, non ſolum agitur de his militibus, qui ante vigeſimum militiæ annum miſſi ſunt, ſed etiam de his, qui poſt id tempus ſacramento militiæ ſoluti ſunt, & ſic de veteranis, dict. l. fin. infr. eod. Vnde videtur nigrũ generalius rubro. Reſpondetur etenim, quod in hoc titulo principaliter agitur de militibus, qui ante vigeſimum annum mittuntur, ſed occaſione ipſorũ interijcitur, quoque qualis qualis ſermo de veteranis obiter, & per tranſennam ad maiorem huius materiæ explicationem, nec in iure nouũ eſt, quod nigrum ſit generalius rubro, & è contrà, vt in titul. 1. ſequenti, & in alijs, plerisque titu-
8 lis. Porrò in militum electione hodie non exigitur ſolemnitas tradita à præfata glo. in dict. l. penultima, ff. ex quibus cauſis maiores, nec milites vllum iuramentum præſtant, vt ſenſit Gregorius in l. 14. tit. 21. parr. 2. verbo, *Iurar*, & probat l. 6. tit. 1. lib. 6. nouæ Recopilat. vbi legendus eſt Azeuedus, nihilominus tamen durabunt militum priuilegia, vt tradunt Doctores, quos citauimus in dict. tit. ff. de teſtamen. militis. Quidquid contra putet Bobadilla in politic. lib. 4. cap. 1. num. 14. Et per conſequens durabunt etiam, nec ſublatæ

blatæ ſunt immunitates, ac munerũ excuſationes militibus honeſtè, vel caſuariè militia miſsis per hunc titulum, & per alia iura conceſſæ. Et verè ad hunc titulũ Anton. Gomez in l. fin. Taur. nu. 17. & Bobadilla dict. lib. 4. c. 2. nu. 72. fol. 630. & ſequen. & ibi in gl. litera A. & B.

Titulus LV.

Quibus muneribus excuſetur hi, qui poſt impletam militiã, vel aduocationẽ per prouintias ſuis commodis vacãtes commorantur, & de priuilegijs eorum, & de conductoribus vectigalium fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica in duas partes diuiditur.*

2 *Prior pars explicatur, & nu. 3. & 4.*

3 *Qui dicantur ſuam impleuiſſe militiam, vel aduocationem, declaratur.*

4 *Prima partis rubri intentio, traditur.*

5 *Secunda rubricæ pars, & quid ſit vectigal. declaratur, & num. 6. 7. 8.*

6 *De quibus conductoribus vectigalium loquatur is titulus in ſecunda rubri parte, eiuſque ſumma refertur, ac lex vnica, infr. cod. exponitur.*

7 *Eius intentio traditur.*

8 *An iſta ſecunda rubri pars ſimul cũ prima ſcribenda ſit.*

9 *Tota rubrica conſtruitur, & per partes explanatur.*

10 *Diſcrimen, quo diſtat is titulus à primo ſuperiori.*

1 VT facilius huius tituli intelligentiam, & intentionẽ indagare poſſimus eius rubrũ duas in partes cõmodè diuidimus. Quarum prior complectitur illa verba, quibus munerib' excuſentur, hi qui poſt impletam militiam, vel ad vocationem per prouincias ſuis commodis vacantes commorãtur, & de priuilegijs eorũ. Poſterior eſt
2 ibi: Et de conductoribus vectigalium, de quibus ſingulis exponẽdis differamus, & pro primæ explicatione animaduertim', quod ſub hoc titulo nullæ ſunt leges, vel conſtitutiones ad eam pertinentes, ſed hæc pars reſpicit quãdam Græcam conſtitutionẽ, quæ deperdita fuit, vti aduertũt Azo, Acurſius, & alij hic. Eius tamen teno-

Digitized by Google

tenorẽ Græco ſermone ſcriptum, & in Latinum verſum refert Cuia. hic, in qua exprimuntur mune ra quædam publica, & ciuilia, à quibus excuſantur hi, qui impleuerunt militiam, vel aduotionem: cuiuſmodi ſunt, cura frumenti cõparandi, inſpectio operum, defen-
3 ſio ciuitatis, & alia. Dicuntur autem ſuam impleuiſſe militiã, qui per viginti annos milites fuerunt in bello, qui veterani appellantur, vulgò, *Soldados viejos jubilados*, vt diximus in tit. 1. ſuperiori. Et illi dicuntur impleuiſſe aduocationem, qui ſimiliter per viginti annorum ſpacium aduocati fuerunt, & honeſtè aduocationis officium omiſerunt ad ſimilitudinem militum armatæ militiæ: eſt enim duplex militia, ſcilicèt armata, cuius milites ſunt armati, qui in belli expeditione occupati ſunt: & inermis, cuius milites ſunt aduocati, iudices, & alij, qui in republica, aliquod munus publicũ gerunt, vt fuſius explicuimus in rubrica. C. in quibus cauſis militantes fore præſcriptione vti non poſſunt, quàmobrem aduocati milites vocantur inermes: militant enim, quia per eos hominum patrimonium, & vita defenditur, l. aduocati, C. de aduocatis diuerſorum iudicorum, & in illo titulo latius explicamus. Vnde nimirum ſi vicennium, quod datur militibus armatæ militiæ ad hoc, vt dicatur ſuam impleuiſſe militiã, intelligatur etiam eſſe conceſſum aduocatis, vt dicantur ſuam impleuiſſe aduotionem, qui omnes dicuntur per prouincias commorari ſuis commodis vocantes, ideſt, quod iam non adiſtringuntur militiâ, nec aduocationis officio, ſed quod in qualibet prouintia Imperij commorari poſſunt, ſi vellint, & ſuis commodis, & vtilitatibus proprijs vacare, & intendere, quibus per memoratã Græcam conſtitutionem à Cuiacio relatam. Præfata immunitatis, & excuſationibus munerum publicorũ perſonaliũ priuilegia conce-
4 duntur. Et in hoc ſenſu accipiẽda eſt tota hæc prima rubri pars, cuius mens, atque intentio eſt oſtendere, munera à quibus, qui militiam armatam, & aduocationem impleuerunt per viginti annorũ tranſitũ, immunes habeantur, & excuſati. Et ſic manet explicatã hęc prior pars rubricę. Proſecundæ autem, & poſterioris partis explicatione ſciendum eſt, quod vectigal dupliciter accipitur. Primò
5 in genere, pro quocumque tributo, quod fiſco ſoluitur. Secũdo in ſpecie pro illo tributo, tantum quod fiſco pręſtatur cauſa rerum, ac mercium, quæ de vno loco ad alium vehũtur, vulgò, *Portazgo, pontazgo, &c.* Vt fuſius diximus in titulo, ff. de publicanis, & vectigal. nu. 3. & 5. Quo præmiſſo intelligere

Digitized by Google

telligere debemus, quod is titulus loquitur de conductoribus vectigalis in genere ſumpti, & ſic de his, qui quæcumque tributa à fiſco habent conducta, & in hoc ſenſu accipi debet hæc ſecunda pars rubri, ad quam ſolummodo pertinet, l. vnica, infr. eod. Qua cauetur, quod eiuſmodi conductores immunes, & excuſati ſunt à muneribus ciuilibus, & honoribus, non autem illi. qui ab ijs conductoribus eadem vectigalia conducunt, ſed dumtaxat principales, & immediati conductores fiſci, quã legem intellige. Primò, procedere in immunitate, & excuſatione munerum perſonalium tantum, nõ realium, ſeu patrimonialium, nec mixtorum, à quibus pauciſsimi excuſantur, l. 3. ſupr. de muneribus patrimonior. hoc lib. Secundò eam intellige in cauſa, quo etiã ſponte iſti conductores vellẽt munera ſubire, & ſuæ excuſationi renunciare: nam nõ poſſunt admitti, quod in fiſci fauorem introductum eſt, cum iſtorum conductorum bona ei ſint obligata, vt no-
7 tant ibi Acurſius, Azo, & plerique alij ſcriptores. Vnde infertur, quod mens, & intentio huius ſecundæ partis rubri nihil eſt aliud. quam demoſtrare, & ſtatuere iſtos vectigalium fiſci conductores, ad munera publica ciuilia, etiam ſi ſponte vellint, admittendos non eſſe, ſed prorſus ab eis in-
8 munes, & excuſatos eſſe. Enim verò Cuiac. hic non legit hanc ſecũdam rubri partem, nec dictam legem vnicam, ſub hoc titulo, ſed ſeparatim conſtituit rubricam de conductoribus vectigalium fiſci, ſub qua collocauit eandem legem vnicam, quod quidem rectè ſtare poteſt, ſiquidem Græca conſtitutio ſupra memorata, ad primam rubri partem ſpectat, & præfata l. vnica, ad ſecundam pertinet, frequentius tamen, vtraque rubri pars, ſimul inſcribitur, & ſub numer. 55. in ordine titulorum ponitur, quã totam per eius partes, ita poſſumus interpretari. Eiuſque ſeriem, & literam aptè conſtruere, titulus 55. qui oſtendit, & ſtatuit, quibus muneribus excuſentur hi, qui poſt impletam militiam, id eſt veterani, qui per viginti annos in belli expeditione militarũt, vel ad vocationem, hoc eſt aduocati, qui per totidem annos aduocationis officio functi ſunt, & honeſtè miſsi, & iubilati, per prouincias ſuis commodis vacantes commorantur, id eſt, vbilibet habitantes ſuis proprijs commodis intenti ſunt non militiæ, vel aduocationis curis adſtricti, agitque de priuilegijs eorum, hoc eſt de immunitatibus, & excuſationibus à muneribꝰ publicis perſonalibus, nec non de conductoribus vectigalium fiſci, id eſt, de his, qui quæcũque tributa fiſcalia,

ab

Digitized by Google

ab ipſo fiſco habent conducta, à muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus, atq; honoribus excuſandis. Differt autem is titulus à primo ſuperiori in hoc, quod in illo potiſsimum tractatur de his, qui nondum per viginti annos impleuerunt militiam, in iſto de his, qui militiam, vel aduocationem impleuerunt, vti rectè cõſiderauit Cuia. hìc.

Titulus LVI.

De libertinis.

SVMMARIVM.

1 *Libertini, ſeu liberti, qui ſint, remiſsiuè.*

2 *Liberti, ſeu libertini à muneribus non excuſantur.*

3 *An ab honoribus arceantur.*

4 *Rubrica declaratur.*

5 *Differentia inter hunc titulum, & illum, C. de libertis, & eorum liberis, traditur.*

1 QVI dicãtur libertini, ſeu liberti in titulo, ff. de iure aureorum annulorum, & in tit. ff. de natalibus reſtituend. luculẽter
2 ſcripſimus: de quibus datus eſt titulus iſte: quo cauetur, quòd liberti, ſeu libertini à muneribus ciuilibus, & publicis non excuſan-
3 tur, l. vnica, infr. eod. Ab honorib' autẽ arceri debet iure iſto antiquo, l. 1. ſupr. ſi ſeruus, aut libertus ad Decurionatũ aſpirar, ſupra hoc lib. At iure nouiori ad eos admittentur, vt in illo titulo dixi-
4 mus. Et ſecundum præfata legis vnicæ diſpoſitionem, ita præſens rubrum declarabis, titulus 56. in quo tractatur de libertinis, ſeu libertis, à muneribus ciuilibus, & publicis nõ excuſandis: nam hæc
5 eſt eius mens, & intentio. Diſtat autem hic titulus ab illo, C. de libertis, & eorum liberis in 6. lib. Codicis, in hoc, quod ille agit de iure patronorum erga libertos ſuos, hic verò tractat de obſequijs, quæ liberti ſuis ciuitatibus, & municipijs exhibere debẽt munera publica, & ciuilia ſubeuntes, vti aduertunt Azo, & Acurſ. hìc. Et vide, quæ dixi in dict. tit. ſupr. ſi ſeruus, aut libertus ad Decurio. aſpirau. hoc lib.

Titulus LVII.

De infamibus.

SVMMARIVM.

1 *INfames, qui ſint, quidquè infamia, & quotuplex, remiſsiuè.*

Digitized by Google

2 *De infamibus, quid conſtituat is titulus, explicatur.*

3 *Rubri expoſitio traditur.*

4 *De infamibus, tam infamia facti, quàm iuris agit titulus iſte.*

5 *Optima Theorica, & auctorum remiſſiones citãtur, ac lex Regia huic titulo conſonans allegatur.*

6 *Munera, quæ habent, vel non dignitatem annexam, quæ ſint, remiſſiuè.*

1 QVI ſint infames, quidque infamia ſit, & quod aliã eſt iuris alia facti, in tit. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, & in titulo, ff. de his, qui notantur infa. ſatis, abundeq; explicuimus, vbi etiã oſtẽdimus, quò diſſet is titu. ab illis. De
2 infamibus ergo conditus eſt titulus iſte, quo cautũ, & conſtitutum eſt, quod licèt infames, nequeant dignitates, aut honores obtinere, ab alijs tamẽ muneribus ciuilib⁹, & publicis nullam habeant excuſationem, ſed ea neceſſariò ſubire cogũtur, dummodò talia munera nullam habeant dignitatẽ annexam, nullumque iniunctũ honoris ſplendorem, l. vnica, in hoc ſenſu accipienda, infr. eod. Quod enim priuilegij cauſa, quibuſdam conceditur delinquentibus non remittitur, l. nec infames, ſup. de Decurionibus hoc lib. Idque eſt huius tituli breue compendium, ex quo facile colligitur ad eius rubrum expoſitio talis, de infami
3 bus, id eſt, titulus 57. Qui agit de infamibus ad dignitates, vel honores non promouẽdis, & ab alijs muneribus ciuilibus, & publicis
4 non excuſandis. Animaduertendum eſt autem, quod is titulus, eiuſque diſpoſitio obtinet locum in infamibus infamia facti, & iuris, vti docet Gregorius in l. 7. tit.
5 6. p. 7. gloſ. 1. vbi, & in ſequentib. gloſsis legendus eſt, agit etenim de huius tituli materia, eamque mirabiliter explicat, conuenit enim illa, l. cũ hac tractatione, & videndus eſt etiam Ioan. Gutier.
6 conſil. 30. Quæ autem ſint munera, quæ habent, vel non dignitatem annexam diximus in titulo ſupra, quemadmodũ ciuilia munera indicuntur, num. 2. & in titulo, ff. de muneribus, & honor. num. 9. Legendi ſunt etiam Bobadilla in politica, lib. 3. cap. 8. nu. 14. & alij, quos ipſe allegat hic.

Titul. LVIII.

De reis poſtulatis.

SVMMARIVM.

1 R*Eus quis dicatur.*

2 *Rei poſtulati qui ſint.*

3 *Huius*

3 *Huius tituli ſumma, & intentum.*
4 *Rei poſtulati, an veteres honores retineant, & ad alia noua munera aſpirare poſſint.*
5 *Rubrica expoſitio traditur.*
6 *Auctorum Theorica allegantur.*

1 SCiedum eſt, quod in cauſis ciuilibus, qui agit, & petit, actor, vel petitor: in criminalib' verò, qui accuſat, acuſator dicitur, & tam in ciuilibus cauſis, qui cõuenitur, quam in criminibus, qui accuſatur reus appellatur, vt diximus in titulo, ff. de duobus reis, vbi etiam explicamus, vnde reus dicatur, ſed in titulo præſenti rei accipiuntur pro his, qui in criminalib' cauſis accuſantur, vt ſtatim
2 ſubijciam. Rurſus animaduertendum eſt, quod poſtulare, verbũ, plura admittit ſignificata, de quibus faſi ſumus in tit. ff. de poſtulãdo, & C. eod. & extra eod. & in titulo extra de poſtulatione prælator. & docent Briſonius, Prateius, Otomanus ad verbũ, poſtulare, & inter alia ſignificat, accuſare, l. 53. ff. de fideiuſſor. l. i. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit: indeq; rei poſtulati dicũtur rei de aliquo crimine accuſati: & de his eſt iſti' tituli tractatus, l. vnica, infra eod.
3 Qua cauetur, ꝙ rei criminis poſtulati, ſeu accuſati ad nouos honores lite pendente aſcendere nequeunt antequam innocentiam ſuam purgauerint. Et hæc totius
4 tituli ſumma, & hoc intentũ: quę quidem lex in nouis honoribus procedit ſecus in veteribus, quos rei accuſati retinẽt, l. libertus, §. in quæſtionibus, ff. ad municipal. & tenent Azo, Acurſ. & alij in dict. l. vnica, vbi idem Acurſius. glo. fin. affirmat poſſe iſtos reos accuſatos ad alia munera, quæ nõ habent honorem annexum aſpi-
5 rare. Vnde ex iam dictis præſentem rubricam hoc modo poſſumus explanare de reis poſtulatis, id eſt, titulus 58. in quo agitur de reis poſtulatis, hoc eſt de reis criminaliter accuſatis ad nouos honores nõ promouendis pendente
6 ipſa accuſationis cauſa. Et ad hũc titulum videndus eſt Bartolus in l. Barbarius, num. 17. ff. de offic. Prætor. & in l. qui à latronibus, §. 1. nu. 1. ff. de teſtament.

Titulus LIX.

De his, qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt.

SVMMARIVM.

1 R*Vbrica diuiſio.*
2 *Exiliũ, quid, & quotuplex ſit.*

3 *Exilium vnde dictum, & qui dicantur in exilium dati.*
4 *Ordo quid ſit, quique ab ordine moti dicantur, & numero 5.*
6 *Huius tituli ſumma, compendium, & intentum, oſtenditur.*
7 *Rubrum declaratur.*
8 *Theorica generales citantur.*

1 DVAS in partes ſcindéda eſt rubrica noſtra. Quarũ altera continet illa verba, de his qui in exiliũ dati. Altera eſt ibi, vel ab ordine
2 moti ſunt. Et vt primam partem percipiamus, animaduertimus, q exilium in lata ſignificatione accipitur, comprehendit enim deportationem, l. 5. C. de ſacroſan. Eccleſ. & relegationem, l. 5. ff. de interdict. & releg. & in illo titulo fuſius explicuimus (quo loci etiã diximus, quid ſit deportatio, quidque relegatio, & quod verſetur diſcrimen, & quæ differentia inter relegatos, interdictos, & deportatos, & tradit Menochius de arbitrar. lib. 2. Centuria 4. caſu 330.) Significat etiam exilium latam fugam, dict. l. 5. ff. de interdict. & releg. & eſt duplex temporarium, & perpetuum, l. vltima, ff. de iniurijs, l. 13. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, l. 4. ff. de interdict. & releg. Dicitur autem exilium ab ijs particu-
3 lis, ex, & ſolum ſoli. Quaſi, ex ſolum, id eſt, extra ſolum. Indeque exules dicuntur hi, qui ſolo patriæ expulſi ſunt, vt auctor eſt Quintilianus, declamatione 366. & ſeſt. lib. 5. exules etiam, & in exilium dati, de quibus agit is titulus, idem ſunt, quod intelligendum eſt de his, qui in exilium temporarium non perpetuũ dati ſunt: de his etenim, tantum eſt huius tituli tractatus, vt infra
4 ſubijciam. Et hactenus de priori parte rubricæ. Pro ſecundæ explicatione dicendum, quod ordo, cuius hic fit mentio eſt, ordo ille antiquus Decurionum, qui appellatur Curia, & idem eſt, quod hodie Concilium, capitulum, Cõſiſtorium Decurionum, Conſiliariorum, & Rectorum 6
ciuitatum, & municipiorum, de quo loquitur titulus, ff. de decretis ab ordine faciend. & titulus ſupra de Decurionibus; & titulus ſupra de decretis Decurionum, hoc lib. 10. vbi, & in titulo, ff. de albo ſcribendo, latius declarauimus.
5 Vnde ab ordine moti, dicuntur, id eſt, ab ordine, & Concilio, Capitulo, & Conſiſtorio Decurionum, & Curię moti, hoc eſt remoti interdicti, & ſuſpenſi ad tempus, l. 1. l. 2. infra eodem. *Como ſi alguno le ſuſpendio el iuez por algun tiempo del oficio de Regidor Abogado, o otro de republica,*

que

que tenia por algun delito que hu-
6 *uieſſe cometido.* His ita expoſitis intelligere oportet, quod hic titulus eò tendit, vt oſtendat an hi, qui ob crime perpetratum in exilium temporarium dati ſunt, id eſt, ſententia iudicis condemnati, & iam exules facti. Item Decuriones, & aduocati, quibus officio Decurionatus, & aduocationis ad tempus interdictũ eſt, ab eoque ſunt remoti, & ſuſpenſi, finito exilio, vel ordinis, & officij ſuſpẽſione completa, poſsint ad priſtinos honores redire, eoſque reſumere, & ad nouos aſpirare; quã de re illud Axioma, hoc titulo proponitur, quod ſi Decuriones ab ordine, & dignitate Decurionatus, vel aduocati ab officio aduocationis ſuſpenſi, & ad tempus remoti ſunt, tempore ſuſpẽſionis finito, priſtinos honores recuperant, & ad nouos admittuntur, dict. l. 1. quæ ſecundam rubri partem reſpicit. Rurſus, quod rei in exilium temporariũ dati, impleto exilij tempore, ad priſtinos reuertũtur honores; ad nouos autem neutiquam admittuntur, niſi tanto tẽpore ab ijs abſtinuerint, quanto per fugam latam, id eſt, exilium abfuerunt, l. 2. Quæ ad primam rubricæ partem pertinet, & id eſt in ſumma totius tituli compen-
7 dium, & intentum. Ex quo, & antea explicitis hic ſenſus, & iſta declaratio ad eius rubrum poteſt adaptari, de his qui, &c. Id eſt, titulus 59. in quo quidem tractatur de his, qui in exilium dati, hoc eſt, qui ob crimen à ſe perpetratum exules ad tempus ſententia iudicis facti ſunt, vel ab ordine moti ſunt, id eſt, ab ordine, Concilio, officio, & dignitate Decurionũ, vel ab aduocationis officio à iudice remoti, & ad tẽpus ſuſpenſi ſunt, cauſa ſimiliter alicuius criminis, oſtenditurque an finito exilio, & officij interdictione cõpleta poſsint iſti ſuſpenſi, & exules priſtina officia recuperare, & ad noua recipi, & facit ad præſentem titulum, l. Imperator, vbi Doctores, ff. de poſtul. & videndus eſt Tiraquellus de retractat. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 46. Bobadilla lib. 3. cap. 8. num. 14. & alij quos ibi citat.

Titulus LX.

De filijs familias, & quemadmodũ pater pro his teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Filij familias, qui dicantur.*

2 *Quis ſit finis, & ſcopus in quem is titulus dirigitur.*

3 *Huius tituli ſumma refertur.*

4 *Munus protoſtaſia, quid ſit, remiſsiuè.*
5 *Rubri expoſitio traditur.*
6 *Auctorum generales remiſsiones allegantur.*

1 Filij familias, vel filij familiarum, (vtrũque enim dici poteſt.) Dicuntur hi, qui in parentis ſunt poteſtate, l. 4. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. & diximus latè in rubrica, C. de patria poteſtate: appellanturque filij familias ad differentiam filiorũ mancipatorum, qui extra patris poteſtatẽ ſunt, de quibus fuſi ſumus in titulo, ff. de adoptionibus, nec non in titul. C.
2 de emancipationib. liberor. De his ergo filijs familias agitur in hoc titulo, quo docemur, quando & in quibus caſibus pater teneatur pro filio familias ad Decurionatũ, vel ad aliud munus publicum promoto, & electo, ſi tali electioni pater ipſe conſenſerit, & filius ex praua adminiſtratione debitor factus fuerit: & is eſt finis, & ſcopus
3 in quem is titulus dirigitur. Et ita conſtituit, quod ſi pater conſentiat Decurionatui filij emancipati nõ tenetur pro eo, licèt male geſſerit, ſi verò conſenſerit electioni filij familias Decurionis creati, tenebitur vtique, & tunc conſentire videtur ſi expreſsim non proteſtetur ſe diſſentire, l. 1. infr. eod. vel à tali electione appellauerit, l. 2. Item, quod filius familias, cũ patre ſuo ad munus protoſtaſiæ, vel ad aliud ſimul eligi nequeat, ſecus ſi emancipatus
4 fuerit, l. 3. (quid autem ſit munus protoſtaſiæ explicãt Pyrrhus, & Alciatus, in l. 8. ſupr. de muneribus patrimon. hoc lib.) Prætereà, quod pater non ſit obligatus pro filio familias curatore creato, ſed magiſtratus, qui illũm nominauerit tenebitur, l. vltima, infr. eod. tit. & hæc ſunt in ſumma, quæ
5 hoc titulo continentur. Ex quibus, & ſuperioribus, hæc poteſt deduci ad noſtrum rubrum expoſitio, titulus 60. qui tractat de filijs familias, id eſt, de filijs, qui ſunt in patris poteſtate, & oſtendit, quemadmodum pater pro his teneatur, videlicèt ſi ad Decurionatum, vel aliud munus publicum ſint electi, & tali electioni pater ipſe conſenſerit, ac filij ipſi tale munus malè geſſerint, & adminiſtrauerint, & ex tali adminiſtratione debitores reipublicæ fa-
6 cti fuerint. Sanè de præſenti materia vltra Azonem, & alios hîc, diſſerunt latè Doctores in l. 1. ſupra de decurion. hoc lib. maximè Piſcator omnino videndus, cum caſus occurrat.

Titulus

Titulus LXI.

De periculo ſucceſſo rum parentis.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio.*
2 *Intellectus l. vnica, infr. eod.*
3 *Alius, ac verior intellectus, & num. 5.*
4 *Sacerdotij munus eſt patrimoniale.*
6 *Huius tituli mens, & intentio.*
7 *Rubri explicatio.*
8 *Periculi ſignificatio.*

1 IN titulo primo ſu
periori ſtatutũ eſt,
(& ibi diximus)
quod ſi pater con-
ſentiat electioni fi-
lij ſui familias De-
curionis creati, vel ad aliud mu-
nus promoti, male gerentis, &
adminiſtrantis, tenebitur pro eo,
vt probat, l. 1. illius tituli, & l. 1.
ſupra de Decurionibus hoc lib.
10. quæ exigit, bonorũ excuſio-
2 nem præcedere. In hoc autem ti-
tulo deciditur, & declaratur, vt
in caſu poſito etiam ſucceſſores
ipſius patris defuncti, id eſt, hæ-
redes teneantur pro hæreditarijs
portionibus pro filio electo, dum
modò filius ipſe in vita patris ta-
le munus gerere cœpit, ſecus au-
tem ſi poſt eius mortem, quod
maximè procedit, ſi pater in vita
patrimonium ſuum obligauit, ac
reipublicæ indemnitatem ſub pe
riculo ſuo promiſit tempore ele-
ctionis filij, l. vnica, infr. eod. ſic in-
telligenda, ſecundum Doctores
3 cõmuniter hic. Verumtamẽ hic
ſenſus, & intellectus, quamquam
in ſe verus ſit ex d. l. 1. ſupr. de De-
curionibus, nimis generalis eſt ad
eandem, l. vnicã huius tituli, quæ
tantum loquitur ſpeciatim in ca-
ſu, quo filius fuit creatus ſacerdos.
4 Eſt autẽ ſacerdotiũ de iure ciuili
munus patrimoniale, veluti Aſiar
chia: nam qui eo fungitur tene-
tur ad ſumptus ludorum, & certa
minũ, quæ fiunt in honorẽ Deo-
5 rũ, teſte Cuia. in d. l. vnica. Cuius
verus ſenſus eſt, quod ſi patris vo
luntate filius ſacerdos fiat, & de
ſuo pater ludos, & expenſas pro-
mittat, & poſtea moriatur, non tã
tum filius ipſe ſacerdos, ſed om-
nes alij hæredes patris ad eiuſmo
di expenſas, & ludos electionis ſa-
cerdotij tenentur, vti rectè docet
ibi Ioan. de Plat. & Cuia. ex quo
6 colligitur. Primò, qualis ſit iſtius
tituli mens, atque intentio, ſcili-
cèt oſtendere, quis teneatur ad lu
dos, quæ fiunt in honorem Deo-
rum tempore, quo quis ſacer-
7 dos eligitur. Deinde deduci-
tur huius rubricæ tenorem, ita

explicandum eſſe, titulus 61. in
quo diſſeritur de periculo, ſucceſ-
ſorum parentis, id eſt, tractatur
de periculo, hoc eſt diſpendio,
ſumptu, & damno ſucceſſorum,
id eſt, hæredum, parentis, ſcilicèt
defuncti, cuius voluntate filius
eius familias Sacerdos fuit electus,
& creatus. Ac pro eo expenſas,
& ludos talis electionis reipubli-
8 cæ promiſit. Periculum autem
licèt plura ſignificet, vt in l. ſtipu-
latio in princip. ff. de damno in-
fecto. & in titulo, ff. & C. de pe-
riculo, & commod. rei uendit. vbi
Doctores notant: in præſenti ta-
men tractatu, accipitur pro ſum-
ptu, damno, & diſpendio, quod
reſultat ex electione Sacerdotij
de filio familias factæ, ad quod pa
ter ipſius in vita, ac eo mortuo,
hæredes eius tenentur. Et in hac
eadem ſignificatione accipitur pe
riculum in titul. infr. de periculo
nominatorum, lib. 11.

Titulus LXII.

De mulieribus, & in quo loco munera ſexui congruentia, vel honores agnoſcant.

SVMMARIVM.

1 *Munus, quid, & quotuplex ſit, & quid honor, remiſſiuè.*
2 *De quibus mulieribus loquatur is titulus, declaratur.*
3 *Mulieres â muneribus regulariter ſunt remotæ.*
4 *De muneribus, & honoribus quorũ mulieres capaces ſunt.*
5 *Præſentis tituli, mens, atque intentio oſtenditur.*
6 *Eius ſumma, & diſpoſitio traditur.*
7 *Rubrica interpretatur.*
8 *Quid ſit propria origo, & domicilium, remiſſiuè.*
9 *Regiæ conſtitutiones huic titulo congruentes allegantur.*

1 QVID ſit munus
publicum, & quo
tuplex, & quid ho
nor, diximus latè
in titulo, ff. de mu
neribus, & honor.
& in titul. ſupr. de annonis, & tri-
but. nec non in tit. ſupr. de mune-
ribus patrimoniorum, hoc lib. 10.
vbi gloſ. rubricæ explicat, ac dif-
fuſè proſequitur Bart. in l. vnica,
infr. eod. vbi legendum eſt: nam
hoc debet eſſe præludium pri-
mum pro iſtius tituli introductio
2 ne. Deinde animaduertẽdum eſt,
quod mulieris appellatione com-
prehenduntur omnes quæcum-
que ſexus fœminei ſunt, l. 25. §.
muliebri, ff. de auro, & argent. le-
gat. ſiue virgines, aut viduæ, vel
corruptæ ſint, ſiue nuptæ, aut deſ
ponſatæ, l. 8. ff. de verbor. & rerũ
ſignifica-

ſignificatione,quã de re videndus eſt Tertulianus in lib. de velandis virginibus,ſed hic titulus, dumtaxat,de mulieribus nuptis agit, vt patet ex dict.l.vnica, infr. eod. &
3 infra ſubijciam. Prætereà eſt notandum, ac præiacendum, quod trita, & vulgata iuris regula eſt, quod mulieres,& fœminæ ab omnibus muneribus ciuilibus perſonalibus,& officijs publicis ſunt remotę,& ideò,nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratũ gerere, nec poſtulare, nec procuratrices exiſtere,nec alia publica munera per ſodalia ſubire, l.fœminæ,ff.de reg. iur. vbi elegans gloſſa,& Doctores,l.3.§.corporalia,ff. de mu
4 ner.& honor. Ab iſta tamen regula excipiuntur munera perſonalia, & honores, quæ ipſi ſexui muliebri congrua ſunt, & quorum talis ſexus incapax non eſt: nam ea poſſunt,imò renétur mulieres ſubire, & agnoſcere, dict.l. vnica,infr.eod. cuius generis ſunt munera,& officia publica,ex quorum adminiſtratione mulierum pudicitia non læditur, vt docet Barr nu.19.in præfat.l. vnica, vbi Lucas,prima colum. vtputà officium obſtetricis ad inſpiciendos ventres aliarum mulierũ, an ſint pregnantes,l.1.ff. de ventre inſpiciendo.Item mulier poteſt eſſe arbitrix inter alias mulieres,c.Quinta Vallis de iure iurand. Et etiam poteſt eſſe denunciatrix delictorum fœminarum, quæ in notitiã maſculorum frequẽter venire nõ poſſunt, vt auctores ſunt Bart. & Lucas de Penna in loco modò allegato, v.g. in crimine abortus, quod occultè,& inter mulieres ſolet fieri ſolet, vel ſuppoſiti partus, &c. Honores autem, quorum capaces fœminæ ſunt, hi conſiderantur veluti,quod eſſe poſſunt Abbatiſſæ monialium, vel Reginæ, Comitiſſæ, aliævè dominæ præexcelentes,quæ ſuccedunt in Regno,Comitatu, vel alio ſtatu habente honorem, iuriſdictionem, ac dignitatem annexam, vt quotidie videmus, & probat text. in c. dilecti, de arbitris. & tradit Moli. lib.3. de Hiſpan. primogenijs, c. 3.num.4.& 5. Petrus Gregorius de ſyntagm.iuris,3.part.lib.32. c. 13.num. 2. & ſequent. & lib. 47, cap. 11 num. 1. cum ſequent. & num.6. Bobadilla, qui multos citat,in politic.lib.2.cap.16. ex nu. 222.cum ſequent. Azeuedus in l. 7.tit.9.num.20.lib.3. Recopil. & de iure huius Regni probat, l. 2. tit.15.part.2.l.2.tit.18.part.3.l.4. tit.4.part.3.dict.l.7.dict.tit. 9. lib. 3.Recop.Et in vniuerſum dicendum eſt ea munera, & illos honores, poſſe mulieres in republica gerere,ex quorum geſtione earũ pudicitia,neutiquam læditur, vt ſupradiximus,in quo ſæpè ſepius ſtandum eſt, cuiuſque ciuitatis,
5 vel municipij conſuetudini.Quibus

bus ita poſitis, & prænotatis, intellige, quod titulus iſte oſtendit in quo loco mulieres nuptæ munera, & honores, quorum ſunt capaces gerere, & ſubire teneantur, an, ſcilicèt in loco ſuæ originis, vel in loco domicilij, & incolatus mariti. Et hæc eſt eius propria mens, & intentio, vt in dict. l. vni-
6 ca, infra eod. Qua cauetur, quòd munera perſonalia, atque honores in loco domicilij maritorum, & non propriæ originis agnoſcere, & genere debent, & idem dicendum eſt, de muneribus mixtis, quorum capaces ſunt ſecundú Lucam de Penna ibidem: patrimonialia verò eo loci ſubire debent, quo patrimonia poſsident. Et id eſt in ſumma, quod is titulus continet, ex quo, & ſupra expoſitis hæc interpretatio deduci poteſt ad eius rubrum, de mulie-
7 ribus, &c. Id eſt, titul. 62. qui quidem agit de mulieribus, ſcilicèt, nuptis, & in quo loco, &c. Hoc eſt, & oſtendit in quo loco ipſæ mulieres munera, atque honores quorum ſunt capaces, debeant agnoſcere, & ſuſtinere, an in loco ſuæ originis, vel in loco domicilij mariti; aut in loco in quo patri-
8 moniæ poſsident. Quòd autem ſit propria origo, & domicilium, ex poſui in titulo, ſupra de incolis, & originarijs, & in titulo ſupra de incolis, lib. 10. Igitur is titulus eſt de muneribus, & honoribus mulierum nuptarum ſolummodò, de mulieribus autem aliarum, né pè virginum, viduarum, corruptarum, & earum, quæ deſponſatæ, vel non iure nuptæ ſunt, & in quo loco ea ſubire debeant diſſerunt Azo, Accurſ. & alij in dict. l.
9 vnica, infr. eod. Ad cuius legis materiam conducunt omnes leges Regiæ ſupra citatæ, & l. 27. tit. 3. lib. 6. nouæ Recopila. (vbi ſi libet vide Azeuedum) quas non citat Sebaſtianus Ximenez hîc.

Titul. LXIII.

De legationibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatorū varia genera.*
2 *Legatorum munus, & officium legatio appellatur.*
3 *De quibus legatis, & legationibus agit hic titulus, declaratur.*
4 *Summa, quæ continetur hoc titulo refertur.*
5 *Eius intentio ex prædictis colligitur.*
6 *Rubrica explanatur.*
7 *Legationis munus eſſe perſonale affirmatur.*
8 *Regiæ conſtitutiones huc pertinentes, remiſsiuè citantur.*

Legato-

1 LEgatorum varia
genera ſunt, vt
oſtendimus latè
in tit.ff.eod. & in
tit. extra de offi-
cio legati. Quo-
rum quidam ſunt legati non iudi
ces,qui a republica, ſeu munici-
pio,cum mandatis ad Regem,vel
alium Principem mittuntur, vel
ad rempublicã decreto Decurio-
num,& negotij publici cauſa pe-
regrinantur, vel qui ab vno Re-
ge, ſeu Principe ad alium Regẽ,
ſeu Principem deſtinantur, vt ibi
fuſius probauimus: qui ambaſia-
2 tores,vulgò, *Embaxadores*, nun-
cupantur, & iſtorum munus, &
officium,legatio, appellatur, l.4.
ff.eod.& conſtat ex Cicerone lib.
3 15. epiſtolar. ad Atthicũ: & de his
legatis, eorũque legationibus,id
eſt,nunceribus, & officijs agit ti-
tulus,ff.eod.& etiam eſt huius ti-
tuli tractatus, quo hæc potiſsimũ
4 cõtinentur. Primò,quod qui tres
liberos habet,excuſatur à mune-
re legationis,l.1. Itẽ,quod ſi plu-
res legati ad defendendam cau-
ſam publicam mittantur, & alter
ex his decedat,vel aliàs legationis
munus deſerat, illius ſalariũ non
accreſcit cæteris illud adimplen-
tibus, l.2. Præterea, quod quid
trans mare legatione functus ſit,
intra triennium à tali legatione
finita,munerum ciuilium, & ho-
norum vacationem habebit, ſe-
cus autem erit ſi in partibus pro-
ximis, & propinquis munus lega
tionis geſſerit,l.3. Deinde, quod
licèt dignitates Præſidatus,& Co
mitatus iam præteritæ,& per ſuf
fragia obtentæ à muneribus ciui
libus,& perſonalibus, nullã præ-
beant excuſationem: legatio ta-
men ſola excuſat intra biennium
à fine, & termino ipſius compu-
tandum,l.4.iuncta,dict.l.3. Rur-
ſus,ſi Præſes prouinciæ, vel alius
ſuperior conuocat Concilium,&
Decurionum ordinem, ab eiſque
ſanum Conſilium expoſcit ſuper
eminenti aliquo negotio, quod
publicam reſpiciat vtilitatem, &
deliberatum ſit,vt ad Principem,
vel eius curiam legatus mittatur,
id quod maior pars Curialiũ de-
creuerit à Præfecto, vel Principe 3
approbandum eſt,l.5. Tandem,
quod non debet legatio ad Princi
pem mitti,niſi conſenſu Decurio
num in ſuo Cõcilio, & Curia fue
rit decreta, & ſuperioris auctori-
tate approbata,in quo Cõcilio nõ
ſunt expectandi abſentes, nec in-
5 firmi,vel aliter impediti,l.fin. Et
hæc eſt tota præſentis tituli ſum-
ma,ex qua, & paulò antea dictis
colligitur.Primò, quod præcipua
eius mens, atque intentio eſt tra-
ctare de excuſationibus,quæ poſ-
ſunt alicui competere ab ipſomet
legationis munere, & etiam de
his, quibus idem legati, cauſa le-
gationis, ab alijs muneribus ciui-
libus,

Digitized by Google

libus, & publicis perſonalibus excuſantur; atque etiam oſtendere qualiter, & quorum auctoritate, conſenſu, & decreto ſit legatio
6 mittenda. Secundò deducitur ad præſentem rubricam huiuſmodi expoſitio, titulus 63. in quo tractatur de legationibus, hoc eſt de muneribus, & officio legatorum, id eſt Ambaſiatorum, ſcilicèt oſtẽditur, quis ab hoc munere poſsit excuſari, & an idem legati, ab alijs muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus vacationẽ habeant, & intra quod tempus, & qualiter, ac quorum conſenſu auctoritate, & decreto legatio ſit mitten-
7 da. Eſt autem legationis munus perſonale, vti aduertit Acurſ. hic
8 in princip. Huc pertinent omnes Regiæ conſtitutiones, quas in titulo, ff. eod. citauimus.

Titul. LXIIII.

De excuſationibus artificum.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatio, quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Artis multiplex definitio traditur.*
3 *Artes liberales, quæ ſint, & cur ita appellentur, explicatur.*
4 *Artes mechanicæ, quæ & quare ita vocantur.*
5 *Artifices, de quibus is titulus agit, qui dicantur.*
6 *Huius tituli ſummaria mens, atque intentio oſtenditur.*
7 *Rubrum exponitur.*
8 *Hunc titulum, eiuſque diſpoſitionem in deſuetudinem abiſſe, affirmatur.*

1 EXcuſatio, quid ſit expoſitum nobis eſt titulo, ff. de excuſation. tutor. & in titulo, ff. de vacatione, & excuſa. mune. & ſupr. de excuſation. muner. hoc lib. 10.
2 Deinde, vt cognoſcamus, qui artifices ſint, ſciendum eſt, quod ars eſt poteſtas, viam, & ordinem efficiens, vt ex Cleãthe auctore tradit Marcus Fabius, lib. 2. c. 17. Vel ſecundum Galenum, ars eſt multorum præceptorũ collectio, ſciẽtia, & diſciplina, vt ſenſit etiam Corraſius lib. 2. Miſcel. c. 18. Vel ſecundum Porphirium, ars eſt de infinitis finita doctrina, vt tradit Acurſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iure, vbi
3 ſcriptores alij notant. Artes autẽ conſiderantur dupliciter. Quædã enim ſunt artes liberales, vt Grãmatica, Rethorica, Dialectica, triuium Muſica Geometria, Aſtronomia, & Ariſtmetica. Quæ liberales dicuntur, quia ſolius ingenij, & animi, nõ corporis, vel manuum

nuum

nuum miniſterio peraguntur, vt colligitur ex l.1.ff.de var. & extra. cogn.& docent Prateius, verb.ſtudia liberalia, Caleopinus, verbo, liberalis, & de his, nec de earum profeſſoribus non eſt titulus iſte, ſed titulus ſupra de profeſſoribus, & medicis, hoc lib. 10. & titulus infra de ſtudijs liberalibus vrbis Romæ, lib.11. vbi diximus, nec nõ
4 in titulo extra de magiſtris. Aliæ ſunt artes mechanicæ, videlicet, quæ corporis labore, ac manuum operatione, & miniſterio exercentur, & quæ humanorum corporũ neceſsitatibus neceſſariæ ſunt, vt docent Acurſ.& alij hic, Lucas de Penna in l. 2.infr. eod. Cuiuſmodi ſunt architectura, pictura, & ars fabriferrari, tonſoris, ſutoris, ſarcinatorũ, & aliæ, quas enumerat text. in l.1.§. & notitia eſt iſta, & in dict.l.2.infr. eod. & in l. fin.ff.de iure immunita. Quæ mechanicæ dicũtur à verbo, mechor mecharis, quod eſt adulterari: ſunt etenim artes ſeruiles, atque ignobiles, quæ frequenter ab hominibus ignobilibus, & infimæ conditionis exercentur, & quoniam illi eis ſæpiſsimè abutuntur, & ſic in illis adulterantur, & mechantur: mechanicæ, id eſt, adulterinæ appellantur, vt docet Lucas de Penna hic, & in d. l.2. in
5 princ.inf.eod. Et harum Artium profeſſores, artifices nuncupantur, quaſi artem facientes, quos meneſtrales vocant leges partitarum, l.9.l 10.tit.8. part.5. & officiales appellat.l.3.tit.11.lib.5. nouæ Recopilat.vulgò, *Oficiales de oficios baxos, y mechanicos, como ſon canteros, carpinteros, pintores, herreros, albañes, ſaſtres, çapate-*
6 *ros, &c.* Et de his conditus eſt titulus iſte, qui quidem eò tendit, vt nobis oſtendat an eiuſmodi artifices, à muneribus ciuilibus, & publicis perſonalibus excuſationem habeant, & ita conſtituit, quod omnes artifices cõprehenſi in breui, id eſt, matricula, cuiuſque ciuitatis, vel municipij immunes ſint, & excuſati à præfatis muneribus perſonalibus, dict. l.1. in princip. Quorum nomina, & officia congerit text.in dict. §. & notitia eſt iſta, & in præfat.l.2. de quorũ ſignificatione legendi ſunt Pyrrhus.& Alcia.in d. §. & notitia eſt iſta: nam mirificè explicat, & declarát, quod tamen intelligẽdum eſt, tantummodò de his artificibus, qui monarchiã, & ſcholam habent ad docendum huiuſcemodi artes, quique earum ſtudio frequenter inuigilant, tanquam magiſtri docentes, & tanquam diſcipuli ædiſcentes: nam in præſenti tractatu omnes hi artificum appellatione continẽtur, vti Azo hic, & Bartolus in dict. l. 1.rectè opinantur, & probari videtur in eadem, l.1.ibi, ſi quidem in diſcendis artibus otium ſit acõ modan-

modandũ, idque verius eſt, quidquid contrà putent Accurſius hìc, & in dict. l. 1. ibique Ioannes de Platea exiſtimantes in artificibus docentibus, tantum non indiſcentibus iſtum titulum procedere.
7 Ecce igitur habes, qualis ſit huius tituli ſummaria mens, atque intẽtio, ex qua, & ex omnibus ſupradictis eiuſmodi nitidus ſenſus, ac expoſitio plana, ad eius rubrũ poteſt adaptari, titulus 64. qui quidem differit de excuſationibus artificum, id eſt oſtendit, qui artifices artium mechanicarum excuſationem habeant à muneribus ciuilibus publicis, & perſonalibus. Huc pertinet dict. l. fin. ff. de iure immunita. Sanè prætereundum non eſt, quod text. in præfat. l. 2. infr. eod. incongruè à iuris compoſitionibus ſub hoc titulo fuit collocata, quatenus de geometria agit, ſiquidem ipſa nõ eſt ars mechanica, ſed liberalis, vt ſupra diximus, vti rectiſsime aduertit, Lu
8 cas hìc. Porrò hodiernis temporibus pręfatę ſcholę, & monarchiæ docẽdi iſtas artes mechanicas nõ ſunt in vſu, nec artifices in matricula populi deſcribuntur: idcircò exiſtimo ſine dubio, etiam immunitates, & excuſationes per hunc titulum, & alia iura eis conceſſas in deſuetudinem abiſſe, ac per cõſequens noſtrum titulum deſuetudine abrogatum eſſe.

Titul. LXV.

De potioribus ad munera nominandis.

SVMMARIVM.

1 *IN munerum, & honorũ electionibus, quis ordo ſeruandus ſit.*

2 *Potiores, qui ſint, èxplicatur.*

3 *Tituli huius vera mens ſumma, atque intentio, declaratur.*

4 *Rubri tenor conſtruitur, & interpretatur.*

5 *Munerum materia, remiſsiuè memoratur.*

6 *An omiſſo digniori, dignus elegi poſsit per auctorum remiſsiones, diſputatur,*

1 IVRIS ciuilis Axioma notiſsimum eſt, quod in munerum, & honorum ciuilium, & publicorum, electionib. ordo ſeruãdus eſt, vt gradus à minoribus ad maiores procedatur, & omnibus municipibus, & incolis, tam minoribus, quam maioribus munera publica, & honores indicantur, l. vt gradatim, l. 3. §. præſens, ff. de muner. & honor. quod tamẽ intelligere licèt, quãdo omnes, qui muneribus, & honoribus

noribus fungi debent reperiun-
tur idonei, alioquin talis ordo nõ
ſeruabitur, ſed potioribus ea mu
nera iniungenda ſunt,& non alijs
dict.l.vt gradatim, l. reſcripto in
princ.ff.de muner.& honor.l.vnj
2 ca,infr.cod.vbi gloſ. Sunt autem
potiores,id eſt,meliores, diuitio-
res, digniores, idoniores, atque
maiores non ſolum gradu gene-
ris,ſed etiam ſubſtantia rei fami-
liaris,l.ad ſubeunda,ſupra de De-
curionibus,hoc lib.10. docet I. C.
Paulus lib.2.ſent.tit. 28. & Lucas
de Penna hic.Et ita potiorum no
men in hoc titulo accipiendũ eſt,
teſtante Briſonio,& Prateio, ver-
bo,potiores,& generaliter dicen-
dum eſt arbitrio iudicantis reli-
quẽdum eſſe,qui potiores ad mu
nera ſint; argumẽto eorum,quæ
docet Menoch. cent.5. caſu 477.
3 in lib.de arbitrar. Igitur de potio
ribus ad munera nominandis, &
eligẽdis factus eſt titulus iſte,quo
deciſum, & cautum eſt, quod ſi
ad munera ciuilia nominatur, &
eligitur minus idoneus, omiſſo
alio potiori,poterit talis nomina-
tus ab ea electione appellare, &
hæc erit iuſta cauſa,vt ſe excuſare
poſſit,dict.l.vnica,infr.cod. Cuius
& totius tituli hæc eſt veriſsima
mens,atque intentio,eiuſque exẽ
plum cõſtitui poteſt in caſu text.
in l.penul. ſupr.quemadmodum
ciuilia munera in dict.hoc lib. 10.
4 Vnde iam facile intelliges præſen
tis rubri tenorem,quem hoc mo-
do conſtruere, & interpretari li-
cet,titulus 65.in quo tractatur de
potioribus ad munera nominan-
dis,id eſt, de municipibus melio-
ribus diuitioribus, dignioribus,
& idonioribus: ad munera ciui-
lia, & publica perſonalia nominã
dis,hoc eſt,eligẽdis,oſtẽditurque
an ſit iuſta excuſationis cauſa ele-
cti, ſi alius potior nõ ſit nomina-
5 tus. Et de munerum, & honorũ
materia dixi in titulo,ff. de mune
ribus,& honor.& ſupra de mune
ribus patrimon. hoc lib. & alibi
6 ſæpe. An autẽ ſi omnes ſunt dig-
ni, & alter dignior poſsit eligi
dignus omiſſo digniori, diſputat
Bobadilla, & alij plures ab ipſo re
lati lib.1.cap.3.num.76. in polit.
& lib.3.c.8.nu.45. & 46.

Titul. LXVI.

Si propter inimicitias creatio facta ſit.

SVMMARIVM.

1 Inimicitia, quid, & quotu-
plex ſit.
2 Inimicitia capitalis, & non
capitalis,quæ ſit, oſtenditur.
3 Huius tituli diſpoſitio, & ſum-
maria intentio traditur.
4 De qua inimicitia loquatur iſte ti-
tulus, explicatur.

§ Rubrica

5 *Rubrica conſtruitur, & explanatur.*

1 INimicitia eſt libido vlciſcẽdi ex odio procedens tẽpus obſeruans, vt definit Lucas de
2 Penna in l.vna,infr.cod. Et eſt duplex:capitalis, & non capitalis, quod ſi cognouerimus,quæ ſit capitalis in conſequentiam, quæ ſit non capitalis facillimè cognoſcemus, cum contrariorum eadem ſit diſciplina in princi. inſtitut. de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris: & quæ dicatur inimicitia capitalis à iure communi non eſt hactenus definitum, ſed totũ hoc arbitrio iudicantis relictum, vt docet Platea in dict.l. vna,infr. cod.Iure tamen huius Regni, id iam explicatum eſt per legem, 2.tit. 17. part. 6.vbi Gregor. gloſ. 15. 16. 17. 18. 19. qui docet qualiter inimicitia
3 probari poſsit.Quo ſuppoſito,docemur hoc titulo,quod qui ab inimicis electoribus ad munera publica ciuilia perſonalia creatus, & nominatus eſt, propter hanc inimicitiam poterit ſe excuſare, & à tali electione appellare:nam eiuſmodi creationes non ex odio, ſed æſtimatione vera,& pro commodo reipublicæ faciendæ ſunt,dict. l.vinica,infr.cod. cuius, & totius tituli hæc eſt ſummaria intentio.
4 Quam legem intellige in inimicitia capitali: nam in quacumque legis diſpoſitione non attenditur inimicitia,niſi ex capitalibus, vel magnis cauſis orta teſtante Gregorio,vbi ſupr. gloſ. 18. & iuxta hæc rubrica noſtra,ita venit conſtruenda, & explicanda, titulus
5 66. Quo docemur ſi propter inimicitias capitales creatio ad munus publicum perſonale facta ſit, an creatus,& electus poterit excuſari, & per appellationẽ ſe tueri. Et facit textus in §. item ſi propter inimicitias,inſtitut. de excuſ. tutor.& d.l.2.tit.17.p.6.

Tit. LXVII.

De ſumptuum recuperatione.

SVMMARIVM.

1 *SUmptuũ appellationẽ, quæ continentur, remiſsiuè.*
2 *De quibus ſumptibus loquatur hic titulus, exponitur.*
3 *Huius tituli deciſio, & ſumma refertur.*
4 *Rubricæ tenor explicatur.*
5 *In quo diſtat iſ titulus ab illo, C. de fructibus, & litium expenſis, oſtenditur.*
6 *Leges Regiæ ad hunc titulum pertinentes allegantur.*

Sumptuum

1 SVmptuũ appellatione cõtinentur expenſæ cauſa litis factæ, vt diximus in tit. C. de fructibus, & litiũ 2 expenſis. Sed in hoc titulo, ſumptus accipiuntur pro expẽſis, quę fiunt ſolummodo in cauſa appellationis interpoſitæ ab iniuſta aliqua electione de munere publico 3 perſonali facta. Et ita cõſtituitur, quod ſi quis ad munus publicum perſonale ſit electus, qui de iure munerum vacationem, vel excuſationem habebat, veluti quinq; liberorum, vel aliam, quæ à nominatoribus non fuit admiſſa, & à tali electione, ſeu nominatione appellauerit, & in cauſa appellationis victor euaſerit, ſumptus, quos in lite fecit ab electoribus, & nominatoribus, iudicis officio recuperabit, l. vnica, infra eod. iuncta gloſ. 1. 2. 3. Et hæc eſt eius deciſio, & ſumma, quam intellige, dummodò electores, ſeu nominatores in eadem cauſa appellationis ſint citati, & cum eis litigatum ſit, vt notat Bartolus ibi.
4 Ex quibus infertur præſentẽ rubricam hac forma exponendam, & ſupplendam eſſe, titulus 67. in quo tractatur de ſumptuum rẽcuperatione, hoc eſt, de recuperandis ſumptibus, & litis expenſis factis ab eo, qui iniuſtè ad munus perſonale fuit nominatus, & à tali electione appellauit, & obtinuit: nam eos ab electoribus recu-
5 perabit. Diſtat autem dupliciter is titulus ab illo, C. de fructibus, & litium expen. Primò in hoc, quod ille de fructibus, & de expẽſis agit: hic verò de expenſis tantum. Secundò, quod ille generaliter tractat de expẽſis, quæ fiunt in quibuſcumque litibus, & cauſis: at hic ſolum de illis, quas quis fecit in cauſa appellationis interpoſitæ ab iniuſta electione de aliquo munere ciuili perſonali fa-
6 cta. Et conueniunt præſenti tractatui, l. 8. tit. 23. part. 3. & titulus 22. lib. 4. Recopilation. cum alijs Regijs conſtitutionibus, quas in dict. titulo, C. de fruct. & liti. expenſis citamus, & videndus eſt Azeuedus in Curia Piſana, lib. 2. cap. 16. num. 9.

Tit. LXVIII.

Si poſt creationẽ quis deceſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Huius tituli ſumma, & deciſio refertur.*

2 *An hęredes eius, qui ad munus publicum, vel honorem, fuit creatus, & poſtea mortuus ipſum ſubire, & continuare teneantur, & nu. 1.*

L 3 *Rubrica*

3 *Rubrica conſtruitur, & explanatur.*

1 SI ad munus publicũ perſonale, vel honorem aliquis ſit creatus, id eſt electus, ac nominatus, & ante diem quo munus, vel honorem ipſum ſuſcipere debuit, moriatur, eius hæredes nequaquã tenentur illud ſubire, aut adimplere, nõ enim tale onus ad hæredes tranſit, vtputà ſi electio ante Kalendas Ianuarias fuit facta. & dies, ex quo electus tali munere, vel honore vti debebat, erat ab ipſis Kalendis in poſterũ, iuxt. l. Publius, ff. de condit. & demõſtra. Et ante ipſas Kalẽdas poſt electionẽ in illo medio tempore interiecto deceſſerit, hæredes eius ad præfatũ munus, vel honorẽ minimè adſtringuntur, vt diſpoſitũ extat in l. vnica, inf. cod. Cuius, & totius tituli hæc eſt tota deciſio,
2 ſumma, & intentio. Quã tamen intellige procedere in caſu, quo electus, qui deceſſit ab electione, & muneris creatione in vita ſua non appellauit: nam ſi appellaret, & pendẽte appellatione mortuus eſſet, eius hæredes tenerentur appellationis cauſam proſequi propter periculũ, & damnum medij temporis. quod reipublicæ poteſt intereſſe, quod qualiter procedat docẽt Azo, Acurſ. Platea, & interpretes alij in præfat. l. vnica, qua de re agit, l. 8. tit. 23. p. 3. & vidẽda ſunt, quæ dixi in tit. C. ſi penden-
3 te appellatione mors interue. Ex quibus deducitur hæc ad præſens rubrũ expoſitio, & cõſtructio, tit. 68. qui conſtituit, ſi poſt creationem, id eſt, electionem de aliquo munere publico perſonali factã, quis, id eſt, electus deceſſerit, videlicèt ante ipſius muneris ſuſceptionem, an hæredes eius teneantur tale munus ſubire, & continuare, necne.

Titul. LXIX.

De tabularijs, ſcribis, Logographis, & cenſualibus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio tituli.*

2 *Tabularij, qui ſint, & vnde dicti, & quod eorum officium ſit, & qualiter, vulgo nominantur.*

3 *Scribæ, qui dicantur, & quibus officialibus hodiè aſſimilẽtur.*

4 *Logographi, qui ſint, & quibus hodie comparentur.*

5 *Differẽtia inter chartularios, & Logographos, ſeu numerarios.*

6 *Quid ſit tabellio, generaliter definitur.*

7 *Horum officia, quibus nominibus vocentur.*

8 Cen-

8 *Cenſuales,qui ſint,& quibus hodie aſsimilentur.*
9 *Notatur Cuiacius.*
10 Boethi,*Logiſta,Medogrāmantei,Diaſtolea,qui ſint,explicantur.*
11 *Tabellionis officium, an ſit vile,necne,remiſsiuè,traditur.*
12 *Huius tituli diſpoſitio,& ſummaria intentio,declaratur.*
13 *Rubricæ tenor per partes explanatur.*
14 *Remiſsiones aliquot citantur.*

1 QVatuor ſunt huius tituli partes. Prima, de tabularijs: altera de ſcribis: tertia, de Logographis: vltima de cēſualibus, vt rubricæ inſcriptio demōſtrat, de quibus ſingulis exponendis ſeparatim, ſigillatimq; diſpiciam.
2 Tabularij, a tabula nominantur, & deriuantur, quæ etymologia, vt radicitus percipiatur,ſciēdum eſt,quod olim, antequàm in vſu eſſēt,papyri, membranæ,& chartæ, omnia quæ in ſcriptis redigi neceſſum erat, vtputà cōtractus, acta iudicialia,epiſtolę,teſtamenta codicillis, ſiue aliæ vltimæ voluntates,libri,& cętera,ſcribebātur in tabulis dolatis,& leuigatis maximè cōfectis ex arbore, quæ buxus appellatur, vulgò, box,quæ ſemper eſt virens, eiuſque materia apta ad ſcribendum, vt auctores ſunt,Luc.de Penna,in l.1. infr. cod.Iſidor.lib. 17. ethymolo.c.6. Diuus Hierony. ad Vicediacon. Viglius in princ. inſtit.de teſtam. ordinand.& diximus in tit. ff. de tabul.exhibend. & conſtat ex tit. ff.de bonor. poſſeſ. ſecund. tabul. & ff.de bonor. poſſ. contra tabul. & C.eod.& alijs,pleriſq; locis cōgeſtis à Briſonio,& Prateio, verbo,tabulas, & ſequentibus, indeque tabularius à tabula nuncupatur,qui quidem in variâ, multiplicique ſignificatione accipitur.Primò,pro calculatore, qui in tabulà artem calculandi, & computādi pueros ædocet, vel aliter eam artem exercet,l.1.§.ludi,ff.de varijs,& extraord.cogn.l.vltima,ſic intelligentia, ff. ſi menſor falſum modum dixer.vulgò,*Contador q̄ enſeña a contar,como oy de ordinario lo hazen los maeſtros de eſcuelas de niños,que enſeñan à leer, y a eſcriuir*,vt tradit Petr. Gregor.de ſyntagmat.iur.2.p.lib.18.c.8. Secundò,pro portitore, ſeu Gerulo epiſtolarum, id eſt, pro eo, qui de vno loco ad aliū epiſtolas deſert,& portat,l. penu.ff.de acquiren. rerū dominio, vulgò,*Correo.* Tertiò,pro calculatore rationum fiſcaliū,l.2.ſupr. de iure fiſci, & in illo titul.diximus,nu. 8.vulgò,*Cōtador de las cuentas del fiſco Real*, ad quos hodie pertinere poſſunt officia, & leges Regiæ congeſtæ, cōgeſtavè in repertorio nou.Rec,

verbo, *Contadores mayores*, & verbo, *Contadores del ſueldo, &c.* Et de his rabularijs non eſt huius tituli tractatus, nec prior hæc rubricæ pars eos reſpicit. Sed potiùs de illis, qui publica inſtrumenta, teſtationeſque in ſingulis ciuitatibus, & municipijs conſcribunt, quique ipſis conficiendis deputati ſunt, l. 11. C. qui potiores in pigno. habeã. l. vltima, §. hi quoque, ff. de muner. & honor. l. 3. infra eod. qui etiam appellantur librarij tabelliones, chatoliciani, vti docent Azo, & Acurſ. hîc, quos propriè in Hiſpania appellamus, *Eſcriuanos publicos ante quien paſſã las eſcrituras publicas de contratos, teſtamentos, y otras vltimas voluntades*, de quibus eſt tit. 19. p. 3. & tit. 25. lib. 4. nouæ Recopilat. & de his accipienda eſt hæc prima
3 rubricę pars ibi, de rabularijs. Scribæ dicũtur, qui circa Principem, vel alios magnos iudices, actis iudicialibus, & alijs geſtis deputati ſunt, qui etiam vocantur ſcriptores, notarij, libellenſes, memoriales, pragmaticales, epiſtolares, & exceptores, l. præcipimus, l. in offerendis, C. de appellar. & docent Azo, & Acurſ. hic, Petrus Gregor. vbi ſupr. lib. 47. cap. 41. & 42. & actuarij, vt tradit Piſcator in l. 15. num. 4. & 5. ſupr. de Decurion. hoc lib. 10. *Los quales podremos oy comparar a los ſecretarios que libran con el Rey*, de quibus eſt titulus 18. lib. 2. nouæ Recop. *Y a los eſcriuanos de Camara de los Conſejos, y Chancillerias, y de los Alcaldes del crimen, y de Corte, que comunmente ſe llaman ſecretarios*, de quibus eſt titulus 19. 20. 21. dict. lib. 2. eiuſdem compilation. *Y a los ſcriuanos de las Audiencias de Seuilla, Galizia, y Canaria, y a los Receptores, y a todos los demas eſcriuanos de los juzgados, y Audiencias, ante quien paſſan todos los autos judiciales, de qualeſquiera juezes ordinarios, y delegados*, de quib⁹ agitur in multis legibus Regijs nouæ Recopilat. congeſtis in eius repertorio, verbo, *Eſcriuanos*, 2. 3. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Et verbo, Receptores, ad iſtorum autem ſcribarum officium pertinet geſta conficere, dicta teſtium, allegationeſque partium in ſcriptis redigere, iudicum decreta, & ædicta ſcribere, omniaque acta iudicialia conficere, vt in iuribus ſuperius citatis probatur, & de iſtis propriè loquitur rubrica noſtra, in ſecũda eius parte, ibi ſcribis, quidquid vellit Cuiac. qui affirmat ſcribas, duntaxat eſſe, curiarum; & municipalium magiſtratuũ ſcribas, vulgò, *Eſcriuanos de Conſiſtorio, y de*
4 *los Alcaldes de las aldeas*. Logographi ſunt, qui publicis rationibus triburorum fiſcalium deſcribendis deputati ſunt, ad quorum officiũ pertinet ſcribere, quãtum tribu-

tributorum nomine à debitori-
bus, & collatoribus exactum ſit,
& ſolutum, & quãtum in milita-
res erogariones expenſum ſit, at-
que debitoribus tributorum apo
chas publicas, & ſecurirares ſolu-
tionis deſcribere: & vt vno verbo
concludam,eorum officium eſt,
quidquid ad publicas fiſci ratio-
nes pertinet ſcribere,l. duos, in-
fra tit, 1.& docet Azo hìc, nu. 10.
Dicunturque Logographi,à Lo-
gos, voce Græca, quæ idem eſt,
quod ratio, vel ſermo, & Gra-
phos, quæ ſonat ſcriptura, quaſi
rationum ſcriptores, vt interpre-
tantur Azo,& Acurſ.hìc, qui aſſe
runt appellari etiam numerarios,
& tabullarios,d.l.duos, infr.tit. 1.
& de ijs agit quoque tit. infra de
5 numerarijs,lib.12.Et ibi diximus:
appellantur quoque chartularij,
vt diximus in tit.ſupr.de Canone
largitionalium,tit.ſed qualis, qua
lis eſt differentia inter chartula-
rios,& Logographos, ſeu nume-
rarios:nã Logographi, & nume-
rárij omnes fiſci rariones tractãt:
chartularij verò, tantum titulos
largirionales,l.3.d.tit.ſupr.de Ca
none largitional.titulor. *Eſtos oy
ſe podran llamar eſcriuanos de ren
tas reales*, de quibus tractatur in
multis Regijs cõſtitutionibus cu
mulatis in repertorio nouæ Re-
copil.verbo, *Eſcriuania mayor de
rentas, y eſcriuanos dellas, y de la
Cõtaduria, y hazienda, y tambien
Contadores de los libros de la ra-
zon del Rey, y ſecretarios de la ra-
zon*, vt diximus in dict. titul. infra
de numerarijs. Et de his intelligi
debet tertia rubri pars,ibi, Logo-
6 graphis. Verùmenimverò præ-
fatis nominibus tabularij, ſcri-
bæ, Logographi, quandoque in
differenrer vtimur, & alterum
pro altero ſumimus, vt aſſeue-
rant Azo, Acurſius, & Platea
hìc, & Paz in praxi vltima anno-
tarione,fol.15.num.2. vbi num. 4.
Tabularium,ſeu tabellionẽ, ſcri-
bam, ſeu Logographum, ita de-
finit, vt ſit perſona publica ha-
bens officium ſcribendi ſuper cõ-
tractibus actis, & alijs rebus ad
fidem faciendam ſuper eiſdem.
7 Horum omnium officium appel
latur, ſcribatus,l.ſi ad ſcribatum,
C. de appellatione, & tabularia,
ſupra de ſeruis reipublicæ ma-
numittend. vulgò, *Eſcriuania*,
vt paſſim, & vulgò, loquimur.
8 Cenſuales verò ſunt, tabelliones
cenſualis miniſterij, id eſt, qui
ſcribẽdis cenſibus deputati ſunt,
l.2.infra eodem, & tradit Acurſ.
hìc,& à cenſu, cenſuales dicũtur:
cenſus autẽ in hac tractatione eſt
tributum,quod Principi, & fiſco
exoluitur. Secundũ cuiuſq; patri
moniũ, quod collecta ab ſcriptori
bus appellatur,vulgò.*Pecho, o ſer
uicio Real*, vt fuſius explicamus
in tit.ff.de cenſibus, & in tit. infr.
de cẽſibus,lib. 11. qui ergo cenſuũ

profeſsiones, æſtima, taxationes, & alia inſtrumenta conſcribunt, cenſuales nuncupãtur. Quorum officium ferè ſimile eſt Logographorũ miniſterio, vt aduertit Acurſ. hîc. *Los quales tambien ſe podran llamar eſcriuanos de rentas reales, que tocã al ſeruicio y pecho*
9 *Real.* Et de his inſcripta eſt vltima rubricę pars ibi, & cẽſualibus: præfatæ autem ad totũ rubrum expoſitiones adaptatæ veriſsimæ ſunt, quidquid opinetur Cuiacius hîc, qui ſuum intentum non pro-
10 bat. Sanè vltra præfatos officiales de quibus eſt huius tituli inſcriptio, ſunt alij, qui Boethi, Logiſtæ, Medogrãmãtei, Diaſtoleæ, vacãtur in l.fin.inf.eod. Boethi ſunt adiutores, qui rationes publicas diſcutiunt, & conſcribunt, vt ſenſit Acurſ.glo.i.in præfa. l. fin. ibi, Alciat. & Prateius, verb. Boethi, vbi horũ varia eſſe genera oſtendit, & ſic videtur eſſe officiales Logographorum, & ſpecies, & pars eorũ, vulgò, *Los oficiales de los eſcriuanos de las cuẽtas y rentas Reales.* Logiſtæ verò dicũtur, qui redẽdis ipſis rationibus publicis, & fiſcalib' præſunt, l. curator, C. de modo multarũ, vulgò, *Los Contadores que toman las cuentas de las rentas Reales.* Medogrãmantei, ſunt hi, quos ſcribę conſulebãt, vt tradit Alex. Scot. in ſuo vocabul. vtriuſque iuris. Vel dicũtur Medicinæ ſcriptores, vt voluit Acurſ. in d.l. fin. & ibi Alciat. & Pratei. verbo, Medographici. Diaſtoleæ, autem appellãtur publicæ, & fiſcalis rationis dictatores, vt auctores ſunt idem Acurſ. in d.l. fin. & idem Alex. Scot. vbi ſupr. verbo, Diaſtoleæ, vel (vt voluit Alciat. in eadẽ l.fin.) eiuſdẽ fiſcalis rationis, correctores, diſtinctores, diuiſores, & reuiſores, vulgò, *Reuecedores de cuentas delas rentas Reales.*
11 An autẽ tabellionis officiũ ſit vile, necne? docẽt Paz, vbi ſupr. nu. 4. Piſcator in loco ſup. citato, alij-
12 q;, quos alij referũt. His ita tenui calamo pro rubricæ ſenſu expoſitis, hæc, titulo iſto proponũtur, & deciduntur. Quàmprimũ, vt ſi tabularij, ſcribæ, Logographi, eorumq; filij ad quamcunque militiam, vel officiũ conuolauerint ante quinquennij lapſum ad priora tabellionatus officia reuerti debent, & reuocari, non poſtea, l. 1. Item, vt ſi Decurio officium cenſualis aſſumpſerit in eo manere debet, nec Decurionatus dignitate gaudebit, nec à tortura, ſi caſus occurrerit, immunis erit, l. 2. Deinde, quod ſeruus tabellio eſſe nõ poſsit, quod ſi ſecus fiat, & dominus ſciat ad intereſſe parti læſæ tenebitur, ac ſeruus ipſe fuſtibus cæſus fiſco applicabitur, l. 3. (Ad quam legem vide, quæ de ſeruo publico ſcripſimus in titulo, ff. de manumiſsionibus, quæ. ſeruis ad vniuerſitat. pertinent. nu. 2.

nu.2. Tandem, quod ſi Boethi, Logiſtæ, Medo Grāmatei, Logographi, Diaſtoleæ, eorumvè filij, ad alia officia adſpirauerint, ad ſua redire debent, qui à ſuo collegio, & corpori ſunt adſtricti, & obligati, nec alicuius priuilegij co
13 lore excuſari poſſunt, d. l. fin. Et iſta eſt totius tituli ſummaria intentio, ex qua, & anteà dictis, & expoſitis non difficulter deducitur: hæc ad eius rubrum declaratio, tit. 69. in quo agitur de tabularijs, &c. De tabularijs (inquam) id eſt, de tabellionibus, qui publica inſtrumenta, teſtationeſque conſcribunt, & eis conficiendis deputati ſunt, vulgò, *Eſcriuanos publicos*: ſcribis, hoc eſt de ijs tabellionibus, qui circa Principem, & alios magnos iudices actis iudicialib9, & alijs geſtis deputati ſunt, vulgò, *Secretarios del Rey, y eſcriuanos de los tribunales, y juzgados ſuperiores, è inferiores*. Logographis, id eſt, de his, qui publicis rationibus tributorū fiſcalium deſcribēdis deputati ſunt, vulgò, *Eſcriuanos de rentas Reales, y Contadores de los libros de la razō del Rey, y ſecretario de la razon*. Cenſualibus, id eſt tabellionibus, qui deſcribendis publicis cenſibus deputati ſunt, vulgò, *Eſcriuanos de rentas, en lo tocante al pecho y ſeruicio Real*. Demonſtraturque, qui non poſſunt ad iſtorum officia adſpirare, & an ſi hi omnes tabelliones ſua officia deſſerant teneātur ad illa redire, ac reuocari, tametſi ad alia conuolauerint, & pertinent ad præſentem tractatū omnes leges Regiæ, ſupra citatæ, & quæ allegat Ximenez hìc.

Titul. LXX.

De ſuſceptorib9, præpoſitis, & arcarijs, aliàs archarijs.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica ſectio.*
2 *Tributa Imperatori debita in duplici ſunt differentia.*
3 *Is titulus de ſuperfluitate arguitur, & poſtea, nu. 4. 5. 6. 7. & 8. difficultas hæc diluitur.*
4 *Quis ſit exactor, quiſque ſuſceptor, explicatur.*
5 *Præpoſitus, quis ſit oſtenditur.*
6 *Et quis arcarius.*
7 *Aliquot iurium tituli huius, ſenſus traduntur, & nu. 8.*
8 *Differentia inter hunc titulum, & titulum ſupra de exactoribus tribut. oſtenditur.*
9 *Iſtius tituli ſumma, mens, & intentio enarratur.*
10 *Rubrica explanatur.*
11 *Leges Regiæ huc pertinentes per remiſſiones citantur.*

Digitized by Google

1 IN tres partes ſciſa, atq; diuiſa apparet rubrica noſtra. Quarũ prima de ſuſceptoribus: altera de præpoſitis: vltima de arcarijs inſcripta eſt, & in
2 titulata. Quas vt fundit' percipiamus, præmittimus, quod tributa Imperatori, aut Principi debita in duplici ſunt differẽtia. Quædam enim conſiſtunt in ſpeciebus, veluti, frumento, hordeo, vino, & ſimilibus. Alia verò in corporib', vtputà in auro, argento, ære, pecunia, & alijs, vt latiùs oſtẽdimus in titulo, ſupra de annonis, & tri-
3 butis, hoc lib. 10. Quo præmiſſo intellige, quod is titulus agit de ſuſceptoribus, præpoſitis, & arcarijs iſtorum tributorum, ſiue ipſa in ſpeciebus, ſiue in corporibus conſiſtant: & ſi mature attendamus, verè non deeſt, qualis qualis ſcrupulus in inueſtigãda propria ſignificatione harum vocũ, ſuſceptorum, præpoſitorum, arcariorum: etenim ſuſceptores, & exactores tributorum, idem videtur eſſe, vt inuit text. in l. exactores, ibi, exactores, vel ſuſceptores, & in l. modios, infr. eod. l. 5. ſupr. de exactoribus tribu. hoc lib. Vnde hic titulus ſuperfluere videtur, quatenus de ſuſceptoribus tractat, cum de exactoribus ſatis amplus titulus conditus ſit, ſupra in hoc lib. 10. Rurſus, quia ſuſceptor, & arcarius, idem videntur eſſe, vt probat text. in l. fin. infra eod. & ſic ſuperfluus, etiã alia ratione is titulus videtur eſſe, quatenus de arcarijs mentionem facit, cum ſat. eſſet de ſuſceptoribus meminiſſe.
4 Sed his non obſtãtibus securè aſſerendum eſt, quod alius eſt exactor, alius ſuſceptor, alius arcarius, alius præpoſitus, de quibus ſingulis, eorumque officijs paululum diſſeramus, quis ſit exactor, diximus in dict. tit. de exactor. tributor. Quis ſuſceptor, & quod eſt duplex, generalis, & particularis, oſtendimus in titulo, ſupra de Canone largitional. titulorum, & in dict. tit. ſupr. de exactoribus tribut. ſed vt clarius percipiatur, animaduertimus, quod in ſingulis prouincijs duo ſuſceptores particulares præpoſiti erãt. Alter, qui ſuſcipiebat tributa fiſcalia ſpecierum de manu exactorum, veluti frumenti, vini, hordeĩ, & ſimilia, quæ in horreis publicis, & fiſcalibus reponuntur iuxta, l. 2. l. modios, l. ſuſceptores, l. frumenta, infra eod. & quatenus ſuſcipiebat vina dicebatur ſuſceptor vini, vt in rubrica, infra de ſuarijs, lib. 11. probatur. Alter verò, qui ſuſcipiebat, etiam è manu exactorum tributa fiſcalia in corporibus conſiſtentia, veluti auro, argento, ære, pecunia, & ſimilia, quæ in area publica, & fiſcali cuſtodiuntur, iuxt. l. in fiſcalibus, ſupra de exactor.

ctor. tributor. l. i. l. quotiens, l. fin.
infr. eod. Et ſinguli ſingulos nu-
merarios, ſeu tabularios habebãt,
vulgò, *Eſcriuanos de rentas rea-*
les, vti hæc omnia probat text. ſic
accipiendus in l. duos, vbi Bartol.
infr. eod. *Y los vnos y los otros deſ-*
tos ſuſceptores particulares, ſe pue-
den comprar oy a los teſſoreros de
las alcaualas, y otras rentas Rea-
les, y Receptores de pechos, y otros
tributos, que reſiden en las cabeças
de los partidos, vt fuſius diximus
in dict. tit. ſupr. de Canone largi-
tion. titulorũ. Hactenus, quis exa
ctor, quiſque ſuſceptor ſit, & quo
tuplex, habemus expoſitum, de
quibus prima rubri pars inſcrip-
5 ta eſt. Præpoſitus autem eſt, qui-
dam officialis, quẽ ſuſceptor par-
ticularis ſpecierũ eligebat, cuius
officium erat tributa ſpecierum
de manibus ipſius ſuſceptoris ac-
cipere, & in fiſcalibus horreis re-
ponere, qui idcircò præpoſitus di-
cebatur, quia publicis, ac fiſcali-
bus horreis, ad præfatum officiũ
exercendum præpoſitus erat ab
eodem ſpecierum ſuſceptore, d.
l. 2. in hoc ſenſu accipienda, infra
eod. ibi, ad præpoſituram horreo-
rum, & pagorum creantur, & ſen
tiunt Azo hic, num. 2. & 3. Acurſ.
in dict. l. exactores glo. 2. & de his
præpoſitis horreorum fiſcalium
accipi debet ſecunda rubricæ
pars, ibi, præpoſitis, cui correſpon
dent, dict. l. 2. & dict. l. frumenta,
infr. eod. Sunt etiam alij præpoſi-
ti in iure noſtro, nempè præpoſi-
ti agentium in rebus, præpoſiti
ſacri cubiculi, de quibus non eſt
huius tituli tractatus, ſed in infra
in lib. 12. Sunt proprij, ac peculia-
res tituli, in quibus de eis tracta-
6 tur, vt ibi diximus. Arcarius verò
eſt quidam officialis, quem ſimi-
liter alter ſuſceptor particularis
corporum eligebat, cuius officiũ,
& miniſterium erat de manu ip-
ſiusmet ſuſceptoris tributa in cor
poribus conſiſtentia accipere, ea-
que in arca fiſcali, & publica recõ
dere, & cuſtodire: qui quidem ob
id arcarius dicebatur, l. fin. ſic in-
telligentia, infr. eod. & colligitur
ex doctrina Azonis, & Acurtij in
locis modò allegatis, de hiſque lo
quitur tertia rubri pars, ibi, & ar-
carijs, cui reſpondet præfata, l. fin.
& ſic accipienda ſunt, quæ tradit
Guia. hic, cuius doctrina non ad-
uerſatur, huic noſtræ reſolutio-
ni, quæ veriſsima eſt, quidquid
vellint Acurſius, Lucas de Penna,
& quidam alij ſcriptores hic, &
Petrus Gregorius de ſyntagmate
7 iuris, lib. 3. cap. 7. nu. 6. Cui non
oberit text. in dict. l. exactores, &
in dict. l. modios, infr. eod. & in d.
l. 5. ſupra de exactoribus tributor.
quatenus videtur ſuſceptores exa
ctoribus æquiparare: nam intelli-
gendi ſunt iuxta ea, quæ diximus
in dict. tit. de Canone largition. ti-
tulorum, nempè, quod exactores
ſunt

ſunt,qui primò,& immediatè tri
buta à prouincialibus exigũt:ſuſ-
ceptores verò particulares,qui ab
exactoribus ea recipiunt, & ſic
quodammodò,& mediatè à pro-
uincialibus recipere, & ſuſcipere
videntur: vnde nimirum, ſi exa-
ctores, quandoque appellẽtur,vt
in præfatis iuribus,vt ex Acurſio
hic, & Lucas de Penna in dict.l.
1.in princip.colligere fas erit. Vel
ſi mauis,intellige dict.l. exactores
procedere ſolũ in ſuſceptore ge-
nerali,& eius electione, qui ideò
vocatur exactor, quia à ſuſcepto-
ribus particularibus exigit tribu
ta congeſta, & per quædam me-
dia etiam à debitoribus prouincia
libus videtur exigere, vt in ſimili
diximus de ſuſceptoribus parti-
8 cularibus. Vnde colligitur diſcri-
men hoc inter titulum iſtum, &
illum, ſupra de exactor. tributor.
Quod ille loquitur de exactori-
bus, qui immediatè à prouincia-
libus tributa exigunt:iſte de ſuſ-
ceptoribus, qui ab his exactori-
bus tributa recipiunt, & conſe-
quenter mediatè à prouinciali-
bus recipere, ſeu ſuſcipere viden-
tur, & ſic titulus noſter non ſu-
perfluit.Nec rurſus obſtabit text.
in præfat.l.fin.infr.eod. quatenus
pro eodem,ſuſceptorem, & arca-
rium, videtur accipere, etenim
verba illa,arcarius, vel ſuſceptor
accipiat,intelligenda, exponẽda-
que ſunt, iuxta præfatam reſolu-
tionem,hoc ſenſu, vt tributa cor-
porũ ſuſceptor accipiat, videlicet
9 de manibus exactorũ: & rurſus ar
carius de manibus ſuſceptoris, &
ita omnia ſunt plana. Explicitis,
ſic rubricę noſtrę verbis intellige,
ꝙ hic titul. agit non ſolũ de ſuſce-
ptoribus particularibus, præpo-
ſitis,& arcarijs,ſed etiam de gene
rali ſuſceptore: de particularibus
ſuſceptoribus tractat in omnibus
ferè legibus,de generali in l. diũ,
ibi,ſacris theſauris inferatur,& in
dict.l.fin.ibi, & quidquid ex pro-
uincijs,& in d.l.exactores, quę iu
ra in hoc ſenſu accipimus. Sum-
ma autem, quæ hoc titulo propo
nitur,hæc eſt.Primò, quod ſuſce-
ptores generales eligantur à cele
berrimo cætu ſenatus in curia Re
gia, confirmeturque à curia De-
curionum, & innoteſcãt Præſidi-
bus prouinciarum, nomina ele-
ctorum, vt ſciãt cuius periculum
ſit,dict.l.exactores, infra eod. Itẽ,
quod ſuſceptorum generalium,
& particularium munus, & offi-
cium ſpacio vnius anni tantũ du-
rat, vel ex Principis prorogatio-
ne biennio, nec amplius eodem
officio onerari debent, nec illud
continuare,niſi præteriti tempo-
ris rationem reddiderint.l.nemi-
nem. Præterea,vt ſuſceptor par-
ticularis ſpecierũ non immiſceat
officium ſuum, cum officio ſuſ-
ceptoris corporum, nec è conuer
ſo,quod ſi aliter factum fuerit iu-
dices

dices conſentientes puniantur, d. l. duos, vbi Bartol. Deinde, quod ſuſceptores particulares publica tributa, ſine mora ab exactoribus ſuſcipiant, quod ſi ſuſcipere neglexerint, & à volentibus ſoluere teſtato interpellati fuerint duplū eius, quod debebatur fiſco reſtituant, dict. l. 1. Et poſtquam tributa ſuſceperint, protinus ea ad ſuſceptorem generalem in vrbe Imperatoris morantem, remittant; nec diù apud ſe retinere debent, d. l. diù, d. l. fin. Taxatur itidem quantitas ſpecierum, quæ tributorum nomine ſoluendæ ſunt, & ſuſcipiendę, d. l. modios, & de ſuſceptoribus hæc, & alia, quę conſulto omittimus docet is titulus. Circa præpoſitos autem ſolū definit, quod eorum nominatores, & electores teneantur in ſubſidiū ſi ipſi minus idonei ſint, dict. l. 2. Quæ etiam loquitur de nominatoribus ſuſceptorum, & de arcarijs illud decidit, vt accipiant aurum, & argentum, quod à prouincialibus ſoluitur, d. l. fin. intel-
10 ligenda, vt ſupra. Et iſta eſt totius ferè tituli mens, atque intentio. Secundum quam, & ea quæ expoſita antea ſunt, ita noſtrum rubrū declarabis, titulus 70. in quo tractatur de ſuſceptoribus, prępoſitis, & arcarijs. De ſuſceptoribus (inquam) ſcilicèt particularibus, quorum munus, & officium eſt tributa fiſcalia ab exactoribus ſuſcipere, & ea ad ſuſceptorem generalem mittere, & de generali ad cuius officiū pertinet tributa de manu ſuſceptorum particulariū ſuſcipere: præpoſitis, hoc eſt, officialibus electis, & nominatis à ſuſceptore particulari ſpecierū, quorum miniſteriū erat tributa ſpecierum è manu ipſius ſuſceptoris accipere, atque in fiſcalibus horreis reponere, quibus præpoſiti erant, & arcarijs, id eſt, de quibuſdam officialibus electis à ſuſceptore particulari corporum, ad quorum officium pertinebat de manu ipſius ſuſceptoris tributa fiſcalia in corporibus conſiſtentia recipere, eaque in arca fiſcali recondere, & cuſtodire, docemurque quale ſit iſtorum omnium officium, & quo tempore duret, & qualiter generales ſuſceptores eli-
11 gantur. Huc pertinent leges Regię, quas in dict. tit. ſupr. de Canone largitiona. titulor. citamus, nec non aliæ, quas cumulat Sebaſtianus Ximenez, ad hunc titulum in concord. vtriuſque iuris.

Titul. LXXI.

De pōderatoribus, & auri illatione.

SVMMARIVM.

1 P*Raludium pranotatur, & quid illatio, & collatio ſit, quique*

Digitized by Google

quæ collatores ſint, declaratur.

2 *Aurum eſt triplex, remiſsiue, & de quo loquatur is titulus oſtenditur, & nu 4.*

3 *Ponderator auri, quis ſit, & quo nomine Hiſpano hodie appelletur.*

4 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio refertur.*

5 *Rubri tenor explicatur, & conſtruitur.*

6 *De ponderum, ac menſurarum origine paululum tractatur.*

1 PRæiacendũ eſt, quod tributa Principi debita: quædam in ſpeciebus, veluti frumẽto, vino, & ſimilibus: alia in corporibus, vtputà auro argento, & pecunia exoluuntur, & præſtantur, vt fuſius diximus in titulo de annonis, & tributis, & in titulo de indictionibus, & in titulo de collatione æris, ſupra hoc lib. 10. & in titulo proximo ſuperiori. Horumque tributorum ſolutio appellatur illatio, & collatio, & debitores ea ſoluentes dicũtur collatores, vt in titulo, ſupra de collatione æris, & in tit. ſupra ne operæ à collatoribus exigãtur, hoc libro 10. latiùs explicuimus.

2 Deinde ſciendum eſt, quod aurũ eſt triplex, ſcilicèt, infectum, factum, & ſignatum, vt longè, lateque expoſitum nobis eſt in titulo, ff. de auro, & argento legat. & in tit. infra de argenti pretio, hoc lib. 10. vbi legẽdum eſt, & de iſto triplici genere auri, hic titulus accipiẽdus eſt, vt infra ſubijciemus, nec non de huius auri põderato-

3 ribus. Eſt autem auri põderator, homo in cognitione auri, & metalorũ ſapiens, & expertus, & qui ponderũ, & ſtaterarũ rationẽ optimè calleat, quem Græci Zigoſtantem appellant, l. 2. vbi Alciat. explicat, infr. eod. quem vulgari noſtro ſermone appellamus, cõtraſte, vt exponit Couarr. in tractat. de veter. numiſm. collation. cap. 3. §. 1. núm. 5. de quo eſt hodie titulus 23. lib. 5. notæ Recop. ſpeciatim, l. 11. & 13. illius tituli. Et de ponderibus auri, & argenti, *Y de ſu marco*, conditus etiam eſt titulus 22. dicti. lib. 5. eiuſdem

4 Regiæ compilation. His itaque intellectis, & expoſitis, dicendum eſt, quod is titulus illo pergit, vt oſtendat aurum, quod tributorũ nomine fiſco ſoluendum eſt, ponderandum eſſe per præfatos auri ponderatores, vt omnis iniuſtitia, & iniquitas in auri illatione, id eſt, ſolutione, euitetur: & hæc eſt eius mens, & intẽtio, & hic finis: & ita decidit, & conſtituit, quod aurum, quod à collatoribus fiſco præſtatur, ſiue in ſolidis, & pecunia, ſiue in materia, vel maſſa cõſiſtat, & ſic ſiue infectum, ſiue factum, ſiue ſignatum ſit, æquis põderibus, iuſtiſque lancibus, & libramen-

Digitized by Google

bramenſis pōderari debet,ne præ textu ponderum prouinciales incommodum patiantur,in l.1.inſ. eod.Item, vt in ſingulis ciuitatibus vnus auri ponderator præponatur, vt ſi fortè inter ſoluentes, & recipientes aurum controuerſia oriatur ſuper auri, vel ſolidorum qualitate, & valore ipſe dirimat,dict.l.2.Et hoc eſt in ſumma, quod continetur,& definitur hoc
5 titulo. Ex quo, & ſupradictis hęc poteſt adaptari ad noſtrum rubrum conſtructio, & expoſitio,titulus 71.qui agit de ponderatoribus,& auri illatione. De ponderatoribus (inquam) qui ponderare bebent aurum,quod tributorum nomine fiſco exſoluitur, ac omnes controuerſias inter ſoluentes, & recipientes aurum ſuper eius qualitate,& valore exortas in ipſa auri illatione,id eſt, ſolutione,dirimere,iubetque huiuſmodi omnem ponderationem æquè,& iuſtè faciendam eſſe, & ſic in ſcriptio tituli conſtruenda eſt: de ponderatoribus auri,& illatione auri.
6 Porrò titulus iſte naturali ratione nititur:pondera enim, & menſuræ à natura originem trahere videntur, ſecūdum S.Thom. lib. 2.de regimin.Princip.c.14.omnia enim diſpoſuit Deus optimus maximus in pondere, & menſura ſapientiæ,cap.11.& ſic in omnibus ciuitatibus, & municipijs debent eſſe menſuræ, & pondera publica,ad quæ recurſus habeatur, l. modios,ſupr.tit.1. & tradit Gregor.in l.7.tit.7.part.7.gloſ.1. Bobadilla in polit.lib.3.cap.4.nu.8. & lib.5.c.10.num.33.& 34.& lib. 1.cap.1.num.6.qui docet quis primo adinuenit pondera, & menſuras,de quibus eſt hodie, l. 1. & 2.cum alijs tit.13.lib.5. nouæ Recopilat.

Titul.LXXII.

De auri publici perſecutoribus.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica duplex lectio.*
2 *Aurum publicū,quid ſit,declaratur.*
3 *Susceptores particulares,qui ſint, quique ſuſceptor generalis,& Comes ſacrarū largitionum, exponitur.*
4 *Perſecutores,qui ſint oſtenditur, contra Acurſium,& alios.*
5 *Tituli ſumma,mens,& deciſio, ac verus ſenſus,traditur.*
6 *Rubrum explanatur.*

1 IN quibuſdam Codicib' inſcribitur hic titulus de auri publici proſecutoribus, & ita legit Cuia,

Cuia.hic,ſed frequentius legitur, perſecutoribus. Pro cuius introductione ſciẽdum eſt,quod ex tributis Principi debitis, quædam præſtantur in auro, vtputa in dictiones, quæ de quinquennio in quinquennium ſoluebãtur: nam in vno quinquennio aurum pendebatur,in alio argentum,in alio æs, iuxta titulum ſupra de indi-
3 ction.hoc lib. Et inibi ſatis loculẽter expreſsimus,& huiuſmodi aurum publicum appellatur, quia ad publicum Imperatoris,vel fiſci ærarium pertinet, & de hoc eſt huius tituli tractatio, teſtante Prateio in legicon iuris,verbo, aurũ. Porrò ad coligendum, & exigendum aurum illud, cæteraque tributa fiſcalia deputati,ac conſtituti erant exactores, qui quidẽ immediatè ea à debitoribus prouincialibus exigebant: & rurſus erãt præpoſiti alij,qui ſuſceptores particulares dicebantur, duo videlicèt in ſingulis prouincijs, *Que oy ſe llaman Teſoreros, y Receptores de rentas Reales, que reſiden en las cabeças delos partidos*,quorum munus, & officium erat tributa de manu exactorum, vulgo, *Cobradores, recaudadores, arrendadores.* Recipere, & ea protinus ad alium generalem ſuſceptorem in Curia Imperatores commorantem,mittere, qui Comes ſacrarũ largitionum appellatur, vulgò, *Teſorero general de las tres llaues, que reſide en la Corte*, vt diffuſè longè,lateque à nobis expoſitum eſt in titulo,ſupra de Canone lar-
4 gition.titulor.& in titul. ſupra de ſuſceptor.& in tit.ſupra de exactoribus tribut. hoc lib. 10. Deinde animaduertimus,quod perſequẽdi verbum in varias fertur ſignificationes,l.de quibus,§. perſecutionis,l.quibus,§.vltimo, vbi Alciatus.ff.de verborum ſignific. & tradit idem Alciat. in l. actionis verbo,ff.eod.tit.de verborum ſignificatione,Briſonius,Prateius,ac reliqui verborum iuris exploratores, verbo, perſequendi. Verùm in præſenti titulo perſequi,ſignificat,decoquere: indeque perſecutores auri dicuntur, decoctores, vt teſtatur Acurſius hic, & cũ eo multi alij ſcriptores, & in l. vna, infr.eod. Hæc tamen ſignificatio propria nõ eſt nulli,ibi enim probarur,nec vſquã in toto iure inuẽta eſt. Nec quidquam facit, dict.l. vnica,infr.eod.quæ Acurſi, & ſequatium intentum videtur probare, etenim perſequi, verbũ inter ali[illegible]ſui ſignificata illud potiſſimum habet,vt ſignificet in iudicio petere,& exigere,& ſuſcipere in princip.inſtitut. de actionibus, & probant præcitati ſcriptores. Vnde,quia ſuſceptores particulares ab exactoribus aurum publicum, ac reliqua tributa perſequebantur,& exigebant, ac de manu eorum ſuſcipiebant, vt ſupra diximus,

Digitized by Google

ximus, perſecutores, in dict. l. 1. & in hoc titulo appellantur: & ſic perſecutores ſunt particulares au
5 ri ſuſceptores. Quibus ita poſitis proprius ad tituli huius intentum, accedendum nobis eſt, & dicendum, quod ſæpiſsimè contingebat, vt ſuſceptores particulares aurum publicũ, quod ab exactoribus ſuſceperant, diù ſua auctoritate, & ſine licentia apud ſe retinebant, vel interdum decoquebant, & ex pecunia in maſſam, & ſic ex auro ſignato, vel facto, in infectum redigebant, cauſa alicuius lucri acquirendi, quod quidem fieri prohibent Imperatores iubentes, vt auri publici perſecutores, id eſt, particulares ſuſceptores, abſque licentia Comitis ſacrarum largitionum, id eſt, ſuſceptoris, & theſaurari generalis, nequeant iſtud aurum ſuſceptum diutius apud ſe retinere, vel coquendum, vt in maſſam redigant ſuſcipere, ſed protinus, abſq; vlla cunctatione ad eundem Comitẽ ſacrarum largitionũ illud remittant, dict. l. vnica (cuius hic eſt veriſsimus ſenſus) infra eod. iuncta, l. 1. ſupra de Canone largitional. titul. & ita ſenſit Azo hic, & Bart. & Pennenſis in eadem, l. vnica, quamuis inuolute loquantur. Et hæc eſt huius tituli intẽtio, mens, & deciſio. Nec huic interpretationi oberunt verba illa, aurũ præſumunt perſequi, in dict. l. vnica, quæ Acurſi, & ſequacium expoſitioni ſuffragari videntur: nam ſuppleri, & ſupplicari debent hoc modo perſequi, id eſt, ſuſcipere, vt illud decoquant, vel diutius a-
6 pud ſe retineant. Ex quo veriſsimo intellectu, & ex ſuperioribus præmiſsis, elicitur ad tituli huius inſcriptionem talis expoſitio, titulus 72. qui agit de auri publici perſecutoribus, id eſt, de ſuſceptoribus particularibus auri, quod tributorum nomine Principi, & eius fiſco præſtatur, iubetque, vt ipſi perſecutores, & ſuſceptores nequeant illud aurum, abſque licentia ſuſceptoris generalis, diù apud ſe retinere, aut ex pecunia in maſſam, vel ex auro facto, vel ſignato, in infectũ redigere. Procedit namque titulus iſte in auro publico, infecto, facto, & ſignato, iuxta triplex auri genus, quod explicuimus in tit. ff. de auro, & argent. legato, nec non in tit. infr. de argenti pretio, hoc lib. 10. vbi legendum eſt.

Tit. LXXIII.

De his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis.

SVMMARIVM.

1 *Tributorum fiſcalium, quædam in ſpeciebus, alia in corpo-*

Digitized by Google

corporibus præſtantur.

2 *Ad exigenda, colligendaque tributa fiſcalia plures ſunt deputati officiales.*

3 *Qui ſint collatores, quidquid collatio, ſeu publica collatio ſignificet, explicatur.*

4 *Quale ſit iſtius tituli intentum, & ſumma, oſtenditur.*

5 *Rubri tenor exponitur.*

6 *Differentia inter hunc titulum, & illum de his, qui ex publicis rationibus, ſupra hoc lib. 10. declaratur.*

7 *Leges Regiæ huc pertinentes allegantur.*

1 PRO tituli huius intellectu, præiacenda ſunt. Primò, quæ diximus in tribus titulis primis ſuperioribus, in primo præludio, nempè, quod tributorum fiſcalium, quędam prę ſtantur in ſpeciebus, veluti frumento, vino, & alijs ſimilibus, quæ in publicis horreis recõduntur: alia verò penduntur in corporibus, vtputà in auro argento, ære, & pecunia, & hæc in arcã publicam fiſcalem inferuntur, in eaque cuſtodiuntur, vt latiùs ibi
2 expreſsimus. Deinde, & ſecundo præmittendũ eſt, quod ad exigenda, recuperanda, & colligenda huiuſmodi tributa fiſcalia plures ſunt deputati officiales à iure, l. 1. ſupra de his, qui ex publicis rationibus, hoc lib. 10. Vtputà exactores, de quibus eſt titulus de exactor. tribut. Suſceptores, de quib' eſt, l. 1. ſupra de Canon. largirion. titul. & titulus, ſupra de ſuſceptoribus, tabularij, actuarij, qui fiſci rationes ſcribunt, de quibus eſt, l. duos, ſupra de tabularijs, & in illo titulo diximus. Item, & iudices, quorum iuſſu tributa exiguntur, alijque officiales, qui fiſci tributa, atque negotia tractant, dict. l. 1. dict. tit. ſupr. ſi ex publicis rationibus, l. 1. l. 2. ſupra de Canon. largition. titul. & fuſius in titulis
3 modò relatis explicuimus. Rurſus, & tertiò, quod prouinciales ſubditi Romani Imperij, qui tributa hæc fiſco, & Principi ſoluũt, collatores, appellantur, & ſolutio tributorum, & contributio ab eis facta, collatio, vel publica collatio, vocatur, vt planè probauimus in titulo de collatione æris, & in titulo ne operæ à collatoribus exigantur, ſupra hoc lib. 10. & alibi ſæpè, & de iſta publica collatione loquitur is titulus, vt
4 illicò dicemus. Quibus ita poſitis, & præiactis, huius tituli ſcopus, atque intentum eſt definire, & conſtituere, vt iudices, exactores, ſuſceptores, cæterique officiales tributorum fiſcaliũ ſupra memorati, nequeant huiuſmodi tributa, ſiue ſint ſpecierum, quæ publicis horreis illata, & recondita ſunt, ſiue corporum, quæ in arca fiſcali

fiſcalli cuſtodita , & illata ſunt,
mutuò alijs dare,vel contrectare,
vſurpare, vel aliter ea inuadere,
aut ſine debita licẽtia in alios vſus
conuertere . alioquin puniuntur,
l. 1.l. 2.l. 3. infra eod. quarum iſta
eſt breuis, ſummariaque conclu-
5 ſio. Secundum quam, & ea, quæ
antea præmiſſa , & expoſita ſunt,
ita præſentis rubri tenorem decla
rabis,titulus 73. in quo tractatur
de his,quæ ex publica collatione,
&c. De his(inquam) id eſt de his
tributis fiſcalibus . quæ ex publi-
ca collatione,hoc eſt,ſolutione,&
contributione facta illata ſunt, id
eſt, recondita,repoſita, & cuſtodi
ta,nempè,quæ conſiſtunt in ſpe-
ciebus,in publicis horreis,quæ in
corporibus,in arca publica, & fiſ-
cali,non vſurpãdis,id eſt,non mu
tuò dandis, contrectandis , vel in
alium vſum conuertendis, vel ali
ter inuadẽdis, ſupple à iudicibus,
exactoribus,ſuſceptoribus , vel a-
lijs officialibus fiſci , quibus eorũ
cura incumbit , & ſic omnia ſunt
6 plana. Differt autem hic titulus
ab illo , de his , qui ex publicis ra-
tionibus mutuã pecuniam acce-
perunt, ſupra hoc lib. 10. in hoc,
quod ille loquitur in accipiente
mutuò pecuniam fiſcalem , iſte
in dante,vt ait Acurſius hic. Sed
hæc differentia vera non eſt:nam
etiam titulus ille loquitur in dan
te, ſicut in accipiente , vt ibi dixi-
mus,& patet ex l. 2. eiuſdem titu-
li. Prætereà is titulus non ſolum
procedit in dante , ſed etiam in
accipiente , vt indicare videtur,
illud verbum rubricæ , vſurpan-
dis , quod ad vtrumque adaptari
poteſt ex dict. l. 1. 2. 3. infr. eodem.
Quare verius eſt diſcrimen,quod
ille titulus loquatur, dumtaxat in
accipientibus , & dantibus mu-
tuò pecuniam fiſcalem , hic autẽ
in omnibus fiſci officialibus, qui
qualitercumque eius tributa , &
bona vſurpauerint non ſolum ex
mutui datione , vel acceptione,
ſed etiam alio quouis modo ea
inuaſſerint , & contrectent , ſiue
7 ſint dantes,ſiue accipientes. Sanè
huic tractationi conuenientes ſunt,
l. 18. titul. 14. partit. 7. ibi : *O oſi-
cial del Rey , que tuuieſſe , &c.*
Vbi Gregorius gloſſa 11. in me-
dio,ibi,intellige iſtam legem,&c.
l. 1. l. 2. l. 3. cum alijs, titul. 8. lib. 9.
nouæ Recopilat. quas non citat
Ximenez hic.

Tit. LXXIIII.

De auro coronario.

SVMMARIVM.

1 V*Aria, & multiplex au-
ri coronarij , ſignifi-
catio refert , & ve-
ra retinetur.*

2 *Iſtius tituli ſumma, mens, & intentio ex ſuperioribus deducitur.*

3 *Rubrum exponitur.*

1 IN inueſtiganda propria ſignificatione, auri coronarij, anxiè torquētur interpretes noſtri, qui quidem in varias feruntur ſententias: Azo enim hîc, & Petrus Gregorius de ſyntag. iur. 1. part. lib. 3. cap. 7 nu. 5. aurum coronarium putāt eſſe, quod ad coronam Imperatoris, vel ſtatuam faciendam ſubditi prouinciales præſtabant, & conferebant, vel quod coronis eorum, qui certaminibus publicis intenti erant, erat deputatum quales erant Athletæ, de quibus eſt titulus ſupra de Athletis, hoc lib. 10. vbi ſcripſimus. Acurſ. autem hîc illud exiſtimat eſſe, quod ad Principis coronationem à prouincialibus ſoluitur, & confertur, ſed Bapt. Egnatius in adnot. ad Capitol. aſſerit eſſe, quod ciuitates, & oppida nobis Imperatoribus ſub coronarum ſpecie offerebant. Gelius verò, lib. 5. cap. 6. affirmat aurum coronariū eſſe coronas aureas, quæ Imperatoribus à prouincialibus mittebātur ob honorem alicuius triumphi, & ob rem proſperè geſtam, cuius ſententiæ etiam fuit Caleopinus, verbo, aurum coronarium, & Cuiacius in l. vna, infra eodem: & hæc ſignificatio, & expoſitio præ cæteris mihi placet: quæ quidem probatur in l. quæ diuerſarum hoc titulo, in C. Theodoſiano: res autem proſperè geſta erat victoria belli, cuius triumphum Imperatores habebant, vel alius felix euentus, ob quem publica erat lætitia, cuius cauſa prouinciales aureas coronas ad Imperatores mittebāt, vbi talis vigebat cōſuetudo, non aliàs.

2 & ſic in dict. l. vnica, infr. cod. Cautum, & conſtitutum eſt, neminē ad iſtius auri coronarij collationem, id eſt, ſolutionem, & contributionem, eſſe cogēdum, abſque conſuetudine cuiuſſi; & totius tituli hæc eſt ſummaria mens, atque

3 intentio. Secundò, quam, & præfatam Gelij, Caleopini, & Cuiacij opinionem, ita rubrū hoc poſſumus explanare, titulus 74. qui agit de auro coronario, id eſt, de aureis coronis, quas prouinciarum municipes, & ciues Imperatoribus mittebāt ob honorem triumphi victoriæ, vel ob rem aliam proſperè geſtam, conſtituens, vt non mittantur, niſi vbi talis adſit conſuetudo: & de multiplici corona agit latè Lucas hîc.

Titulus

Tit. LXXV.

De Irenarchis.

SVMMARIVM.

1 *Irenarchæ, qui ſint, & quale eorum officium, & n. 2.*
2 *Ethymologia Irenarchæ declaratur.*
3 *Irenarchæ, quibus hodie ſimile ſint, oſtenditur.*
4 *Iſtius tituli ſumma, & concluſio traditur.*
5 *Rubrum exponitur.*
6 *An iure authenticorum Irenarchæ officium ſublatum ſit.*
7 *Differentia inter curioſos, ſeu ſtationarios, & Irenarchas, per remiſſionem traditur.*

1 IRENARCAE olim appellabãtur, qui diſciplinæ publicæ, & moribus corrigendis præficiebantur, & qui latrones, aliosque facinoroſos homines conquirebant, atque capiebant, & qui ad prouinciarum tutelam quietis, ac pacis per ſingula territoria ſtare faciebant concordiam, l. 6. ff. de cuſtod. reorum, l. vltima, §. Irenarchæ, ff. de munerib. & honorib. & tradit Nicephorus, lib. 5. cap. 35. quorum etiam meminit diuus Auguſtinus, epiſtol. 159. & 160. Itaque eorum munus, & officium conſiſtit in ſedandis rixis, & diſcondijs, in concordia pacis, & quietis per ſingula territoria conſeruanda, in latronibus, alijſque delinquentibus capiendis, vt probant ſupra allegata iura, & ſic præpoſiti pacis appellantur, l. 49. ff. de Decucion.
2 Irenarchæ autem dictio Græca eſt, & in Latinum ſermonem verſa, pacis Conciliatorem ſignificat, quia ſedandis diſcordijs, & ſeditionibus ipſe electus ſit, vt docent Cuiacius in l. 9. ſupra de iure fiſci, & lib. 1. obſerua. cap. 33. Duarenus lib. 1. diſputat. cap. 8. Petrus Gregor. de ſyntagm. iur. 2. p. lib. 19. c. 18. num. 6. & 7. & c. 38. nu. 9. Et hoc munus publicum eſt, & perſonale: etenim, cũ animi prouiſione, & corporis labore ſine ſumptu peragitur, vt tradunt Azo hic, nu. fin. Ioãnes de Platea, & alij.
3 Porrò Irenarchæ ſimiles ſunt militibus ſtationarijs, quos iudices habere ſolent ad tuẽdam pupularem quietem, & ad hoc, vt ſibi referant, quid vbi agatur, iuxta l. 1. §. cura carnis, verſ. ſane, ff. de officio præfect. vrb. *Y aunque eſte oficio oy no eſtá en vſo, podremos en alguna manera comparar eſtos Irenarchas á los Alcaldes de la Hermandad, y a ſus quadrilleros,* de quibus eſt titulus 13. lib. 8. nouæ Recop. ſpeciatim, l. 4. & 5. illius titu. *Que trata de los*

quadrilleros, docet Bobadilla in
politi. lib. 2. c. 21. num. 16. *Y tam-
bien a los porquerones, o ſoplones,
que acompañan los juezes, y les dà
noticia de lo que paſſa*, vt tradit
idem Bobadilla in politic. lib. 2. c.
13. nu. 61. *Aunque eſte no es ofi-
cio introduzido en la Republica, y
tambien a los comiſſarios q̃ ſe em-
bian tras las compañias de los ſol-
dados, para aueriguacion, y caſtigo
de ſus delitos*, qui latrunculato-
res vocantur, tradit Bobadilla lib.
4 4. c. 2. num. 68. De iјs igitur Irenar
chis, hic titulus agit, quo cauetur,
quod Irenarchæ a Decurionibus
idonei nominentur, & à Præſide
prouinciæ talis nominatio confir
5 metur, l. vnica, infr. eodem. Cuius
hæc eſt breuiſsima concluſio, &
ſumma, ex qua, & antea dictis ad
præſens rubrũ colligitur talis ex-
poſitio, titulus 75. qui agit de Ire-
narchis, hoc eſt, de pacificatori-
bus reipublicæ, qui ſedandis ri-
xis, & diſcordiјs, capiendiſque la-
tronibus, aliјſque hominibus faci
noroſis præpoſiti ſunt in ſingulis
6 territoriјs. Et an iure authentico-
rum Irenarchæ officium, vel mu-
nus ſit ſublatum, docet gloſ. in d.
7 l. vna, infra eodem. In quo autem
differant Irenarchæ à curioſis, &
ſtationariјs, in titulo infra de cu-
rioſis, & ſtation. lib. 12. expli-
camus, vbi viden-
dum eſt.

Tit. LXXVI.

De argenti pretio, quod theſauris infertur.

SVMMARIVM.

1 *ARgentum eſt triplex, rè
miſsiuè.*
*2 Theſaurus, quid in
hoc titulo ſignificet.*
*3 Verus ſenſus, l. vnicæ, infr. eod.
& totius tituli ſumma, &
mens oſtenditur.*
4 Rubrum declaratur.
*5 Soli valor, & æſtimatio, per rè
miſsionem traditur.*

1 ARgentum, & au-
rum eſt triplex,
nempè factum, in-
fectũ, & ſignatũ, 3
l. cum aurum in
princ. ff. de auro,
& argẽto lega. & in rubro illi' tit.
dilucidè explicuimus, vbi legas
quæſo: theſaurus autẽ quid ſit, la-
tiſsimè oſtendimus in tit. ſupr. de
2 theſauris, hoc lib. 10. Sed in præ-
ſenti titulo non ſumitur theſau-
rus in ſignificatione, de qua diſſe-
rit titul. ille, ſed potiùs ſignificat
arcam illam fiſcalem in qua cuſto-
diuntur, & reponuntur ea tribu-
ta; quę fiſco in auro, vel argen-
to præſtabantur à prouincialibus
iuxta

iuxt. l. diù, l. fin. ſup. de ſuſceptor. hoc lib. 10. & in illo titulo diximus, l. 1. ſupr. de Canon. largitio-
3 nal. titul. Iſta prænotatis intellige, quod titulus iſte agit de valore, pretio, & æſtimatione argẽti, infecti, facti, & ſignatim generaliter loquatur, l. vnica, intra eod. qua ſtatutum eſt, quod debitores tributorum fiſcalium, qui ea in argento ſoluere tenebantur, poſſint pro argento ſi vellint, aurum ſoluere, ita vt pro qualibet argenti libra, qui nos, id eſt, quinque aureos ſolidos ſoluant, quia hoc eſt ipſius argenti pretium, hic valor, hæc æſtimatio, & is eſt verus ſenſus dict. legis vnicæ, & iſta totius tituli mens, & ſumma, aduerſus Azonem, Acurſium, & antiquiores hîc, & ibi, qui illam dictionẽ, qui nos, vis quinque, interpretabantur, quos meritò improbant nouiores omnes, & ita intellexit Couarr in tractat. de veterum numiſm. collatione, cap. 3. §. 1. nu. 6.
4 Et ſecundum iſtum intellectum, ſic noſtrum rubrum declarabis, titulus 76. in quo tractatur de argẽti, facti, infecti, ſignati pretio, id eſt, valore, & æſtimatione, quod theſauris infertur, hoc eſt, quod tributorum, & publicarum penſitationũ nomine fiſco ſoluitur, & eius arcæ infertur, id eſt, in arca publica fiſcali cuſtoditur, oſtẽditque poſſe pro qualibet argenti libra quinque ſolidos aureos ſolui.
5 Et de ſolidi, & valore æſtimatione diſſerit latiſſime Couarruu. in loco ſupr. citato, nu. 5. & 6. quem videas omninò, nec non, quæ nos ſcripſimus in titulo de collatione æris, ſupra hoc lib. 10.

CODICIS IVSTINIANI REPETITAE PRAELECTIONIS, liber vndecimus.

TITVLVS PRIMVS.

De nauicularijs, ſeu nauclerijs publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione.

SVMMARIVM.

1 *RVBRICAE in duas partes diuiſio.*
2 *Quid ſit luſtralis auri collatio, ad ſecundã rubri partes explicationem, remiſsiuè traditur.*
3 *Nauicularij, qui ſint, quibuſquè nominibus appellentur.*
4 *Quale fuerit eorum colegium, & officium.*
5 *Publicæ ſpecies, quæ ſint, declaratur.*
6 *Triplex eſt huius tituli intentio.*
7 *Eius ſumma breuiter refertur.*
8 *Rubrum explicatur.*
9 *Leges Regiæ huc pertinentes citantur.*
10 *Differentiã inter hunc titulũ, & alios de nautis agentes oſtẽditur.*

1 DVAS in partes ſcinditur rubrica noſtra. Prior eſt in principio: poſterior eſt ibi, & de tollenda luſtra-
2 lis auri collatione. Aliàs perſecutione: & hæc vltima pars in aliquot Codicibus ſolet eſſe prior, & ita

& ita legit hoc rubrum Cuia.hic, & de ea nulla fit mentio in legibus tituli huius:ſed facile eius ſenſum percipies ſi legeris, quæ ſcripſimus in rubr. ſupr. de indictionibus, lib. 10. Sed huic ſecundæ parti correſpondent duæ Græcæ cõſtitutiones Imperatoris Annaſtaſij, quas refert Cuiacius, hic Græcè, atque Latinè, qui quidem explicat, quod & quale fuerit hoc luſtrale aurum, & nos etiam explicuimus in dict. titulo ſupra de indictionibus, num. 5. 6. 7. Quæ quidem cõnſtitutiones de argento luſtrali, etiam loquuntur, & ſic hæc ſecunda rubri pars de eo quoque eſt accipienda, tametſi ſolum auri mentionem faciat, per eas enim leges Annaſtaſium Imperatorem auri, & argenti indictionem, & collationem, dumtaxat ſuſtulliſſe, non etiam æris, nonnullij auctores aſſeuerant, vt refert idem Cuiacius hic. Et hactenus de ſecunda parte rubricæ.
3 Pro primæ autem partis intelligentia, & explicatione animaduertimus, quod nauicularij nomen in varias fertur ſignificationes, vt docent Acurſius, Bartolus, Platea, & Cuiacius hic: ſed in hoc titulo nauicularij ſunt, qui naues habent proprias, vel cõductas, & quarũ obuentiones, & redditus ipſi percipiunt, & ſic dicuntur nauem exercere, & exercitores vocantur, l. 1. §. exercitorem, ff. de exercitor. actione, & in rubro illius tituli diximus, appellantur etiam naucle rij, l. 1. l. 3. infra eodem, & in præſenti rubro probatur, dictio enim ſiue, de quo hic, licèt verba disiungat, ſenſum tamen coniungit, l. 1. ſupra de litorum, & itiner. cuſtodia, lib. 12. & docet Bartolus hic, numer. 2. & nautæ, quoque dicuntur, vt in titulo, ff. nautæ, caupones, & ſtabularij, iuncta, l. 9. in fin. ff. de Decurion. l. 17. §. 1. ff. locati, & in titulo, ff. de furti aduerſus nautas, caupones, & ſtabul. & in vtroque illo titulo diximus, quos etiam nauiculatores vocat Cicero, pro lege Manilia, itidem & Nauarchi dicuntur, id eſt, nauium Principes, qui nauibus præſunt, & in eis alijs nautis inferioribus miniſtrantibus, vulgò, *Marineros*, imperant. l. 4. infra eod. l. vnica, ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtament. milit. qui quidem iure Regio vocantur, *Naucheros, y patrones de la naue*, l. 1. l. 2. tit. 9. l. 13. tit. 8. p. 5. l. 5. tit. 24. p. 2. *Los quales vulgarmente ſe llaman pilotos*, vt tradit Gregor. in præfat. l. 1. d. tit. 9. p. 5. glo. 1. & in d. l. 5. d. tit. 24. p. 2. glo. 1. in qua lege oſtẽditur, quæ ſit iſtorũ poteſtas, & qualiter eligantur.
4 Horũ autem nauiculariorum certũ fuit olim in vrbe Romana corpus, & colegiũ, l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſita. nomine, l. 5. §. licèt, & §. fin. ff. de iure

M 4 immu-

immu.l.i.C.de hæredit.Decurio-
num,quorum officio,& curæ in-
cumbebat publicas ſpecies à ſuſ-
ceptoribus particularibus per ſin
gulas prouincias diſpoſitis recipe
re, & eas in vrbem, vel ad caſtra
militum pro eorum ſuſtentatio-
ne ſuis nauibus, vel conductis per
mare deferre, & tranſportare, vt
docet Azo, Accurſius, & alij hic,
5 Cuia. in l. 1. infra eodem. Sunt
autem publicæ ſpecies, de quibus
hic agitur tributa fiſcalia, quæ
Imperatori, eiuſque fiſco, & po-
pulo Romano alendo præſtaban
tur in frumento, ordeo, vino, oleo
& ſimilibus: quæ quidem Impe-
ratores in ſuis legibus ſpecies vo-
cant: Iuriſconſulti verò genus ap-
pellant, vt fuſiùs diximus in titu-
lo ſupra, vt nemini liceat in emp-
tione ſpecierum ſe excuſare, libro
10. In duplici namque differentia
erant tributa, quæ prouinciarum
incolæ Imperatoribus ſoluebant:
quędam enim conſiſtebát in cor-
poribus veluti, auro, argento, ære
pecunia, veſtibus, pannis, ſericis,
& ſimilibus, & hæc non appellan
tur publicæ ſpecies. Alia vero
conſiſtebant in ædulibus annona-
rijs, veluti in frumento, ordeo, vi-
no, & alijs, & hæc appellantur pu
blicæ ſpecies, de quibus eſt præ-
ſens ſpeculatio, vt latiùs expoſi-
tum nobis eſt in titulo ſupra de
annonis & tributis, necnon in ti-
tulo ſupra de ſuſceptoribus, libro
decimo, quo loci etiam diximus,
qui fuerint ſuſceptores illis par-
ticulares à quibus nauicularij pu-
blicas ſpecies tranſuehendas reci-
piebant, vt nuper diximus. Poſ-
ſunt etiam dici publicæ ſpecies,
quas nauicularij annonę vrbis cau
ſa ferebant, vt auctor eſt Cuiacius
in dicta lege prima, infra eodem.
6 Sed de fiſcalibus potiſsimum iſtũ
titulum tractare probant, l.4.l.5.
infra eodẽ: de his (inquam) tranſ-
portandis quæ ſunt in prouincijs
populo Romano ſubditis trans
mare ſitis, de quibus, & nauicula-
rijs triplex eſt iſtius titulo inten-
tio: nempe agere de officio na-
uiculariorum, & de præmio re-
ctè iſtud officium exercentis, nec-
non de pœnis prauè illud geren-
tis, & adminiſtrantis, vt notat Ac
curſius in lege finali, gloſſa finali,
infra eodem, & Lucas de Penna,
7 hic. Et ita docet ſequentia in pri-
mis, quod teneantur nauicularij,
ex quo ſpecies publicas recepe-
runt, eas infra annum ad vrbem
Romanam, vel ad caſtra inferre,
& apochas de ſoluto recipere,
quas reddere debent eis à quibus
ſpecies acceperunt, nec ſpecies
ipſas in propria emolumenta con
uertere audeant, lex ſecunda, in-
fra eodem, quæ de officio nauicu
lariorum diſſerit, item vt naui-
cularij publicas, & annonarias
ſpecies transferentes, & nauigan-
tes nullam vim, nullamque con-
cuſsionem, nullum denique in-
commodum euntes, & redeun-
tes pati debent, ſed plena ſecuri-
tate gaudere, lex prima. Præte-
reà,

Digitized by Google

reà, quod ſi nauicularij certæ regionis, nequeant ſpecies publicas tranſportare, & nauigationem exercere, nauium inopia, vel alia iuſta de cauſa, nauicularij regionum vicinarum expenſis publicis teneantur hoc onus implere, l. 3. Et ſi qui aduerſus nauicularios rapinam fecerint, teneantur in quadruplum ipſis nauicularijs applicandum, l. 4. quæ l. & dict. l. 1. & l. 3. ad præmium nauiculariorum pertinere videntur: tandem, vt ſi nauicularij per viam rectam non nauigent, & ſpecies fiſcales diſtrahant, pœna capitali plectantur, l. 5. & vt puniantur iudices, qui tempore proſperæ nauigationis patiuntur nauicularios otioſos eſſe, & in ſuis territorijs commorari, nec tranſuectioni ſpecierum operam dare, ob idque etiam plectentur municipes ipſius loci, nec non, & ipſi nauicularij, l. vlti-

8 ma, quæ l. & dict. l. 5. Pœnam reſpiciunt nauiculariorum, & hæc eſt totius tituli ſumma, ex qua, & antea expoſitis, ad huius tituli duas partes colligitur huiuſmodi declaratio, de nauicularijs, &c. Id eſt, titulus primus, libri 11. Codicis, in quo tractatur de nauicularijs, hoc eſt de his, qui naues proprias, vel conductas habent, & eas exercent, in quibus ſpecies publicas, id eſt, tributa fiſcalia ſpecierum ædulium, & annonarum ad vrbem Romam, vel ad caſtra militum, aut alium locum nauigantes, deferunt, docemurque quale ſit eorum officium, quod præmium ſi rectè gerant, & quæ qualiſque pœna ſi perperam illud exerceant. Et de tollenda luſtralis auri collatione, hoc eſt, de tollenda contributione, & ſolutione tributi fiſcalis, quod de luſtro in luſtrum, id eſt, de quinquennio in quinquennium, in auro ſoluebatur Im

9 peratori. Et ad primam huius rubri partem reſpicere videntur omnes leges Regiæ ſupra citatæ, quarum aliquot, & non omnes citat Sebaſtianus Ximenez in concordant. vtriuſque iuris, ad hunc titulum non enim allegat dict. l. 1. & 2. dict. titul. 9. nec dict. l. 13. dict. titul. 8. part. 5. Conducunt etiam generaliter leges omnes congeſtæ in Repertorio nouæ Recopilationis, verbo, *Nauios, yfletes*, & ordinationes nouæ factæ de nauigatione facienda per mare Occeanum, ad Indos, quarum meminit Gregorius Lopez in dicto l. 1. dict. titulo 9. partit. 5. gloſſa 3. quæ tamen non ſunt inſertæ nouæ Recopilatio-

10 ni. Illud etiam obliuiſcendum non eſt, quod nautæ de quibus ſunt dict. titul. ff. nautæ caupones, & ſtabularij, & ff. furti aduerſus nautas, & exercitores nauium, de quibus eſt dict. titul. ff. de

de exercitoria. Et nauicularij, de quibus datus eſt titulus iſte, & titulus, C. de hæredit. Decurionũ, & nauiculariorum, in effectu idē ſunt, & ſolum differunt, quod horum officium ſolum verſatur in tranſportandis publicis ſpecieb*, illorũ autē in deferendis quibus, cumque alijs rebus priuatorum, vti ex omnibus ijs titulis facile deprehenditur.

Titulus II.

De prædijs, & omnibus rebus nauiculariorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſint nauicularij, & quale eorum officiũ, & collegium, remiſsiuè.*

2 *Bartoli intellectus ad hunc titulum adaptatus, traditur, & refellitur.*

3 *Alius intellectus Pennenſis exploditur.*

4 *Verus auctoris traditur, & n. 5.*

5 *Bona nauiculariorum, aliorumque, qui cum fiſco contrahunt, tacitè ei ſunt obligata.*

6 *Summa huius tituli refertur.*

7 *Rubrum explanatur.*

1 PRæiacenda ſunt, quæ diximus in tit. 1. ſuperiori, vbi oſtendimus, qui ſint nauicularij, qualeq; fuerit eorum officiũ, & corpus, & collegiũ, diximuſq; quod nauicularij tenebant ſuis nauibus, vel cõductis publicas ſpecies tranſportare, eaſq; in vrbē Romamã, vel ad exercitum annonę cauſa deferre intra certũ tempus, & ſub certa pœna, iuxt. l. 2. & l. cum Nauar
2 chorũ illius tituli. Quo præmiſſo pro huius tituli intellectu dicendũ eſt, quod ſi culpa alicuius Nauicularij, ſpecies publicæ, quas in nauibus vehebant, deperditę, vel aliud detrimentum, aut damnũ paſſæ ſint, cæteri Nauicularij, eiuſdem collegij, & ſocietatis, tenebantur contribuere pro iſtius damni emendatione, & ſatisfactione, iuxta l. fin. infra de naufragijs, hoc lib. 11. Ideoque omnia prædia, omneſque res nauiculariorum erant obligata, obligarę vè ita, vt quilibet eorum pro rata æſtimationis ſuarum rerum contribuere, ac ſoluere cogatur, l. 2. l. fin. quas, & totum iſtum titulum in hoc ſenſu accipit Bartol. hic. Qui intellectus diſplicet Lucę de Penna hic, & meritò non enim congruit, dict. l. 1. ibi, debitam functionem, nec dictæ, l. 2. ibi, neque nauicularium fieri, & ibi, nec enim totum patrimonium, &c. Quibus clariſsimè probatur ſuccedentes, quouis titulo in rebus nauiculariorum teneri pro ipſarum rerum æſtima-

æſtimatione, nec de obligationē ipſorū nauiculariorum vlla men-
3 tio in ijs iuribus fit. Quare ipſe Pennenſis aliter hunc titulum intelligit; ſed intellectus eius, tanquam diuinatorius exploditur.
4 Qua propter nos ita illum explicandum cenſemus, ſi prius conſideremus, quod nauicularij illi publicas ſpecies vehendas accipientes, cum fiſco, eiuſque ſuſceptoribus particularibus nomine fiſci contrahunt: promittūt etenim ſuis nauibus illas in locum deſtinatum allaturos, & ſic gerunt contractum innominatum facio, vt des, vel locationis, & conductionis, iuxta l. naturalis in princip. & §. at cum do, ff. de præſcript. verbis, & dict. l. cū Nauarcorum, ſu-
5 pra titulo proximo. Vnde ſuccedit regula iuris, quæ habet, quod res eorum, qui contrahunt cum fiſco, vel aliquid fiſco debēt, ſunt tacitè ei obligatæ, & pignori, hypotecæque ſuppoſitæ, l. 1. l. 2. C. in quibus cauſis pignus, vel hypoteca tacitè contrahatur, cum alijs: vnde ſimiliter hanc tacitam hypothecam patiuntur res, & bona iſtorum nauiculariorum ſunt, etenim debitores fiſci; ſi quidem, cū ipſo contrahunt publicas ſpecies vehendas accipientes: idcircò ſi eorum dolo, vel culpa ſpecies aliquot perierint, aut deterioratæ ſint, vel diſtractæ earū periculū ad eos expectabit, & pro ipſarum ſecuritate prædia, ac reliqua eorum bona ſunt tacite obnoxia, & obligata, adeò vt ſine iſto onere hypothecæ alienari nequeāt, l. 1. 2. 3. inſt. eod. & id eſt intentum, quò is titulus tendit: & is verus eius ſenſus, quo quidem ſummatim hæc
6 deciduntur. Primò, quod ementes res nauiculariorum, vel aliter in earum ius ſuccedentes, pro rata æſtimationis ipſarum teneantur nauiculariorum functionem, & munus agnoſcere, quia ſunt tali oneri obligatæ, nō pro reſiduo ſuo patrimonio, quod procedit etiam ſi tales ementes, vel ſuccedētes ſint de domo Imperatoris, d. l. 1. l. 2. inſt. eod. Item, vt in præfato caſu teneantur, etiam rerum nauiculariorum venditores, ſi earum emptores nōn inueniantur idonei, l. fin. & hoc eſt iſtius tituli breue compendium, ex quo, & antea dictis, ita præſens rubrū ex-
7 planabis, titul. 2. Qui agit de prædijs, & omnibus rebus nauiculariorum, ſcilicèt, ſine onere tacitæ hypothecæ, & obligationis nō vēdendis, vel aliter alienandis, id eſt, qui oſtendit qualiter, & quatenus teneātur emēntes prædia, & alias res nauiculariorum, vel alio titulo in eis ſuccedentes, ſi eorundem nauiculariorum culpa, vel dolo publicæ ſpecies fiſcales in nauigatione ſint deperditæ, vel deterioratæ. Et prodeſt ad hanc tractationē, l. 25. tit. 13. part. 5. vbi Gregor. gloſ.

gloſ. 2. huc etiam pertinēt aliquo modo, quæ allegat Sebaſtianus Ximenez hìc.

Titulus III.

De nauibus non excuſandis.

SVMMARIVM.

1 *Præludium.*
2 *Huius tituli ſumma, mens, atque intentio, traditur.*
3 *Rubrum explanatur.*
4 *Embola, quid ſit, remiſſiuè oſtenditur.*

1 PRO tituli huius introductione, & explicatione legēda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo 2. ſuperiori: vbi diximus, quod nauicularij nauibus proprijs, vel conductis tenentur per mare publicas ſpecies ad vrbem, vel ad caſtra militum annonæ cauſa deferre, & tranſportare, iuxta illius tituli deciſionem.
2 Quo præmiſſo dicendum, quod ſæpiſſimè contingebat, vt ad huiuſmodi nauigationem, & publicarum ſpecierum tranſuectionē, vel ad bellum per mare gerendū, vel ad publicam aliam neceſſitatē deficeret numerus neceſſarius nauium, in quibus caſibus, ac ſimilibus, hoc titulo ſtatutum eſt, quod poſſint capi, & conduci naues priuatarum perſonarum, nec prætextu alicuius nominis, ſeu tituli alieni, vel cuiuſque priuilegij corpori iuris inſerti, vel non inſerti, quis poſſit nauem ſuam excuſare ab iſto onere, alioquin ipſa nauis publicabitur, fiſcoque aplica-
3 bitur, l. 1. l. 2. infr. eod. Et hæc eſt totius huius tituli ſumma, mens, intentio, & diſpoſitio, ſecundum quā, & ea, quæ dicta ſunt, ita eius rubrum explanabis: de nauibus non excuſandis, id eſt titulus 3. qui agit de nauibus non excuſandis, ſcilicèt ab onere ſeruiendi in publicis neceſſitatibus, hoc eſt, quo ſtatuitur nullas naues excuſari poſſe per dominos ſuos, vel alios, ne capiantur, ſeu conducantur ab Imperatore ad aliquam publicam, & neceſſariam nauigationem, *Y de aqui es, que cada dia en los puertos de mar ſe embargan naues, galeras, y otros baxeles, para ſeruicio de ſu Mageſtad.* Et vide, quæ ſcribimus in titulo de nautis Tiberinis, inf. hoc
4 lib. 10. Et quæ tradit Bobad. in politic. lib. 3. cap. 3. nu. 63. & in gloſ. d. & eſt ibidem. Quid autem ſit embola, de qua fit mentio in dict. l. 2. infra eod. explicant ibi Pyrrhus, & Alciatus.

Titulus IIII.

Ne quid oneri publico imponatur.

SVMMARIVM.

1 *Oneris appellatione, quæ contineantur.*
2 *Publicæ ſpecies, quæ dicantur.*
3 *Onus publicum, quod appelletur, ac illius tituli ſummaria propoſitio, & intentio traditur.*
4 *Rubrum exponitur.*

1 ONeris appellatione plura cõtinentur ſignificata: nã onus, munus dicitur, l. munus 18. ff. de verbor. ſignific. Et æs alienum hæreditatis onus nuncupatur, l. vna, §. penult. ff. ſi mulier ventris nomine compreheṇduntur, etiá ea appellatione omnia quæcúq; in nauem vehenda inferuntur, l. 3. l. penultima, §. penultimo, ff. locati, l. 6. ff. ad l. Rhod. de iactu continentur, & alia. Et hoc ſit pri-
2 mum præludium. Deinde, & ſecundo præiacendũ eſt, quod Imperatoribus Romanis præſtabantur tributa quædam, quæ in ſpeciebus, ædulibus, & annonarijs conſiſtebant, vtputà in fruméto, vino, ordeo, ac ſimilibus, l. fruméta, l. modios, l. ſuſceptores, ſupra de ſuſceptoribus, lib. 10. & in illo titulo diximus: quę quidem publicæ ſpecies appellantur, eaſque à remotis prouincijs trãſmarie ſitis, nauicularij tenebantur ſuis nauibus proprijs, vel conductis Romam, vel ad caſtra militum pro eorum alimonia, aut ad alium locum deſtinatum, deferre, & tranſportare, vt ſtatutũ eſt in titulo, ſupra de nauicularijs, hoc lib. 11. vbi
3 latè faſi ſumus. Quibus præmiſſis, dicendum, quod huiuſmodi tributa, quę in publicis ſpeciebus ſoluebantur Imperatori, vel eius fiſco, quę nauicularij in naues inferebant vehenda, & tranſportanda, onus publicum, appellatur in hoc titulo, quo cauetur, vt nemo cogat nauicularios ad hoc, vt aliud onus priuatum, huic oneri publico imponãt, & ſuperaddãt, ne nauis nimis oneretur: alioquin ſi naufragium ob id contigerit, vel aliud damnum ſucceſſerit, ad ipſius emendationem tenebitur, & criminaliter extra ordinem punietur, l. vnica, inſr. eod. cuius hęc eſt breuis, ſummariaque propo-
4 ſitio, & intentio. Ex quia, & ſupra dictis colligitur hæc ad noſtrum rubrum expoſitio, titulus 4. quo cauetur, ne quid oneri publico, id eſt, tributis publicarum ſpecierum in nauibus illatis, aliud onus priua-

Digitized by Google

priuatorum imponatur, & ſuper
addatur, nec ad id ſuſcipiendum
nautæ cogantur.

Titulus V.

De naufragijs.

SVMMARIVM.

1 *NAufragium, quid ſit.*
2 *De quibus naufragijs agat is titulus.*
3 *Tituli huius ſumma, & mens demonſtratur.*
4 *Rubrum explicatur.*
5 *Quæ actiones competant aduerſus aliquid ſurripientes naufragij cauſa, remiſsiuè declaratur.*
6 *Leges Regiæ huc pertinentes citantur.*

1 NAufragium eſt, na
ue fracta ſubmer-
ſio rerum, ſiue per
ſonarum, quæ in
eadē naue ſunt ma
ris tempeſtate, vel
alio caſu contingens: & dicitur
naufragium, quaſi nauis fragiū,
id eſt, nauis fractura, vt colligitur
ex Azone, & Acurſio hic, & pro-
2 bat, l. quotiens, infr. eod. Igitur in
hoc titulo tractatur de naufragijs,
quę patiuntur nauicularij publi-
cas ſpecies tranſportantes, dict. l.
quotiens, ibi ſuſceptionis autem
neceſsitas, l. pro his. l. fin. iuncta
gloſ. 2. infr. eod. De quibus eſt ti-
tulus ſupra de nauicularijs, hoc
lib. 11. vbi explicitum nobis eſt:
agitur etiam de naufragijs naui-
culariorum priuatorum, merca-
torumque nauium dominorum,
3 l. 1. l. 2. l. 5. infr. eod. Qua de re hæc
iſto titulo conſtituuntur, ac deci-
duntur, vt ſi nauis propter nau-
fragiū pulſa in littus, vel terram
attingerit, non ad fiſcum, ipſa na-
uis, & res in ea contentæ, ſed ad
dominum nauis pertinent, dict.
l. 1. Item ſi naufragium contige-
rit, & nauicularius ad ſui defenſio
nem probare vellit naufragij ca-
ſum, faciens teſtes examinare, ad
perpetuam rei memoriam, illud
facere debet coram iudice loci in
quo caſus acciderit, quas proba-
tiones ad Præfectum mittere, at-
que deferre debet, quæ omnia in-
tra annū tenetur facere, quo elap-
ſo, nullatenus auditur, l. 2. quæ, l.
minimè aduerſatur legi. de ſub-
merſis, infra eod. Eas enim ad cō-
cordiam reducit Acuſ. in dict. l.
2. verbo, anni, & in dict. l. de ſub-
merſis, verbo, biennium, vbi Bar-
tolus, & antiquiores alij. Deinde,
quod in pręfata probatione faciē
da nauicularius debet duos, vel
tres nautas, aut magiſtros nauis
in teſtes producere, quibus ſub-
meſis, vel deficiētibus, liberos eo-
rum, vt ſic veritas detegatur, d. l.
quo-

quotiens. Præterea, ſi incolæ prouinciarum Romani Imperij, ſemel tributa fiſcalia ſoluerint, & ea in nauibus illata naufragio perierint, non tenentur iterum ſoluere, l. pro his. Tandem, quod ſi aliquid deficiat de ſumma tributorum nauibus illata omnes de colegio, & ſocietate nauicularioru pro rata tenentur ſoluere, l. fin. & hæc eſt totius tituli ſum-
4 ma. Secundum quam, & ea, quæ antea dicta ſunt hoc modo poſſumus rubrum explicare, titulus ſi qui quidem agit de naufragijs; videlicet, quę patiuntur nauicularij publicas ſpecies, vel publicá tributa tranſportantes, vel alias res, & merces priuatorum deferentes: oſtenditque qualiter naufragium, & intra, quod tempus ſit probandũ, & ipſius cauſa ter-
5 minanda. Quæ autem actiones competant aduerſus aliquid ſurripientes naufragij cauſa, & quatenus teneantur illi, quorum culpa naufragium accidit, oſtendimus in rubrica, ff. de incẽdio, rui-
6 na, naufragio. Et videndæ ſunt, l. 9. cum alijs, tit. 9 part. 5. Aliæque, quas citat Ximenez hic, nec non l. 9. 10. 11. tit. 10. lib. 7. nouæ Recopilat. quarum auctor ille non meminit, quamquam huic titulo maximè conuenire videantur.

(.?.)

Titulus VI.

De metallarijs, & metallijs, & procuratoribus metallorum.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica tripartita diuiſio.*
2 *Metalli appellatio, quid comprehendat.*
3 *In quo ſignificatu metalla in hoc titulo accipiuntur.*
4 *Metallarij, qui ſint, exponitur.*
5 *Quid metallarij de metallis fiſco ſoluere debent tributi nomine.*
6 *Ad concordiam reducuntur, l. 1. 2. 3. & 5. huius tituli.*
7 *Procuratores metallorum, qui ſint declaratur.*
8 *Iſtius tituli ſumma, & intentũ traditur.*
9 *Rubrum explanatur.*
10 *Leges Regia de re metallica aliter agentes allegantur.*
11 *Valuta, quid ſit, remiſſiuè.*
12 *Quid auri ſcrupulus, remiſſiuè.*
13 *Cuius ponderis ſit vncia, remiſſiuè.*

1 TRipartita videtur rubrica noſtra; & prior eius pars eſt in prin-

principio, ſecunda ibi, & metallis, poſterior ibi. & procuratoribus metallorum: & de prima, & ſecũda parte agitur in omnibus legibus huius tituli, de tertia, dumtaxat in l.4. Et pro omnium, ac ſingularium partium expoſitione, & intellectu, dicendum eſt, quod metalli appellatio lata eſt, cõprehendit enim ſub ſua ſignificatione omnes metallicas ſpecies, nempè aurum, argentum, plumbum, ſtanum electrum, ferrum, & æs, vt docet Lucas de Penna hic, & etiam ſaxa, l.3.l.6.infr.hoc titulo. Et in hoc generali ſignificatu metalla in hoc titulo accipiũtur. Indeque metallarij dicuntur, qui laborioſis, ingenioſis, & licitis artibus venas metallorum inquirũt, & inquiſitas effodiunt, metallaque è viſceribus terræ deducunt, & ea fundunt, & in materiam lucidam redigunt, l. 1. dict.l. 3. vbi gloſ.2.dict l. 6. infr. eod. & docet Azo hic, num.3.& 4. vulgò, *Deſcubridores, y regiſtradores de minas de oro, plata, y otros metales.*

5 Huiuſmodi autem metallarij, de metallis, hæc fiſco tenentur inferre, id eſt ſoluere pro primo ingreſſu in illud officium octo ſcrupulos illius metalli, quod effodiunt, nec amplius, quam ſemel ſoluere debent, dict.l.1. & vltra hoc, eius metallij, quod fodiendum ſuſcipiunt, tenentur ſingulis annis ſoluere ſingulas libras, quarũ quælibet quatuordecim vncias æquiualleat, dict. l. 2. niſi aurum fodiant, quia tunc ſeptem tantum auri ſcrupulos debent annuatim ſoluere, l. per annos, infra eodem. Vltra hoc autem, totius metalli, quod percipiunt, facta ipſius fuſione, liquefactione, & purificatione, fiſco tenentur ſoluere duas decimas partes, ſi in ſolo fiſcali fodiunt, ſi in priuato, vnam fiſco, & alteram domino ſoli, reſiduum verò ſibi retinere poſſunt, dict.l.

6 3. Et ita ſunt intelligendæ, & ad concordiam reducendæ, d. l. 1.l. 2.l.3.& l.5.infr. eod. quæ inter ſe pugnare videntur, vt notat Batt. in d.l.1. vbi Acurſius varius inuenitur hac, & illac fluctuans in hac

7 difficultate. Porrò ad exigendas huiuſmodi partes metallorum ad fiſcum pertinentes deputati, & electi erant quidam officiales, qui procuratores metallorum appellantur, de quibus eſt tertia huius

8 rubri pars. Igitur habemus iam ſatis expoſitũ, quid ſint metalla, qui metallarij, & qui procuratores metallorum, de quibus omnibus, ac ſingulis hic titulus tractat, qui docet, & conſtituit ſequentia. Primò, quid metallarij de metallis, quæ effodiunt, fiſco exoluere debeant, & quid ſibi retinere poſſunt, dict.l.1.2.3.5. & modo ſigillatim explicuimus. Item, quod ita demum metallarij in alieno ſolo metalla, & ſaxa inquirere, atque effodere

effodere poſſunt, ne ex tali effo-
ſione ædificia dominis ſoli de-
ſtruantur. & labefactentur, l. 6.
Deinde, quod ſi metallarij maſcu
li, vel metallariæ fœminæ officiũ
metallicum deſſerant, & alio ſe
conferant, ad illud reuocãdi ſunt:
tametſi familiares Principis ſint,
l. vltima. Prætereà, quod procura
tores metallorum ſuam procura-
tionem, ſuumque munus tributa
metallica exigentes, nec ipſum
deſſerant præ textu hoſtilis me-
tus, nec ad aliquam dignitatem
adſpirare poſſunt, niſi eorum of-
ficio expleto, dict. l. cum procura
9 tores, infr. eod. Et id eſt in ſumma
iſtius tituli intentum: ex quo, &
ex ſuperioribus deducitur ad no-
ſtrum rubrum talis expoſitio, ti-
tulus 6. qui agit de metallarijs, id
eſt, de perquirentibus, effodienti
bus, & fundentibus metalla, vtpu
ta aurum, argentum, &c. Nec nõ
de ipſis metallis, oſtenditque qua
le ſit metallariorum iſtorum of-
ficium, & quas partes metallorũ
tributorum nomine fiſco exolue
re debet, & quas ſibi retinere poſ-
ſunt, & de procuratoribus metal-
lorum, hoc eſt, de his, qui nomi-
ne fiſci partes metallicas, à metal-
10 larijs exigunt. Sanè iure regio ali
ter ſtatutum eſt circa huiuſmodi
metalla, & metallarios, in l. 2. 3. 4.
5. tit. 13. lib. 6. nouæ Recopilatio.
vbi Azeuedus, quæ tamen Re-
giæ conſtitutiones à iure Regio
nouiſsimo emendatæ ſunt, vt cõ-
ſtat ex noua pragmatica ab inui-
ctiſsimo Rege Philippo II. lata in
Cœnobio diui Laurenti, die 22.
Auguſti, anno 1584. quę hodie re
petitur in quaterno nouiſsimo ad
dito nouæ Recop. ſub eod. tit. 13.
11 eſtque l. 9. in ordine. Quid autem
ſit valuca, cuius fit mentio in d. l.
1. & l. 2. explicant ibi Pyrrhus, Al
12 ciat. & Cuia. Et quid auri ſcrupu-
lus, de quo meminit, d. l. 1. tradit
Couar. de veterũ numiſm. collat.
13 c. 3. §. 1. nu. 2. verſ. Secũdo ad hoc:
cuiuſque ponderis vncia ſit, do-
cet idem Couarr. in eodem loco
modò citato, c. 2. num. 5. de vncia
etenim etiam meminit, d. l. 2. infr.
eod. & vide Ximenez hic.

Titulus VII.

De murilegulis, & gynæciarijs, & procuratoribus gynęcij, & de monetarijs, & baſtagiarijs.

SVMMARIVM.

1 *Tituli diuiſio.*
2 *Murileguli, qui dicantur, & nu. 3.*
N 3 *Con-*

3 *Conchiliũ, quid ſit, quique conchileguli ſint.*
4 *Gynaciarij qui.*
5 *Baphei qui.*
6 *Qui lintearij, & liniſiari, ſeu liniſices.*
7 *Monetarij qui.*
8 *Baſtagiarij, ſeu baſtagarij qui.*
9 *Procuratores gynaciy qui.*
10 *An præfati omnes opifices ſint liberi, vel ſerui, qualiſque ſit eorum conditio, & ſtatus.*
11 *Tituli ſumma, & intentio oſtenditur.*
12 *Rubri tenor conſtruitur, & exponitur.*

1 QVinq; ſunt huius tituli partes. Quarũ prima de murilegulis. Secũda, de gynæciarijs. Tertia, de procuratoribus gynæcij: alia de monetarijs: vltima de baſtagiarijs inſcribitur, vt rubrica noſtra demonſtrat. Pro quarũ omnium, & ſingulorum explicatione, ac totius tituli introductione prænotandum eſt, quod olim Imperatores habebant quædam colegia, & corpora, cerraſque ſocietates, & communitates opificum, & officialiũ, qui quidẽ ſeruitium aulæ Imperiali exhibebant, in quibuſdã officijs, & miniſterijs Imperatori, eiuſq; domui neceſſarijs: erat enim collegiũ murilegulorũ, gynæciariorum, monetariorũ, & baſtagiorũ, l. ſi quis ex corpore, infr. cod. de quibus ſingulis
2 exponendis diſſeramus. Murileguli ſunt, qui murices legunt, id eſt, qui coligunt piſces, qui dicuntur murices hábẽtes purpuræ florem in medijs faucibus, tingẽdis veſtibus aptum, vel ex quorum cruore, & ſanguine inficiat tingi veſtes ſolebant, l. 9. & fin. inf. cod. & tradit Plin. lib. 9. cap. 25. & probant Acurſ. & omnes hìc, qui alio nomine conchileguli appellãtur
3 in dict. l. fin. hoc eſt, qui coligunt conchilia. Eſt autẽ conchiliũ, idẽ quod murex, ex cuius humore, & ſanguine tingebãtur Imperiales veſtes: nã coloris purpurei erat, & ſic purpura tingebatur, vt auctor eſt Caſiado. lib. 1. variar. epiſt. 2. ad Theonem, & omnes ſcriptores in d. l. 9. vnde idem ſunt murileguli, & conchileguli, & ſolum nomina, à quibus deriuãtur, differũt in eo, quod muricis nomen Latinũ eſt, conchilij verò Græcũ, ſecundũ Pratei. in l. iuris, verb. cõchilij, & vtrumq; nomen Hiſpani vocant, *La concha con que ſe haze la purpura.* Indeque murileguli, & cõchileguli, vulgò poſſunt appellari, *Los peſcadores, o cogedores deſta concha*: de quibus eſt prima ru-
4 bricę pars. Gynæciarij ſunt, qui pannos Imperiales texunt, & cõficiunt aurũ, & ſéricum inſerẽdo, & ita appellantur à gynæcio, ſeu gynæceo, voce Græca, quæ textrinum ſignif. id eſt locũ, vbi panni Impe-

Imperiales texūtur: indeque gynæciarij ſunt pannorū Imperialium textores, l. 5. & 6. infr. eod. l. 1. infr. tit. 1. vulgò, *Los q̄ texen los paños del Rey, o Emperador, y los labradores d.l Rey y Reyna*, de quibus eſt, l. 25. & 27. tit. 18. lib. 9. Recop. quorum appellatione cōtinētur, qui eoſdem pannos curabāt, vel peniculo adhuc rudes tergebant, laneq; nodos incidebant, & extrahebant, vulgò, *Eſpincadores, y tundidores, y cardadores, y otros oficiales contenidos en el repertorio de la nueua Recopilacion*, verbo, *Obraje de los paños*, vt oſtēdit Caleopinus, verb. Gymneciarij.

5 Eademque appellatione contine̅tur, alij officiales operationis pannorū Imperialium, qui appellantur bapheij, id eſt tinctores, qui pannos tingunt Imperiales, l. 2. l. Iotas, infr. eod. vulgò, *Tintores de los paños del Emperador, ó Rey*. Indeque baphon, ſeu baphia, erat locus, ſeu officina, vbi panni infici, ac coloribus tingi ſolebant, Latinè, tinctoria, Hiſpanè, tinctoreria: & de tinctoribus ſunt, plures leges Regiæ, nouæ Recop. verb.

6 *Tintoreros*. Nec non eadē ſignificatione comprehendūtur, lintearij, ſeu linifiarij, vel linifices, ideſt, qui pannos linteos Imperiales cōficiut, l. 13. vbi glo. inf. eod. in qua falſo lymphariorū proleariorum, legitur, vt tradit Pratc. verb. linifiarij, vulgò, *Texedores, y hazedores de lienço del Emperador*: & de omnibus his gymneciarijs loquitur ſecunda pars præſentis rubricæ.

7 Monetarij ſunt, qui Principis monetam cudebant, & in moneta publica operabantur, l. 6. §. 1. ff. ad l. Iuliam pecula. l. 6. inf. de dignita. lib. 12. & tradit glo. in l. 1. infr. eod. Corraſ. lib. 3. Miſce. c. 13. vbi docet, quis fuerit primus cuſor, & inuētor monetæ: idque verū eſt, quidquid dicat Alciat. vulgò, *Los oficiales de la caſa de la moneda*, de quibus eſt hodie tit. 20 & 21. lib. 5. nouæ Recop. & de his accipienda eſt, 4. pars rubricæ

8 noſtræ. Baſtagiarij, aliàs, baſtagarij, à baſtaga, dicuntur eſt autem baſtaga munus, ſiue onus fiſcaliū rerū iumentis portandarū, l. 3. infr. de cohortalibus lib. 12. Indeque hi dicuntur baſtagiarij, ſeu baſtagarij, qui eiuſmodi vecturæ rerū ad fiſcum pertinentiū deſeruiūt, quam iumentis faciunt, vt explicat Prateius, verbo, baſtaga, cum ſequētibus: baſtagiarios etiam dici putat Alciat. hic eos, qui neceſſaria militibus portabant, & de neutris iſtis agit hic titulus, quare idē Alciat. hic opinatur baſtagiarios eſſe, qui pannos, ſeu veſtes Principis ad tincturā ferebāt, & referebāt, & de his agit is tit. & quinta eius rubri pars, omiſſa expoſitione, glo. & Bart. in l. 4. inf. eod.

9 Tande procuratores gymnæcij, appellantur, qui gymnęciarijs, ac

cæteris officialibus, quos eadem appellatione comprehendi diximus: præpoſiti erant, & pannos Imperiales à gymnæciarijs confectos accipiebant, & in fiſcum redigebant, l. penultima, infr. hoc tit. vbi gloſ. verbo, procuratores, & Azo hic, nu. 7. qui quidē (vt opinor) etiam baſtagiarijs præſunt: nam eorum opera præfatos pannos ad Principem mittebant, & hac ratione non ſeruaui ordinem rubricæ: ſed vltimo loco, poſtquā qui ſint baſtagiarij, explicui, de his procuratoribus egi, vt eorum munus, & officium clariùs perciperetur, & de his eſt tertia rubri pars: *Eſtos en alguna manera ſe podran comprar oy a los veedores de los paños, aunq̄ no conuienen en todo, los quales veedores examinā los quatro oficios principales del obraje delos paños, que ſon perayles, texedores, tundidores, tintoreros,* iuxt. l. 99. & 100. cum alijs, tit. 13. lib. 7. nouæ Recop. *Y tambien ſellan los paños,* iuxt. l. 114. eiuſdem tituli, & lib. cum alijs congeſtis in Repertorio, nouæ Recop. verbo, *Veedores de paños*, in quibus de eorum officio, & electione tractatur.

50 Ecce igitur habes explicitū, qui ſint omnes iſti opifices Imperatoris, de quibus eſt iſtius tituli tractatio, ſed dubitari poteſt an liberi ſint, vel ſerui, in quo articulo Azo, & Acuſ. hic aſſeuerant ſeruos Palatinos eſſe, quorum ſententia meritò diſplicet Bar. Penneſi, & alijs hic, qui aliquot rationib' mouentur. Quarū potiſsima eſt, quia liberantur ab huiuſmodi officijs, ſi ſeruiant per ſubſtitutū, d. l. ſi quis ex corpore, infr. eo. quod vtique non poſſent facere ſi eſsēt veri ſerui. Rurſus, & matrimoniū contrahunt, l. murileguli, l. ædicimus, infr. eod. quod ſerui contrahere nequeūt iure iſto ciuili, l. cū ancillis, C. de inceſtis, & inutilib' nuptijs ſunt igitur huiuſmodi officiales, quidam opifices, & artifices Principis, & Imperatoris præfatis miniſterijs adſtricti, quorū nulla eſt adminiſtratio, ſed adſcriptiria, & non ſeruilis conditio, quemadmodū in ſimili diximus de agricolis, & cenſitis, in tit. 47. ſupr. hoc lib. 11. de his ergo agit

11 is titulus. Qui ſequētia conſtituit, & primo circa murilegulos ſtatuit, quod ſubtrahens, vel vſurpans nauiculam capiendis muricibus, & conchilijs deputatam, duarum librarum auri pœna puniatur, l. 9. infr. eod. Item ſi murileguli ad aliquam dignitatē adſpirauerint, propria ſui officij cōditione relicta ad eandem reuocētur, & bona per eos alienata eis reſtituantur, niſi eorum poſſeſſores malluerint murilegulorum conditionem ſubire, l. 11. Et circa gynæciarios, reliquoſque gynæcij officiales, & artifices definit, quod gynæciarij, & baphei pœna capi-

tali

tali plectantur, ſi eorum officium per labem ſymoniæ adipiſcantur, l. 2. Item vt receptans aliquē ex collegio gynæciariorum pœna quinque librarū auri puniantur, l. 5. Rurſus, vt qui veſtibus Principis ſunt præpoſiti non debent à tinctoribus pannorum ſpecies ipſas pannorū recipere, niſi lotas: nam tunc melius cognoſcitur an metaxæ, vulgò, *Madejas*, ex quibus panni fiunt ſint perfectè tinctæ, nec ne, d. l. lotas. Circa monetarios autē ſtatuit, quòd à tali officio, & conditione cudēdi monetam, nequeant liberari ſub cuiuſcūq; dignitatis priuilegio, l. 1. Item, vt nulla mulier ingenua nubat monetario, quod ſi nupſerit, & poſt denūtiationem ſibi factam non receſſerit, tam ipſa, quā filij eius, & monetarij, conditioni monetariæ erunt adſtricti. Si autem mulier adſcriptitiæ cōditionis, ſe monetario coniūxerit ſciēte, vel ignorante domino cuius fundo erat adſtricta, & talis dominus admonitus, eam mulieri à tali contubernio non auocauerit vlterius ipſam reuocare nō poterit, ex huiuſmodi enim deſimulatione eam perdidit, itē quod ſicut ingenuę mulieres monetarijs nubere nequeūt, ita mulieres monetariæ alijs, qui non ſunt eiuſdē collegij copullari matrimonio nō poſſunt, d. l. ædicimus, infra eod. Circa baſtagarios autē decernit, quod quilibet, qui iumenta poſsident teneatur ex quinque iumētis vnū baſtagiarijs dare, pro reparatione, id eſt, reportatione, & vectura veſtiū, & pannorum Principis, quos baſtagiarij ad tincturā ferre, & referre adſtringūtur, l. 4. ſic intelligenda. Prætereà, vt baſtagiarijs nō liceat ad aliam militiam trāſire, niſi ſuo officio expleto, l. 8. Et generaliter conſtituit, quod omnes, qui ſunt de corpore, & collegio murilegulorū, gynæciariorum, lintearior ū, monetariorum, & omniū artificū Principis, de quibus agit is titulus, nequeant à tali conditione, & ſtatu liberi, etiam Principis reſcripto, niſi dato ſubſtituto, qui ſolēniter approbetur, & talis liberatio vltra eius perſonam nō porrigatur, d. l. 13. infr. eod. Tandem circa procuratores gymnæcij præcipit ne admittantur ad eiuſmodi officia gerenda, niſi priùs ſatiſdationem præſtiterint de ipſa re ſacri ærarij procuranda in his, quæ ad ſuum
13 attinent officium, l. 14. Definit, & alia multa, ſed hæc ſufficiant pro percipienda aliquali huius tituli ſumma, & intentione, ex qua, & ſupra expoſitis induci, ac fabricari poteſt ad eius rubrū huiuſmodi conſtructio, & expoſitio, tit. 7. qui agit de murilegulis, id eſt, de his, qui colligunt piſces, qui dicūtur murices, ex quorū ſanguine tingi veſtes Imperiales ſolebant,

& gynæciarijs, hoc eſt, pannorũ, & linteariorum Imperialiũ textoribus, terſoribus, & tinctorib⁹, & procuratoribus: gynęcij, id eſt, qui eiſdem gynæciarijs præpoſiti erant, ac pannos Imperiales in fiſcum redigebantur, & monetarijs, hoc eſt, qui Principis monetam cudebant, & in monetæ publicæ fabricatione operabantur, & baſtagiarijs, ſeu baſtagarijs, id eſt, qui pannos, vel veſtes Principis ad tincturam ferebant, & referebant, videlicèt oſtẽdit, qualiter eiuſmodi artifices, eorumque filij poſsint, necne alterius conditionis perſonis matrimonio copullari, & quod eiuſmodi officia, quibus deſeruiũt, deſerere nequeãt, niſi ſubſtituto dato, & approbato, &c. Huc generaliter pertinẽt omnes leges Regiæ ſupr. citatæ, quas nõ allegat Xime. hic. Et vide, quę ſcribimus in tit. 1. ſequenti.

Titulus VIII.

De veſtibus holoberis, & auratis, & de intinctione ſacri muricis.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio.*
2 *Veſtes holobera, & aurata, quæ ſint, explicatur.*
3 *Intinctio ſacri muricis, quid ſit, declaratur.*
4 *Huius tituli ſumma, & intentio traditur, & nu. 5.*
5 *Paraguada, quid ſignificet, remiſsiuè docetur.*
6 *Rubricæ tenor exponitur.*
7 *Veſtis etymologia declaratur.*
8 *Leges Regiæ huc pertinentes allegantur.*

1 POſtea quã in tit. 1. ſuperiori de officialib⁹, & artificibus pannorum, ex quibus Imperiales veſtes conficiũtur, actum eſt, nunc in iſto tractatur de ipſis pãnis, & veſtibus, quę vel veſtes holoberæ ſunt, vel au-
2 ratæ. Vt rubrica noſtra demonſtrat, holoberæ ſunt, quæ totæ de auro ſunt ab holom, voce Græca, quod eſt totum, & veris, quod eſt aurum, auratæ dicuntur, quæ de ſerico ſunt: auratæ tamen, & filijs ſericis contextæ, ita exponere videntur Azo, Acurſ. Bart. & antiquiores alij hìc. Idem Bart. in l. 1. infr. hoc tit. Hæc tamen expoſitio in propria eſt, nullibi etenim probatur, quod hoc nomen, auratus, aurata, auratum ſignificet, ſericum. Quare Alciat. hic (quem quidam ſequuntur) intelligit, veſtes holoberas eas appellari, quæ ob aurum intextum graues ſunt, ſed nec hęc expoſitio placet, quia priori ferè ſimilis eſt. Vnde verè dicendum eſt, quod veſtes holoberæ

beræ appellãtur, quæ totæ ſericæ ſunt, & ſic holoberæ, id eſt, holoſericæ hoc eſt, totæ ſericæ, ita didicimus ex Zonora in 12. Canone Concilij Gangr. & ex Anto. Contio. & Cuia. in l.4. infr. eod. Auratæ ſunt, quæ vel totæ de auro, vel auro, & ſerico contextæ ſunt, quę interpretatio probatur ex eo, quod in iſtius tituli legib', dumtaxat firmatio de ijs duabus veſtibus, auratis, & ſericis, l. 1. 2. 4. infr. eo. Vnde neceſſario præſupponitur, quod holoberæ veſtes ſunt ſericæ: auratæ autē, quæ vel totę de auro, vel cum ſericijs filijs contextæ ſunt. Præterea, nã nullibi probatur, quod hæc vox auratus.a.um. ſignificet ſericum, vt modò diximus. Ex quibus expoſita, & explicita manet prior rubri pars ibi, de veſtibus holoberis,
3 & auratis. Pro ſecundæ autē partis declaratione ibi, & intentione ſacri muricis legenda, vidēdaque ſunt, quæ ſcripſimus in d. tit. primo ſuperiori, vbi diximus, quid ſit murex, muricis, & quod eius ſanguine, & cruore tingebantur veſtes Imperiales, ob idque ſacer hìc appellatur, & de huiuſmodi
4 intinctione tractatur. Et quæ hoc titulo ab Imperatoribus conſtituuntur, hæc ſunt. Primò, quod nullus poſsit auratos, aut ſericos pannos viriles vſibus priuatorū hominum contexere, aut conficere, ſed quod in gynæciatijs Imperatoris tantū fiant, & texantur, ex quib' Imperiales veſtes cōficiuntur, d.l. 1. inf. eo. vbi legēdi ſunt Alcia. & Cuia. qui docēt, quid ſit pa-
6 ragauda, cuius ibi mentio fit. Itē vt nullus vir poſsit præfatas veſtes auratas veſtitas deferre, vel habere, abſq; Imperatoris reſcripto, l.2. Deinde, vt nemo audeat præfatos pannos, aut veſtes ſecū ferre, quæ ſoli Imperatori, eiuſq; domui conueniunt, alioquin plectetur, l.4. vbi omnino legas Bart. pro illius legis intellectu percipiēdo itidem, quod non liceat viris priuatis tingere, vel ſecū portare pannos ſimiles tincturæ muricis ſub pœna capitis, l.3. Rurſus purpuræ mercationes prohibētur in l.5. definiūtur, & alia in d.l.4. quæ breuitatis cauſa omittimus, ſat ſit hæc propoſuiſſe pro præſentis tituli ſumma, & intentione perci-
6 pienda. Secundū quam, & eaque ſupr. expoſita ſunt, hoc modo rubricæ tenorem explicamus, tit. 8. in quo tractatur de veſtibus holoberis, hoc eſt, totis ſericis, & auratis, id eſt, totis de auro factis, vel ex auro, & ſerico cōtextis, ſupple à viris priuatis non induēdis, nec contexendis, nec habendis, & de intinctione ſacri muricis, hoc eſt de tinctura, quæ fit ſanguine cuiuſdam piſcis, qui dicitur murex, ſupple nō facienda in pannis, vel veſtibus priuatorum, ſed tantum
7 Imperatorū. Veſtis autē dicitur

auellere, quod eſt vniuerſæ ouis,
lana, vel auellando, quod corpus
noſtrum vellet, vt inquit Varro,
& tradit Azeued. in l. 2. tit. 12. lib.
8 7. nouæ Recopilat. num. 3. Cuius
tituli, l. 1. & ſequentes huc perti-
nent, vbi legendus eſt Azeued.
quæ tamen iure Regio nouiori
emendatæ ſunt per Regiā prag-
maticam, latam à Rege domino
noſtro Philippo III. in Cœnobiò
diui Laurenri Regalis, quæ nouū
ordinē præſcribit in veſtibus in-
duendis, & veſtitis deferēdis, oſtē
ditque cuiuſmodi veſtes priuatis
perſonis ſint prohibitæ, & Rega-
libus permiſſæ, ad quod etiā con-
ducit. l. 8. tit. 1. lib. 4. nouæ Recop.
In qua etiam legēdus eſt Azeue.
& vide, quæ ſcribimus in tit. infr.
nulli licere in frænis, hoc lib. 11.

Titulus IX.

De fabricenſibus.

SVMMARIVM.

1 *FAber quid ſignificet.*
2 *Fabricenſes, qui dicantur, & nu. 3. & 4.*
3 *Fabrica, quid ſit exponitur.*
4 *De collegio fabricenſium tractatur.*
5 *Primicerius fabricenſium, quis fuerit oſtenditur.*
6 *Summaria huius tituli intentio traditur.*
7 *Rubricæ tenor componitur, & declaratur.*
8 *Leges Regiæ ad rem pertinentes citantur.*

1 FAbri nomen la-
tiſsimū eſt, vt tra-
dunt Platea hîc,
Briſonius, Oto-
manus, & alij iu-
ris exploratores,
ad verbū fabri, & accipitur tripli-
citer. Primò largiſsimè, pro quo-
libet opifice, cuiuslibet artis, etiā
lignorum, & lapidum, vulgò,
Carpintero, y albañir. Secūdò lar
gè, pro quolibet colente, & ope-
rante ferrum, qui fabriferrarij di
cuntur, teſtante Plin. lib. 14. c. 4.
vulgò, *Herreros, cerrajeros, calde*
2 *reros*, & ſimiles. Tertiò ſtrictè pro
cudentibus, & fabricantibus ar-
ma: indeq; fabricēſes appellantur
hi, qui in ſacris, & publicis (id eſt
Imperatoris) fabricis arma cude-
bant, & fabricabant, veluti haſtas,
ſagittas, loricas, arcus, ſpatas, bal-
liſtas, clipeos, ſcuta, & alia, vt do-
cent Azo, Acurſ. Bart. & omnes
hic, & Cuia. in l. 1. infr. eod. (quæ
autē veniant armorū appellatio-
ne, oſtēdimus in tit. infr. vt armo-
3 rū vſus, hoc lib. 11.) Fabrica etiam
deriuatur à fabro (quæ licet plu-
res patiatur ſignificationes, vt tra
dit Prate. in lexicō iuris, verb. *Fa-*
brica)

brica) in hac tamē tractatione pro armorum factione accipitur, vt auctor eſt idem Prateius, vel pro loco in quo arma Principis fabricantur, id eſt, pro fornace, qui habet ventum, & flāmam, vt voluit Lucas de Penna, in l. 1. infr. eo. vulgò, *La fragua donde ſe labran las armas del Emperador, o Rey, o Principe.* Quam Acurſ. hic publicam fabricam vocat: inde etiam appellantur fabricenſes, vulgò, *Maeſtros de hazer armas del Rey, o Emperador*, ab ipſa fabrica, cui deſeruiunt, quaſi eidem cēſiti, id eſt adſcripti, & adſtricti, ſecundū Pennenſ. hic. Vocantur etiam fabricenſi, armificatores, ſeu armifactores in authentico de armis, collatione 6. & docēt Azo, Acuſ.
4 & Platea hic. Erat autem, tempore huius tituli legum, certū collegium, ſeu corpus, & ſocietas huiuſmodi fabricenſium Imperatoris habentium arcam communem, idque indicant, l. 4. 5. 6. infra eod. & tradit Cuiacius, in l. 2. infra eod. & diximus in titulo, C. de hæreditatibus Decurionū, vbi videndū eſt: erantque in Romano Imperio 19. publicæ fabricæ præcipuæ, videlicèt in Ilirico, quinque, in Italia 6. in Gallis 8. erantque ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, quemadmodum Guido Pancirolus in notitia vtriuſque Imperij teſtatur, & cōſtat ex ſuperſcriptione, l. ſecundæ, 3. 6. & 7. infr. cod. quæ ad ipſum magiſtrum officiorum diri-
5 guntur. Et ſingulis fabricis præpoſitus erat primicerius, qui inter fabricenſes primum locum obtinebat, l. 2. infr. eod. vbi Cuia. notat, & explicat Briſonius, verbo, primicerius, vulgò, *Maeſtro mayor de hazer armas del Emperador, o Rey, o armero mayor*, officium ergo fabricenſium erat arma publica, & Principis conficere, & fabricare, & confecta primicerio tradere, vt in publicis armamentis reponerentur, in d. authent. de armis, §. hoc autem,
6 & §. hanc igitur. De illis ergo fabricenſibus eſt huius tituli tractatus, quo quidem ſequentia proponuntur, & ab Imperatoribus conſtituuntur. Quam primum, quod prouinciales ſubditi Romano Imperio, qui tributi cauſa tenebantur ferrum fabricenſibus præſtare ad arma cudēda, non liberentur ferri æſtimationem dando, ſed omnimodò ipſam ferri ſpeciem dare adſtringuntur, d. l. 1. infr. eod. Itē, vt primicerius fabricēſis poſt bienniū vacationem, & excuſationem habeat à muneribus publicis, & vno quoque biennio ad ſalutandum Principem admittatur, l. 2. Rurſus, vt ſtigmata, id eſt, notæ publicæ in brachijs fabricenſium infingantur, adinſtar Tyronum, vt ſi latitauerint ex tali

ſigno

ſigno cognoſcātur, & qui eos ſuſcipiunt latitantes, puniuntur in hoc,quod ipſe, eorumque liberi, adſcribendi ſunt publicæ armorum fabricæ,l.3.vbi Cuia. Præterea ſi quis vellit fabricēſium collegio aſſociari apud acta coram iudice,cōuocatis his quorum interſt,oſtendere debet ſe non progenitū ab auo, vel patre curiali, nihilque debere ordini ciuitatis, vel ciui, qui autē his non ſeruatis fabricēſis eligitur patriæ ſuæ munera ſubire cogitur,à quibus.nec preſcriptio temporis,nec ordinis prærogatiua eum eximet,l.4.Itē, quod fabricenſis vnà cum ſobole ſua debent publicæ fabricæ ſeruire,& pro eo,quod ab vno eorū cōmiſſum eſt, cæteri de collegio
7 tenentur,l.5.Proponūtur,& alia, ſed hæc eſt potiſsima huius tituli ſummaria intentio,ex qua, & ſuperioribus plana hæc colligitur interpretatio ad eius rubrum, de fabricenſibus, id eſt, titulus 9.in quo tractatur de fabricēſibus,hoc eſt de his,qui in fabricis Imperatoris publica arma fabricant, & cudunt,nempè oſtenditur qualiter eligantur,& ſuo officio inſer-
8 uire teneantur,&c.Porrò iure cōmuni non licèt priuatis perſonis arma facere, vt probat is titulus, nec emere,vendere,nec transferre,vt tenēt Azo,& Acurſ.hīc, & Azeued.in rubr.tit.6.lib.6.nouæ Recop.nu.9.&10. Hodie tamen iure Regio, aliud ſtatutū eſt per dict.tit.6.lib.6.nouæ Recopilat. qua de re videnda ſunt, quæ ſcribimus in dict.tit.infr. vt armorū vſus,hoc lib. 11.

Titulus X.

De veteris numiſmatis poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Numiſmatis duplex ſignificatio.*
2 *Eius etymologia.*
3 *Cur vetus numiſma dicatur.*
4 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio, & nu.5.*
5 *Solidi obryzati, qui appellentur.*
6 *Rubricæ compoſitio, & explanatio.*
7 *Remiſsiones vtiles huc pertinentes citantur.*

1 Sciēdū eſt, quod numiſma dupliciter accipitur in ſua ſignificatione. Primò large pro quacumque monetarum ſpecie, ſiue illa aurea, ſiue argentea, aut ærea ſit, vt tradit Iſidorus, & Caleopinus, verbo, numus, & in hoc ſignificatu ſumptum, idem eſt, quod

Digitized by Google

quod numus, denarius, moneta, & pecunia, comprehenditq; omnes numorum ſpecies veluti, ſolidos aureos, &c. Et in hoc ſenſu conſideraui accipiendã eſſe gloſſam hic. Quatenus dicit, quod numiſmã, & aureus, & ſolidus aurei idem ſunt, & in iſta ſignificatione lata nõ ſumitur in hoc titulo. Secũdò ſtrictè, pro ſolido, qui tãtum cudebatur ex auro, & ſic pro ſolido aureo, & in hoc ſtricto ſignificatu accipitur in titul. iſto, vt ſentiũt hic Azo, Acurſ. & omnes, & manifeſtè probant, l. 1. 2. 3. infr. eod. quæ quidem, dumtaxat ſolidorum, non aliarum moneta-

2 rum mentionem faciunt. Vocatur autem numiſma à nomia, vel nomos, voce Græca, quæ idẽ eſt, quod lex, indeque etiam numus, dictus eſt: nam licèt ante monetę fabricationem, & numorum percuſsionẽ inuentam, homines vice, & permutatione rerũ comercia exercerent, poſteà tamen lege ipſa vſus numorum, vel numiſmatum introductus fuit, l. 1 ff. de contrahend. emptio. & tradit Coua. in tract. de veter. numiſm. collatione, c. 7. nu. 1. verſ. cæterum. Vel ideò numiſma appellatur, quia effigies, vel imago, atque nomen Imperatoris in eo ſcriptum, & ſculptũ erat, vt probat, l. 1. infr. eod. ibi: Veterum Principum veneratione formatos, & Matth. c. 22. quãdo Dominus noſter à Iudæis tentatus, & interrogatus, an liceret eis dare tributum Cæſari, dixit: deferatis mihi numiſma cẽſus, & paulò poſt, eo alato dixit: Cuius eſt imago hæc? cui reſpõderunt, Cæſaris: quibus ipſe reſpondit: Reddite ergo, quę ſunt Cæſaris Cæſari, &c. Indeque numiſma propriè ſonat idem, quod inſcriptio nominis, & imaginis Principis, vel Imperatoris in numo facta, ſecundum Lucam de Penna hic: vnde aliquando ſcribitur per literam O. à nomine nomiſma, l. Quintus, la 2. §. ſi autẽ, ff. de auro, & argento legato. Frequentius tamen, numiſma per vocalem V. reperitur ſcripta O. mutata in V. vt in hoc titulo, & in a-

3 lijs, plerisq; locis. Sanè vetus numiſma appellatur, quia olim de auro tantũ cudebatur ſolidus, ſecundũ gloſſam hic, & probare vi-

4 detur, l. vltima, infr. eod. Et inſpecto iſto tẽpore antiquo, procedit hic titulus, quo quidẽ in primis conſtituitur, quod ſolidi aurei in quibus Principis effigies eſt formata nõ refutetur ab ementibus, & diſtrahentibus ſi iuſtitia debiti põderis, ſint lege publici definiti, & contra facientes ſeuęriter puniũtur, d. l. 1. Deinde, quod minuta æſtimatione aurei ſolidi per Princípẽ, minuitur etiam æſtimatio rerum, quæ venduntur ad ſolidum, dict. l. 2. Rurſus definitur, quod vbique eadẽ ſit ęſtimatio, idemque

idemque valor eiuſdem numiſmatis, & ſolidi auri obryzati, & ſi quis contra hoc quidquam fecerit, capitali ſupplicio puniatur,
5 l. vltima (Sunt autem ſolidi obryzati, qui ex auro puriſsimo facti ſunt, teſtante glo. in dict. l. vltima, & Couarru. vbi ſupr. cap. 3. §. 1. num. 5.) & hæc eſt totius huius tituli ſumma, atque mens, & in-
6 tentio. Secundū quam, & ea, quæ ſuperius dicta ſunt hoc modo cōponenda, & explananda eſt rubrica noſtra, titulus 10. qui agit de veteris numiſmatis poteſtate, id eſt, de aurei ſolidi æſtimatione, pondere, & valore obſeruando.
7 Ad cuius perſpicatiorem intellectum legendus eſt Couarru. vbi ſupr. cap. 3. per totum, cum ſuis §§. quo loci longè, lateq; de valore aurei, & ſolidi differit, docetque an aureus, & ſolidus idem ſit, & de intellectu, l. primæ, 2. & 3. ſpeciatim agit in cap. 7. num. 1. Imò in toto illo tractatu de veter. numiſm. collatione diſcutit varias monetarum ſpecies antiquas eas ad valorem, & æſtimationem nouarum reducens, quod proficit ad intellectum plurimarum regiarum conſtitutionum, carū potiſsimum, de quibus eſt titulus 21. lib. 5. nouæ Recopilat. Et videnda ſunt, quæ ſcribimus in titulo, C. de falſ. moneta.

(∴)

Titulus XI.

Nulli licere in frænis, & equeſtribus ſellis, & balteis margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos, aptare, & de artificibus, & Palatinis.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica diuiſio.*
2 *Gemma, quid ſignificet.*
3 *Margarita, quid ſit.*
4 *Quid ſmaragdus.*
5 *Quid hyacinthus.*
6 *Quid fræni equeſtres, & ſella.*
7 *Quid balteus.*
8 *Artifices Palatini, qui dicantur.*
9 *Tituli huius ſumma, & conſtitutio, & nu. 12.*
10 *Curcunia, & clamis, quid ſint.*
11 *Leges Regia huc reſpicientes allegantur, & nu. 13.*
14 *Rubri verba conſtruūtur, & explanantur.*

1 DVAS in partes ſcindi poteſt rubrica noſtra. Pri-
2 ma eſt ibi, nulli licere, &c. Secunda ibi, & de artificibus Palatinis: & ad primæ expoſitio-

poſitionem animaduertimus, ac præmittimus, quod hoc nomen gemma propriè ſignificat oculū vitis, quem paltnes primò pullulat, vulgò, *La yema del ſarmiento, o capullo, o gomma do ſale la flor de la vua*, vt docet Calepinus, verb. gemma, ad cuius ſimilitudinem gemma appellatur omnis lapis precioſus, vulgò, *Piedra precioſa*, teſtante eodem auctore, & ſic nomen eſt generale ſignificans quoſcumque precioſos lapides, vrputà margaritas, ſeu margarita, ſmaragdos, hyacithos, lapillos, & alios, quamuis enim differentiam aliquam videantur cōſtituere Iureconſulti, inter gemmas, margaritas, & lapillos in l. 19. §. penultimo, & vltimo, & in l. 25. §. vltimo, ff. de auro, & argē. legat. nec nōn in l. 1. ff. de acquir. poſſ. & in §. item lapilli, inſtitut. de rerū diuiſione, hoc verum eſt reſtringendo ipſius gemmæ ſignificationē. Cæterum in ſuā lata ſignificatione, ſumpta pro quocumq; lapide precioſo accipitur, l. vnica. inf. hoc tit. ibi, alijs autem gemmis, & ibi qualiūcumq; gēmarum, & ibi aliquid ex auro, & gemmis, & ibi auro, gemmiſque decorata, & ſic (vt modo dixim⁹) cōprehēdit margaritas, ſmaragdos hyacinthos, quorum mentio fit in hac prima rubri parte, de quorum ſignificatione ſigillatim
3 differamus. Et primò de margarita, ſeu margarito: reperitur autē, margarita margaritæ in genere fœmenino, & etiam in neutro, margaritum, margariti, vt probant Briſſonius, & Calepinus, ad verbum, margaritas, & eſt quædam ſpecies gemmæ candida, id eſt, lapis quidam precioſus: candidus, qui in chonchis marinis inuenitur, & ibi naſcitur, creſcitque, & coaleſcit. d. l. 19. §. penultimo, ff. de auro, & argent. legat. & non aliud margaritę nomine intelligendum eſt, quam cōchæ illius in qua inuenitur, aliqua dura, & rotunda verruca, vulgò, *Aljafar menudo, o perla gruessa, que ſe halla en las conchas de la mar*, teſte eodem Calepino vbi ſupr. de quarum natiuitate, creatione, & inuētione videndi ſunt Ammianus Marcellinus, lib. 23. ſui tractatus, & Plin. lib. 9. c. 25. Solinus de ſitu orbis, c. 54. Iſidor. lib. 16. ety-
4 molog. c. 10. Smaragdus autē eſt ſpecies alia gemmæ viridis coloris, & translucida tertiam in ordine gemmarum nobilitatem obtinens, de qua agit Pli. lib. 37. cap. 5. & Iſidorus vbi ſupra lib. 16. c. 7. quam noſtri Hiſpani vocant, *Eſmeralda*, ex Calepino, verb. ſma-
5 ragdus. Hyacinthus verò eſt genus violæ floris vernæ, vulgo, *Los Mayos flores*, vt tradit Calepinus, verbo, hyacinthus, ſed in hac ſignificatione non accipitur in titulo iſto, ſed in alia: eſt enim

enim ſpecies gemmæ, ac lapidis
præcioſi cerulei coloris, aliquãdo
nebuloſi, aliquando puri, & eſt lu
cis purpureæ, ſecundum Pennen
ſem hìc, de quo legendus eſt Plin.
lib. 34. c. 9. vulgò, *La piedra del*
6 *jacinto*. Quid autem ſint frꝑni, &
equeſtres ſellæ, de quibus etiam
meminit hęc prior rubri pars, pla
num eſt, vulgò, *Los frenos, y ſillas*
7 *de cauallos*. Balteus, verò accipi-
tur pro cingulo equi pectorali, vt
voluit Acurſ. hìc, vulgò, *Petral, a*
jaez de cauallo, quidquid fluctuẽt
Pennẽſis, & alij ſcriptores hìc: &
hactenus de expoſitione primæ
8 rubri partis ſat ſit, diximus. Pro
ſecundæ intelligentia, & expli-
catione, ibi, de artificibus, & Pa-
latinis, dicendum eſt, quod arti-
fices Palatini ſunt opifices, & of-
ficiales, qui intra palatium Prin-
cipis veſtes, & ornamenta ipſius
conficiunt, vt probat manifeſte,
l. vnica, infra eodem, ibi ornamen
ta enim Regia intra aulam meam
fieri, à Palatinis artificibus debent
non paſsim in priuatis domibus,
vel officinis, &c. *Como ſon los ſaſ-*
tres, borſladores, tapizeros, y plate-
ros del Emperador, o Rey, y otros ſe
mejantes oficiales. Vnde, quando
rubrica noſtra in hac ſecunda par
te, inquit, de artificibus, & Palati-
nis, exponi debet, id eſt, de artifi-
cibus Palatinis, qui intra aulam,
& palatium Principis eius veſti-
menta iocalia, & ornamenta cõ-
ficiunt, & de generali ſignifica-
tione huius nominis, artifex ar-
tificis, fuſius nobis expoſitum, &
dictum fuit ſupra in titulo, C. de
9 excuſation. artificum, lib. 10. Ex
quibus iam etiam manet explica
ta ſecunda rubri pars. Et his ita
præmiſsis animaduertitur, quòd
ſicut rubrica noſtra duas habet
partes, ita l. vnica, quæ ſub ea
ſita eſt: duo docet, & conſti-
tuit. Primò, prohibet inſeri, &
aptari in frænis, & ſellis eque-
ſtribus, & in balteis margaritas,
ſmaradgos, & hyacinthos, alijs
autem gemmis, & lapidibus pre-
cioſis prædicta exornari permit-
tit, certamque formam præbet
in ornatu curcuniarium, & cla-
midum, & qui contrà fecerit
quinquaginta librarum auri pœ-
na mulctabitur, dict. l. vna in prin
cipio, vſque ad verſiculum, nul-
li, quæ eſt prior pars eiuſdem
10 textus. Correſpondetque primæ
parti rubricæ (quid autem ſit cur
cunia, ſe neſcire fatẽtur Alciatus
hìc, & Cuiacius, in dict. l. vnica,
idcircò cum Acurſio, alijſque an-
tiquioribus dicendum eſt, quod
curcunia eſt morſus fræni eque-
ſtris, vulgò, *El bocado del freno*
11 *del cauallo*. Clamis verò eſt ge-
nus quoddam veſtis) & ad iſtam
primam partem rubricæ, & di-
ctæ l. vnicæ, pertinet hodie noua
Regia cõſtitutio lata à dño noſtro
Philippo III. Rege, in Cœnobio
diui

Digitized by Google

diui Laurenti Regalis, die 2. Iunij, anno 1600. §. 2. ad fin. *Que trata de los jaezes, y caparaçones de las ſillas de los cauallos, y da la forma que ſe ha de tener en traer en ellos,*
12 *o no, oro, aljofar, o perlas.* Secundo, vetat Imperator, in dict. l. vnica, homines priuatos ornamenta ſibi conficere ex auro, & gemmis: nam hæc ad ſolum veſtitũ, & cultum Principis pertinent (quibuſdam exceptis) quòd ſi quis cõtrarium commiſerit, centum librarum auri condemnatione plectetur, vt in d. l. vnica, ex d. verſ. nulli, vſque in finẽ text. quæ eſt ſecũda, ac poſterior pars ipſius textus.
13 Correſpõdetque huic poſteriori, ac ſecũdæ parti rubricę, ad cuius materiam vltra leges Regias, quas allegat Sebaſtianus Ximenez in cõcordan. vtriuſque iur. Ad hunc titulum ſpectat hodie nouiſsima Regia pragmatica, modò allegata potiſsimum in §. 1. eiuſdem legis. Faciũt etiam, quæ diximus in tit. ſup. de veſtibus holoberis, hoc
14 lib. 11. ad finẽ. Igitur ex omnibus iam dictis deducitur hoc modo poſſe nos verba totius rubricæ conſtruere, & explicare, titul. 11. qui prohibet nulli licere in frænis, & ſellis equeſtribus margaritas, id eſt, *Aljofar menudo, o perlas grueſſas*, & ſmaragdos, vulgò, *Eſmeraldas*, & hyacinthos, hoc eſt, *Las piedras del jacinto*, aptare, id eſt, inſerere, & ornamenta Regia ab artificibus, & officialibus Principis, extra eius palatium, & aulã confici, à priuatiſque perſonis ea haberi, vel fieri.

Titulus XII.

De claſsicis.

SVMMARIVM.

1 *Duplex huius tituli inſcriptio traditur, & quid ſit claſsis explicatur.*
2 *Claſsici, qui dicantur.*
3 *De Selencena ciuitate.*
4 *Duplex intellectus, l. vnica, infra eodem.*
5 *Rubricæ interpretatio.*
6 *Præfectus Prætorio Orientis, cui hodie ſimilis ſit iure Regio.*
7 *Vtiles remiſsiones.*

1 DVplici modo inuenitur inſcripta rubrica noſtra. Primò, de claſsibus: eſt autẽ claſſis nauium multitudo congregata, ad bellumque parata, & armata, vt colligitur ex Bart. & alijs hic, vulgò, *Armada, o flota de mar*, & ita eam vocat, l. 24. tit. 9. p. 2. vbi Gregor. glo. 5. Secũdò, de claſsicis, & iſta inſcriptio crebrius

crebrius placuit, & non rarò inue
2 uitur. Sunt autē claſsici, homines
adſcripti, ac deputati ad claſſes
ipſas ducendas, ſecundum Bart.
hic, quos appellat Gregor. vbi ſu-
pra, *Los echados a las galeras*, poſ-
ſunt etiam claſsici appellari mili-
tes, & alij, qui ad pugnandum in
claſsibus neceſſarij ſunt, ex gene-
rali diſpoſitione, text. in l. vnica,
infr. eod. vulgò, *Soldados de gale-
ra, o de la mar*. Dicunturq; claſsici
à claſsibus, vt patet, & de illis om
nibus in hoc titulo tractatur. Pro
3 cuius cognitione, intelligētia, &
intentione ſciendū eſt, quod tem
pore huius tituli erat ciuitas quę-
dam, quæ Seluçena appellabatur
in partibus Orientis a puero Ale
xandri Magni Seleuco çondita in
Syria, cuius fit mentio Actuum
Apoſtolorum, c. 13. vt tradit Pen-
nenſis, in l. vnica, infr. eod. & Iſido
rus, lib. 15. etymologia c. 1. in qua,
vel in eius portu (quia maritima
erat) claſsis Romanorum ſemper
erat valde notabilis, & potēs, quā
& alias illius prouinciæ claſſes Im
4 perator in dict. l. vna, infr. eod. Co
mendat præfecto Prætorio, cui iu
bet, vt eas armis, & claſsicis homi
nibus adimpleat, quorum nume-
rus neceſſarius ſi deficiat, ex incē
ſitis ſuppleat, id eſt, ex his, qui
huic muneri, & oneri ſunt cēſiti,
deputati, & adſtricti, quòd ſi hi
non ſufficiāt alios accreſcat, vt ſic
claſſe armata poſsit Orientem, id
eſt, mare Orientale, Piratis, hoſti-
bus, ac malis hominibus purgare,
poſsitque alias publicas neceſsita
tes, Comiti Orientis, cōmittere,
ac deputare d. l. vnica, infra eod.
cuius hęc eſt breuis ſumma, & in-
tentio, veruſq; ſenſus, ſecundum
antiquiores. Cuiac. tamen in d. l.
vna, intelligit hunc titulū proce-
dere, ſolū in militibus deputatis
nauibus amnium, & fluminū pur
gandorū eorū gratia, vel alterius
neceſsitatis cauſa, quos claſsicos
appellat: refertque idē author plu
rimas claſſes fluminorum, quæ in
Occidēte erant, vt in Rodano, &
Pado, & alijs fluminibus, aliaſque
in Oriēte, & ad Oriētales ait iſtius
tituli legē pertinere, eaq; caueri,
vt cura Præfecti Prætorio, Orīētis
iſtorū militum claſsicorū nume-
rus ſuppleatur ex incēſitis, id eſt,
ex illis, qui non ſunt adſcriptitij,
& cenſiti, de quibus eſt titulus de
agricolis, & cenſitis, infr. lib. hoc
11. Et ex accreſcentibus, hoc ex
illis, qui ex eiſdē claſsicis militib'
naſcuntur, aſſeritque Seleuciam
ciuitatem flumen habere, quod
Orō, dicitur in Syria, in quo erat
claſsis, quæ Seleucena appellatur,
qui intellectus non diſplicet no-
bis, & vterquę poteſt huic titu-
lo conuenire, & ſecundum ru-
brum eius interpretari hoc te-
5 nore, titulus duodecimus. Qui
quidē agit de claſsicis, hoc eſt, de
hominibus, qui claſsibus maris,
vel

vel fluminum neceſſarij, ac deputati ſunt, tam ad pugnandum, quã ad ipſas naues ducendas, vel flumina purganda, ad aliaſque publicas neceſsitates conſtituitque, vt horum claſsicorum numerus neceſſarius ſemper integer ſit,
6 & completus. Porrò quatenus præfectus prætorio Orientis præeſt claſsi marinæ, poteſt hodie aſsimilari, ***al Almirante de la mar***, vt aduertit Sebaſtianus Ximenez in concordantia vtriuſque iuris, ad hunc titulum, de cuius officio, & poteſtate agunt, lex vigeſimaquarta, titulo nono, partita ſecunda, aliæque per ipſum citatæ, necnon lex tertia, titulo 24. partita ſecunda, quam non allegat ipſe, & quibus ſimilis ſit in alijs diximus in titulo. ff. de officio præfecti prętorio, & C. de officio præfecti prætor. Orient. & videndi ſunt Bartolus & Pennenſis in dicta lege vnica, infra eodem, qui vtilem doctrinam ex ea lege deducunt in materia iuriſdictionis maris.

Titulus XIIII.

De curialibus vrbis Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Curiales & Decuriales, qui ſint declaratur.*

2 *Iſtius tituli ſumma breuis traditur.*

3 *Rubrum explicatur.*

1 QVI ſint Curiales, vel Decuriales, plenè diximus in tit. ſup. de Decurion. & in tit. ſup. ſi curialis relicta ciuitate, lib. 10. necnon in titulo, C. vbi quis Decuriali, vel cohortali: in hoc tamen titulo Curiales, ſeu Decuriales, ſunt Decuriones vrbis Romę, ſecundum Azonem, Accurſ. & antiquiores hic, & in l. 1. & 2. inf. eod. Quorũ opinio mihi neutiquam placere potuit: etenim Romæ Decuriones non erãt tempore conſtitutionem iſtius tituli, ſed ſolum ſenatores: nam in locum ſenatorum in alijs ciuitatibus municipijs extra Romam, & Conſtantinopolim electi, ac creati fuerunt, vt diximus in dicto titulo, ſupra de Decurionib. Quapropter Cuiacius in lege prima, infra eodem, aliter intelligit, dicens, collegium curialium, vel Decurialium in vrbe Roma fuiſſe, qui quidem erant viri ſcribendi, dicendique periti, et qui ſenatus conſulta, acta, et auctoritates ſenatus excipiebant, ſcribebat, atquè complebant, et ſcrinia ſenatus ſeruabant, quibus præfuit rector, qui eorum iudex erat, et inter Decuriales, et alios iudicabat, de quo loquitur dicta l. 1. infra eodem, quę ait, coram iſto Decuriales conueniendos eſſe, cũ de auferendo eorum priuilegio tractatur
2 quod aliquot auctoritatibus probat ipſe auctor, aſſeritque in hoc

O ſenſu

ſenſu accipiẽdam eſſe Decuriam, in l. 3. §. a municipibus. ff de bonorum poſſeſſo. in alijſq; iuribus, quæ citat ipſe, *Los quales Decuriales eran como ſecretarios y oficiales, y eſcriuanos del ſenado Romano.*

2 De quibus agit is titulus, qui duo cõſtituit. Primò, quod ſi quis velit Romanum Deculiarem in iudicio cõuenire ſuper eo quo prouato priuiligia ſuę dignitatis amitteret, id facere debet coram iudice, qui eorum curiæ præeſt, id eſt, coram rectore collegij illorum. Secundò confirmat leges antea latas ſuper confirmandis & obſeruandis priuilegijs Decurialiũ, & hæc

3 eſt totius tituli ſumma mens, atque intentio, ex qua, & antea dictis colligitur hæc ad eius rubrũ expoſitio de Decurialibus vrbis Romæ, id eſt titulus 13. in quo tractatur de Decurialibus vrbis Romæ, hoc eſt de his, qui erant Romæ in quodam collegio, ad quorum munus pertinebat ſenatus acta, & auctoritates ſcribere, excipere, & complere, & ſcrinnia eius obſeruare, oſtenditurque coram quo iudice eiuſmodi Decuriales ſint conueniendi cum de eorum priuilegio tractatur, qualiterque eorum priuilegia illæſa obſeruari debent.

(.?.)

Titulus XIIII.

De priuilegijs corporatorum vrbis Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Corpus, quid ſit declaratur.*

2 *Corporati, qui ſint exponitur*

3 *Multiplex corporatorum genus refertur.*

4 *De quibus corporatis loquatur is titulus.*

5 *Quid proponatur hoc titulo.*

6 *Rubrum explanatur.*

1 CORPVS eſt ſubſtantia ractu, vel vſu perceptibilis materiam, & formam habens, vt homo, lapis, lignum, &c. §. vnico, inſtitutis de rebus corporalibus: & incorporalibus, & eſt multiplex, vt diximus in titulo. ff. de collegijs & corpor. illicitis: quo loci etiam diximus, quod corpus quandoque etiam accipitur pro collegio, vniuerſitate, ſocietate, & populo, l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, l. 3. §. municipibus. ff. de bonorum

2 poſſeſſione. Indeque corporati appellantur, qui ſunt ex corpore talis collegij, vniuerſitatis, ſocietatis, populi, & ciuitatis, lex fin. ſupra de nauicularijs, hoc li. 11.

3 Quorum multiplex genus erat olim Romę, multaq; eorũ collegia vt-

vtputa piſtores, qui ſunt de corpore, & collegio piſtorum, de quibus eſt titulus primus inferior: ſuarij qui ſunt de corpore, & collegio ſuariorũ, de quibus agit tit. inf. de ſuarijs hoc lib. 11. & quincuplices, alij collegiati de quibus datus eſt ſpecialis titulus de collegiatis, & chartopratis, & nummularijs, inf. hoc lib. 11. quorũ numero etiam ſuntboarij, pecuarij, caupones, lignorũ, & frumenti, ac olei portitores, & alij, qui populi Romani vſibus, & neceſsitatibus erant deſtinati, de quibus differit Cuiac. in l.
4 vna, inf. eod. Sũt etiã corporati vrbis Romanæ hi, qui cum alibi eſſent originarij, tanquam aduenæ uenientes Romę domicilium ſuũ conſtituerunt, & incolæ, ac ciues Romani facti ſunt, & ſic effectiuè corpore, & vicinitate populi Romani, ac Romanis ciuibus incorporati, vt docet Accurſ. in dd. vnica, & de his ſpecialiter agit tit. iſte nõ de alijs ſup. memoratis, quãuis enim rubrica noſtra generalis ſit reſpiciatq; etiam tres dictos titulos inferiores proximos ſequẽtes, in quib' de corporatis populi Romani tractatur, & ad illos poſsit
5 extendi, l. vnica, inf. eod. In hoc tamẽ titulo dumtaxat de ijs incolis, qui ciuibus Romanis incorporati ſunt expreſsim differitur, & agitur, & de his duo proponũtur. Primum, vt indulta eis priuilegia inuiolabiliter obſeruentur, & ne nouum aliquot onus patiantur, dict. l. vnica, in principio, vſque ad verſiculum, cura. Secundum, quod ſi in peregrina loca extra ipſam vrbem ſe contulerint iuſſu, ac poteſtate Rectorum illarum prouinciarum, vbi reperti fuerint cogantur Romam redire, vt ibi ea munera, eaſque functiones ſubeant, quibus cæteri incolæ, & ciues adſtringũtur, & quas antiquitas inſtituit dicta lex vnica, in dicto ver-
6 ſic. cura. Et hoc eſt, quod in ſumma continet titulus iſte, cuius rubrum ita poteſt componi, ac declarari titulus 14. in qua tractatur de priuilegijs incorporatorum vrbis Romæ, id eſt, de obſeruandis priuilegijs aduenarum, qui aliunde Romam venientes ibi domicilium ſuum conſtituerũt, & ciues, & incolæ facti ſunt, ac ciuibus Romanis incorporati: quæ autẽ fuerint priuilegia eorum docet Accurſius in dict. l. 1. infra eodem: & quæ munera, docet Simanc. lib. 1. epiſt. 13.

Titulus XV.

De piſtoribus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio.*
2 *Piſtores, qui ſint.*
3 *De eorum origine, & collegio.*
4 *Comes horreorum, qui ſuerit.*
5 *Huius tituli ſumma.*
6 *Rubri expoſitio.*
7 *Leges Regiæ huc pertinentes, allegantur.*

1 POſtquam in titulo proximo ſuperiori decor poratis populi Romani in genere nobis actũ eſt:nũc in titulo iſto in ſpecie tractatur de piſtoribus,qui etiam cor porati ſunt,certumque habebant collegiũ in vrbe, vt ibi diximus.
2 Sunt autem piſtores, qui farinæ maſſam palacij Imperatoris, aut populi Romani ſubagũt, panemque conficiunt, vt docent Accurſ. Ioannes de Platea, Cuiacius, & alij in l.vnica, infra eodẽ, & Petr. Gregor. de ſymtagmata iuris, lib.18. capite 26. numero 1. vulgò, *Panaderos del palacio Real, o de la Cor-*
3 *te Romana*. Quorum origo hæc fuit, quod olim antequam eſſent molarum, & molendinorum vſus piſtores propriè vocabantur hi, qui in pilis frumenta pinſebant, & contundebant, vt docet Caleopinus, verbo, piſtor: indeque panifici, ſeu facientes panem, piſtores dicti ſunt, quorum certum fuit Romæ collegium, & corpus, vt ſupradiximus, & probat l.vnica, infra eodem, ibi, ad antiquum denuo conſortium, collegiumque reuocetur: & ſic etiam corporati vocantur, quaſi de corpore, & collegio piſtorum, vt diximus in dicto titulo primo ſuperiori, quiquidem erant ſub diſpoſitione, & ſubiectione comitis hor-
4 reorum, & ſic mancipes comitis horreorum vocantur, in dicta l. vnica, infra eodem, & in l. 1. & 2. infra de frumento vrbis Conſtantinopolitan. hoc lib. 11. & vulgò, *Comes* horreorum, *ſe puede oy llamar el depoſitario que tiene a ſu cargo el trigo del poſito, ò del concejo, ò del Rey, para dar a maſſar a los panaderos, o panaderos, para proueer el pueblo, ò palacio real de pan, ò la juſticia y regimiento a cuyo cargo y cuenta ſuele eſtar eſto, conforme a la prematica delos poſitos.* Infra aleganda, qua de re largiùs faſi ſumus in titulo de cõtis in publi. horreis ſupra libro 10. vbi legendum eſt. De his ergo piſtoribus, qui Romanæ erant potiſsimum in hoc titulo diſſeritur:
5 quo cauetur, vt nemo ex his omiſſo collegio, & officio ſuo, aliud officiũ, vel dignitatẽ cõſequatur, ambitione gratia, vel pecunia, aut quolibet alio modo: aliter nãq; tali officio, & dignitate priuabitur, & viginti libris auri mulctabitur, atq; ad ſuũ priſtinũ conſortiũ, & collegiũ piſtorũ reuocabitur, nõ obſtante reſcripto Imperatoris contra hoc impetrato, & obtento. d.l.
6 vnica, inf. eod. Cuius hæc eſt breuis ſumma propoſitio, & intẽtio: ſecundum quam, & ea quæ ſuperius dicta ſunt, ita rubrum noſtrũ oportet exponere, & declarare titulus is, in quo diſſeritur de piſtoribus, id eſt, de panificis, vel facientibus panẽ palatio Imperiali, aut populo Romano, præcipiturq; ne ſuum officium deſerant
7 ſub certa pœna. Et huic titulo, vel

ſaltim

ſultim eius materiæ poſſint eſſe hodie conſimiles. l. 4. tit. 25. lib. 5. nouæ recopilat. verſ. *Y porque podria ſer,* & l. 7. quæ addita eſt illi titulo in quaterno nouiſſimo ſuper addito eidem regiæ compilationi antiquæ, & etiam noua pragmatica, *que trata de la conſeruacion de los poſitos,* quæ in eodem quaterno inuenitur, ſub libro 7. titulo 5. §. 6. vbi legendi ſunt Azeued. & Bobadilla in locis, quæ citabimus in dicto titulo de conditis in publicis horreis, libro 10.

Titulus XVI.

De ſuarijs, & ſuſceptoribus vini, & cæteris corporatis.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ diuiſio.*
2 *Suarij, qui ſint exponitur.*
3 *De collegio ſuariorum.*
4 *Suſceptores vini qui.*
5 *Rubri tenor componitur, & explanatur.*

1 TRES videntur eſſe huius tituli partes. Prima eſt, ibi, de ſuarijs. Secūda, ibi, & ſuſceptoribus vini: vltima ibi, & cęteris corporatis. Pro quarum ac ſingularū intelligentia dicendum eſt, quod ſuarij ſunt porcarij, vel porcinarij, ideſt, qui ſues, & porcos ciuiū cuſtodiūt in paſcuis, vt tradūt Azo, Accurſ. Plat. & alij hic, & Pet. Greg. de ſynpt. iur. lib. 18. c. 24. n. 5. vulgò, *porqueros, ò porquerizos que guardā los puercos de la ciudad:* vel verius ſuarij appellantur hi, quos ſuilæ carnis tenet munus, & functio, vt auctor eſt Simmac. li. 1. ep. 13. ideſt illi, qui tenebātur vrbi Romæ carnem ſuilā abunde prębere in mancelo pro eſſu ciuiū, vulgò, *Los q̄ eſtan obligados a dar abaſto carne de puerco en la carniceria,* idq; veroſimilius eſt teſtāte Luca de Penna, hic. qui ea ratione probat, etenim iſti ſuarij excuſantur ratione ſui officij à ſordidis muneribus. l. 1. inf. eod. cuſtodire autem porcos ſordidiſſimū eſt, ergo non de ſuarijs ſues cuſtodientibus, ſed de illis, qui adſtricti erant vendendis carnibus ſuilis, is titulus intel-
3 ligendus eſt. Quorū Romæ certū erat corpus, & collegiū, vt inuit. l. 2. inf. eod. ibi, ex corporibus, idcircò etiā corporati vrbis Romę appellantur, quaſi ex corpore, & ſocietate ſuariorū, vt indicat tertia huius rubri pars, ibi, & cęteris corporatis, præſupponit enim quod iſti ſunt corporati, ex quo vtitur relatiuo cęteris, & diximus in titulo ſupra de priuilegijs corporatorū vrbis Romæ, hoc libro 11. His ita cognitis intellige, quod de ſuarijs
4 in hoc titulo duo proponūtur. Primò, vt à ſordidis officijs, & muneribus excuſentur. d. l. 1. (quæ autē ſint munera ſordida ſupra in titulo de excuſat. muner. dixi lib. 10.)

1 IN tres partes ſcindi poteſt noſtra rubrica. Prior eſt in principio: altera ibi,& chartopratis: poſterior, ibi,& nũmularis,de quibus ſingulis exponendis nobis deſpiciendũ eſt:&ad primę partis explicationem dicẽ-
2 dum,quod collegium eſt, pluriũ perſonarum in vnum corpus congregatio,cõiũctio,& collectio,qui proprijs legibus,ſtatutis, & ordinationibus regũtur,vt docet Azo, hic,& diximus in ti.ff.de collegijs & corporibus illicitis,vbi etiã oſtẽdimus,quot perſonæ faciãt collegiũ,& quotuplex ſit collegiũ, ſcilicet,licitum,& illicitũ, qualiterq́; collegium,& corpus conueniant, & qualiter differant, vbi omnino
3 legendum eſt. Sanè iure iſto ciuili plura collegia inſtituta fuere, & approbata pro ſubueniẽdis publicis& eminentibus neceſsitatibus, vtputa collegiũ piſtorum,ſuariorum,nauiculariorum, fabrorum, nummulariorum, argẽtariorum, & aliorum, de quibus tantiſper nobis actum eſt, in tribus titulis proximis ſuperioribus, & agit Cuiacius in l.vna,infra eodem,&
4 libro 7.obſeruat.capite 30.Petrus Gregorius latè de ſyntagmata iuris,libro 15.capite 32. A collegio autem appellantur collegæ, qui ſunt eiuſdem collegij, vel ex eodem collegio,l.41.§.vltimo, l.42. l.fina. ff. de excuſation. tutorum; l.vltima.C.de hæreditat.Decurionum, qui etiam collegiati ab Imperatoribus appellantur.l.penultima.C.de commercijs,& in pręſenti titulo,vulgò, *Colegiales*,quia de eodem collegio ſunt, & ſic eiuſdem officij, muneris profeſsionis,& artificij.l. vnica,infra, ſumptus iniuncti muneris,hoc libro vndecimo, veluti piſtores,ſuarij, fabrij, & cæteri collegium habentes, & ſic accipienda eſt gloſſa,
5 hic.in principio:quæ ait collegiatos à collegio appellari vocantur, etiam corporati, quia de eodem collegij corpore ſunt, vt probat textus in l. vna, infra eodem, ibi, quæ de prouincijs ad corporatos, &c.& diximus in titulo ſupra de priuilegijs corporatorum, ex quibus iam habemus expoſitam primam partẽ rubri, ibi,de collegia-
6 tis. Pro ſecũdæ autem explicatione animaduertimus, quod charta eſt pagina ſcribendo apta,differtq́; à papyro in hoc,quod papyrus eſt materia,ex qua chartæ pręparãtur,& fiunt,vbi verò iam expolita eſt chartæ nomen accepit, vt docet Viglius in §.nihil autem inſtitutis de teſtam.& facit.l.librorum.§.chartis.ff.de legat.3 & vulgo, *Carta, hoja de papel ſe dize*: a charta autem chartopratæ, vel chartoprati dicuntur, & deriuantur illi,qui à collegiatis chartas emunt, vt in eorum locum reponantur,& ingrediantur: v.g. quidam de collegio nauiculariorum, vel piſtorum, vendidit chartam ſuam, id eſt matriculam, & locum collegij,in quo erat ſcriptus,

vtputa, quia primus, vel ſecundus erat in collegio, & in ipſius matriculæ ordine: nam emptor iſtius chartæ, qui vult collegium ita ingredi, vt locum collegiati vēditoris obtineat, appellatur chartopratus, vel chartoprata, quaſi emptor chartæ, qui in locum venditoris ſubrogatur, ita vt ſi venditor erat primus, vel ſecūdus in collegio, & eius muneribus ipſe erit talis eiuſq; locum occupabit, vulgo, *Nueuo Colegial, que entra en lugar del que ſalio del Colegio con licencia del Rey, y entrò en ſu oficio, por dineros que le dio*: ita colligitur ex l. vnica, infra eodem, §. fina. ibi, illud etiam, &c. vbi tenēt Accurſius, Bartolus, Lucas de Penna, Ioannes de Platea, qui aſſerit, quod in hoc caſu vēditor prius obtinere debet Principis reſcriptum, vel licentiam, ſine qua à collegio cui adſtrictus eſt, nequit ſe eximere, nec chartam ſuam, vel matriculam vendere, idq; verum eſt, quidquid putent Cuiacius, & alij in dicta l. vnica, qui aliter hæc intelligunt: vnde iam ſecundam rubricæ partem habemus explanatam.

7 Pro tertiæ autem partis ſenſu, & intellectu, ibi, & nummularijs, dicendum quod nummularius eſt, qui nummos ad menſam tenet, & pecuniam accipit, permutat, & erogat, ſicut campſor facitque ſcripturam, ad quam frequenter recurrit, per eam enim data, & accepta probantur, l. quidam. §. nummularios. ff. de edendo: horū conditio fuit aliquante inferior argentariorum conditione. l. quædam. ff. de ædendo: nam ad inſtar argentariorum pecuniam tractabant permutando, & fœnori dando, ſed non publica auctoritate, ideoq; rationes eorum minoris erant auctoritatis, & fidei: ædendæ tamen erant cum poſtularetur ab his, quorum cauſa ſcriptæ erant, dicta l. quædam. §. vltimo. ff. de ædēdo, & tam ipſi nummularij, quam argētarij campſores appellari poſſunt, vulgò, *Cambios, bancos, ò banqueros*, in hoc autem titulo nummulariorum appellatione etiam argentarij continētur, ſub præfata eademque ſignificatione, vt apparet ex dicta l. vnica, infra eodem, ibi, ne argentariorum, vel nummulariorum munera, &c. ex quibus omnes partes rubri expoſitæ ſunt.

8 Igitur de collegiatis in genere, & chartopratis, ac nummularijs eſt iſtius tituli tractatus, qui omnes collegiatorum appellatione continētur, de quibus tria in ſūma definiūtur. Primò, quod collegiati non exercentes munera, & officia quibus collegium adſtrictum eſt, non debent illius collegij priuilegijs gaudere, indeque ſunt extrahendi, & alij in locum eorum ſubrogandi, quod fit auctoritate primatuum collegiorum, dicta l. vna, in principio, infra eodem. Secundò, vt qui ſupra numerum collegiatorum admittuntur nequeant collegij prærogatiuis, & beneficijs gaudere, dicta l. 1. §. 1.

§.1. Tertiò, vt chartoprati, id eſt, ementes chartas ſubſtituantur in eundem locum, quem in collegio obtinebant vendentes collegiati, dicta l. vna. §. fin. verſ. illud etiam,

9 Et hæc eſt qualis qualis huius titu li ſumma: ex qua, & ſuperioribus deduci poteſt hæc ad eius rubrũ expoſitio titul. 17. qui agit de collegiatis, id eſt, de his, qui ſunt eiuſdẽ collegij, & ſocietatis, & de chartopratis, hoc eſt de his, qui in locũ collegiatorum antiquorum ſubintrant eorum matriculam, ac locum emẽtes, & de nummularijs, id eſt campſoribus oſtendens, quãdo iſti omnes debeant collegiorũ munera, & artes ſubire, & eorum priuilegijs, beneficijs, ac priuilegijs gaudere, vel non.

Titul. XVIII.

De ſtudijs liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Studere verbum, quid ſignificet, quidque ſtudium ſit.*

2 *Studium eſt duplex, generale, & particulare.*

3 *Liberalia ſtudia, quæ appellentur.*

4 *De quibus ſtudijs loquatur iſtitulus, & qualis eius ſumma ſit, refertur.*

5 *Vtilis animaduerſio conſideratur.*

6 *Roma & Conſtantinopolis, cur ita appellentur remiſſiue.*

7 *Rubri expoſitio traditur.*

8 *Quibus locis ſtudia, & academia ſint, oſtenditur.*

1 STVDERE verbũ, propriè ſignificat ſummopere cũmagnaque voluntate vehementer animum applicare ad aliquid perficiendum: indeque ſtudium (generaliter loquendo) eſt quælibet vehemẽs animi applicatio a quidquam peragendum, & alicui rei operam dandum, ac inuigilandũ, vt exponit Lucas de Penna, hic, & ſic ſtudium frequẽter pro cura, & diligẽtia capitur, verum in huius tituli tractatione ſtudium accipitur pro loco, academia, & vniuerſitate, in quo quave congregãtur Magiſtri, Doctores, præceptores, & ſcholaſtici, vt ibi artes liberales, & aliæ ſcientiæ doceant, ac publicè legãtur, vt patet ex l vna, infra eodem, & hodie ex l. 1. titulo 31. par. 2. Vnde ſtudium in hoc titulo dicitur, tam ex parte docentis magiſtri, ac præceptoris, quã ex parte diſcipuli edocẽtes, vt aduertit Pennenſis in dicta l. vnica.

2 Et eſt duplex, generale, & particulare: generale ſtudium eſt, quod Prin-

Principis auctoritate introductũ eſt: particulare, quod nõ eget Principis auctoritate, aut licentia, ſed à Prælato, vel populi vniuerſitate, & concilio inſtitui poteſt, vt priuatim doceantur ſcientiæ, & artes literariæ legantur, vt probat dicta lex vnica, infra eodem in principio, & in verſic. illos vero, qui intra, & clariùs. d. l. 1. d. titu. 31. p. 2.

3 Liberalia autem ſtudia appellantur, in quibus ſeptem artes liberales edocentur, cuiuſmodi ſunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, triuiũ Muſica, Geometria, Aſtronomia, Ariſtmetica, vt diximus latiùs in titu. ſup. de excuſationibus artificum, vbi explicuimus cur liberales appellentur, & docet Prateius in l. iuris. ad verbum ſtudia liberalia. Porrò non ſolum in hoc titulo præfatæ artes liberalium ſtudiorum appellatione continentur, ſed etiam Philoſophia, & iuris legalis ſcientia, vt in dicta l. vna, infra eodem, impropriè tamen ſecundum gloſſam 1. in l. 1. ſup. qui ætate, vel profeſsione ſe excuſant, libro 10.

4 De his ergo ſtudijs liberalibus, generalibus, & particularibus, quæ in vrbe Romana, & Conſtantinopolitana inſtituta erant, loquitur titulus iſte, qui quidem ſequentia docet, & conſtituit: quam primum, vt magiſtri docẽtes imperiti, qui nomen magiſtrorum vſurpant, cum verè nõ ſint, abſtineant à munere docendi, & ab oſtentatione vulgari, alioquin punietur in hoc, quod infamiam incurrent, & ab vrbe expellẽtur, d. l. vna, in principio, vſque ad verſic. illos, & hic eſt verior ſenſus præ cæteris, vt conſtat ex verbo, vſurpantes, & verbo obſtẽtatione, & verbo amoueri, & tenet ibi Pennenſis. Item vt in locis priuatis poſsint rectè diſcipuli edoceri à Doctoribus, & Magiſtris, dummodo non ſint tales Doctores deputati ad docendum in capitolio: vulgò, *Eſcuelas mayores y publicas*: tunc enim nõ poſſũt alibi docere, alioquin amittẽt commoda, ac priuilegia in capitolio docentibus, ac legentibus conceſſa. d. l. vnica, in dicto verſi. illos. Deinde, vt in dictis vrbibus ſint tres Oratores, qui Rhetoricam doceãt, decem Grammatici, quinque Sophiſtę, id eſt, Dialectici, vnus Philoſophus, & duo legum Doctores, & Magiſtri, qui diſcipulos erudiant, & præfatas artes, ac ſcientias literarias edoceant, dicta l. vnica, verſic. habeat. Rurſus, vt ſingulis Doctoribus, Magiſtris, & Præceptoribus deputentur propria loca, & ſcholæ ad legendum, & docendum, qui inter ſe aliquã diſtãtiam habeant, ne vel linguarum confuſio commixta, vel vocum omnium ſtrepitus faciat ſe ſe docentes, & audientes ad inuicem impedire, & ab ſtudio literarum auertere, dicta l. vna, verſic. ita vt vnicuique, &c. & hæc eſt totius tituli ſummaria mens, atq;

5 intentio. Sed & illud aduertendũ eſt, quod licèt iſti titulus dumtaxat

xat videatur mentionem expreſ-
ſam facere de Grammatica, Rhe-
torica, Dialectica, Philoſophia, &
iuris ciuilis ſcientia, in dicta l. vni-
ca: id tamen intelligere oportet,
quoad numerum Magiſtrorum,
cæterùm quo ad alia de cæteris
quoque liberalibus artibus eum
6 agere affirmandum eſt. Cur au-
tem præfatæ vrbes appellẽtur Ro-
ma, & Cõſtantinopolis, docet Ac-
curſius in proœmio. ff. veteris. §.
hæc autẽ tria, verbo, Regijs vrbi-
bus, & paſsim hiſtoriographi tra-
7 dunt. Sanè ex ſuperioribus elici
poteſt hæc ad præſens rubrũ ex-
poſitio titulus 18. in quo tractatur
de ſtudijs liberalibus vrbis Romę,
& Conſtantinopolitanæ, id eſt, de
locis academijs, & vniuerſitatibus
in quibus Magiſtri, Doctores, &
Præceptores, ac diſcipuli congre-
gantur ad docẽdum, legendum,
& ediſcendum artes liberales, ac
Philoſophiam, & iuris ciuilis ſciẽ
tiam, ſiue publicè, ſiue priuatim
in præfatis vrbibus, demonſtratur
enim qualiter Magiſtri prædictas
literarias ſcientias docere debeãt,
& quot poſsint eſſe numero vniuſ
cuiuſque facultatis, & quod loca,
& ſcholę, vbi hęc leguntur diſtin-
cta, & ſeparata ſint, ne inuicẽ ma-
giſtri, & diſcipuli ſeſe impediant.
8 Ideò autẽ in hoc titulo de ijs ſtu-
dis Romæ, & Conſtantinopolis
ſolummodò tractatur: quia in his
duabus vrbibus eiuſmodi artes,
& literariæ ſcientiæ legebantur,
vt probatur in dicto proœmio. ff.
veteris, dicto §. hæc autẽ tria: qui
text. etiam probat ius ciuile legi,
& doceri poſſe in ciuitate Beritiẽ
ſi. Sed cum iam Romanum Impe
rium in plura Regna ſciſum ſit,
hodie inquam plurimis ciuitati-
bus, & locis inſtituta ſunt ſtudia,
& academiæ literariæ, vt Salman-
ticæ, Bononiæ, Pariſijs, Complu
ti, Pinciæ, & alibi, vt diximus in ti
tulo extra de magiſtris; vbi vide
quæ ſcripſimus, necnon in titulo
ſupra de profeſſor. & medicis, lib.
10. & in titulo infra de profeſſori-
bus, qui in vrbe Conſtantinopo-
li. lib. 12.

Titulus XIX.

De honoratorum vehiculis.

SVMMARIVM.

1 *Duplex rubri inſcriptio.*
2 *Honor, quid ſit, quique honorati dicantur.*
3 *Dignitas, quid ſit, remiſsiuè.*
4 *Vehiculum quid ſit, eiuſq; multiplex differentia.*
5 *Caruca, quid ſit.*
6 *Verus ſenſus, l. vnica, inf. eod. & tituli ſumma.*
7 *Rubrum explanatur.*
8 *Quid iure Regio de his vehiculis ſit ſtatutum oſtenditur.*

Dupli-

1 DVPLICITER ſolet inſcribi huius rubricę intitulatio. Primò, de honoratorum vehiculis, & hoc eſt frequentior inſcriptio. Secundò, de honorariorum vehiculis, & ſiue hoc, vel illo modo inſcribatur honorari, vel honorati, vox ab honore originem, & etymolgiam capit.
2 Eſt autem honor adminiſtratio reipublicæ cũ dignitate. l. honor. 14. ff. de muner. & honor. & in illo titulo diximus nume. 9. Indeq; honorari, vel honorati (de quorũ vehiculis, hic titulus eſt) appellantur hi, qui in aliqua dignitate ciuili, vel militari conſtituti, vel ea functi ſunt ciuili, veluti præfectus prætorio, præfectus vrbi, prætores, conſules, ſenatores, & reliqui omnes magiſtratus, *Como ſon oy todos los Preſidentes y Oydores de los Conſejos y Chancilierias, y Corregidores del Rey*, & alij etiam qui ſine adminiſtratione reipublicæ dignitate aliqua cõdecorati ſunt: iuxta l fin. C. vbi ſenatores, vel clariſsimi, & in authent. vt ordinarię præfecturæ vrbanæ, collatione 5. vt ſunt omnes, qui Palatina dignitate perfruuntur, *Como ſon los que tienen oficios en la caſa Real, que no tienen anexa adminiſtracion de la republica, como mayordomos, caualleros, ſumiller, caçador mayor del Rey, y otros ſemejantes*, vel militari (inquam) vt magiſter militum, tribunus militum, ac cæteri ſimiles militares, *Como ſon el Capitan general, Maeſſe de Campo, Sargento mayor, Capitanes, Auditores generales, y los caualleros de las quatro Ordenes militares, Santiago, de S. Iuan, Alcantara, y Calatraua, y los que tienen titulos de Condes, Duques y Marqueſes, y grandes ſeñores.* De quibus agit latiſsime Bobad. in Poly. lib 2. capite 16. per totum, potiſſimum, ex numero 4. cum multis ſequentibus. Cum enim titulus iſte generaliter, & indiſtinctè loquatur de omnibus honoratis intelligendus eſt, ſiue eorum dignitas, & honor habeat adminiſtrationem annexam, ſiue nõ, ſiue honore iam functi fuerint: idque verius eſt, vt ſentit Bartolus in l. vnica, infra eodem. l. 1. C. de officio ciuil. iudi. & in illo titulo diximus, quidquid alij contrà putent, & diſtinguant inter honoratos habentes adminiſtrationem annexam, & non habentes: & hactenus
3 de honoratis. Quid autem ſit dignitas, & quotuplex, in titulo infra de dignitatibus, libro 12. expli-
4 camus. Vehiculũ idem eſt, quod currus, vulgò, *carro*, teſtãte Caleopino, verbo, vehiculũ, cuius multiplex eſt differentia, vt puta carruca, rheda, eſedium ciſium, petoritum, pilentum, cꝺophorum, & alia id gen᷑, quæ omnia ſigillatim explicat, & declarat Corraſius libro 3. Miſcell. cap. 20. ſed in hoc titulo vehiculum pro carruca accipitur, vt indicat textus in præfa.

L. vni-

l. vnica, infra eodem . Eſt autem
carruca paruus currus quadrirro-
tum, id eſt, quatuor rotarum vti
explicat idem Corraſ. in loco mo
dò citato,num.6.7.8.vulgò, *coche*
6 *o carroza*. Et de his agit is titulus,
& eius vnica lex,& coſtitutio,qua
cauetur,quod omnes honorati,&
in honore,& dignitate poſiti,poſ-
ſint,ſi velint huiuſmodi vehiculis
& carrucis vti, vt in eis vehantur,
etiam intra vrbem, vbi degit Im-
perator, vel Principis in ſignum
ſui honoris,& dignitatis,&hic eſt
verus ſenſus dictæ l. vnicæ ſecun-
dum Accurſius ibidem ſi.ſcholio
quem Bartol. & multi alij ſequun
tur omiſſo quorundam intellectu,
qui aſſerunt per dict.l. vnicam im
poni neceſsitatẽ honoratis, vt ve-
hiculis vtantur, cuius ſententiæ
fuerunt Lucas de Penna, & eius
ſequaces,ex qua l.ſic intellecta de-
7 ducitur plana ad præſentem rubri
cam explicatio, quæ ita cõcipi po
teſt titul. 19.in quo agitur de ho-
noratorum vehiculis,id eſt,de car
rucis quatuor rotarum illorum,qui
honore aliquo, vel dignitate con-
decorati ſunt ciuili,vel militari,vi
delicet permittitur eis, vt præfa-
tis vehiculis vtantur, ſi velint, ad
hoc,vt in eis vehantur etiam intra
vrbem,in qua eſt Principis ſedes
curia, & comitatus, vulgò, *En*
8 *la corte del Rey*. Iure autem re-
gio conſtitutum erat, vt nullus
vteretur huiuſcemodi vehiculis,
& carrucis,niſi quatuor equis ve-
herentur, per l. 5. titulo 19. libro
6.nouæ recopilationis,quę poſtea ampliata fuit per aliam l. latam, die vltimo Decembris,anno 1593. quæ leges iam abrogatæ ſunt per aliam nouiorem latam à Rege noſtro Philippo III. die 2. menſis Iunij,anno 1600. qua permiſſum eſt omnibus perſonis indiſtinctè præfatis vehiculis & carrucis vti,quas leges ideo citamus,quia ad noſtrũ titulum,vel materiam eius pertinere videntur.

Titulus XX.

De priuilegijs vrbis Conſtantinopolitanæ.

SVMMARIVM.

1 *VRbs Conſtãtinopolis cur ita appelletur.*
2 *Appellatur etiam noua Roma.*
3 *Quæ ſint ipſius priuilegia,& huius tituli ſummaria concluſio refertur.*
4 *Rubri tenor exponitur.*
5 *Cur hodie ceſſent priuilegia ipſius vrbis Conſtantinopolis.*

1 VRBS Conſtantinopolitana, ita appellata eſt ab Imperatore Conſtantino, qui eam reparauit, vt omnibus notiſsimum eſt, & probat

Digitized by Google

bat gloſſa in proœmio. ff. vete-
ris. §. hæc autem tria: in eamque
Imperij Romani ſedem ipſe tran
ſtulit, vt poſt alios docet Illeſcas
in hiſtoria Pōtificali, in vita ipſius
Conſtantini, & Petrus Greg. de
ſyntagmata iuris, libro 15. capi-
te quinto, numero ſeptimo, quo
loci varia nomina antiqua huius
2 ciuitatis refert. Appellatur e-
tiam noua Roma ad differentiam
veteris Romæ, in qua priùs erat ip
ſius Imperij, & Imperatorum cu
ria ſedes, & habitatio, vt indicat
l. vnica, ibi, Romæ veteris, infra
eodem: & alibi ſæpè probatur:
3 cui quidem vrbi eadem priuile-
gia conceduntur ab Imperatori-
bus, quæ antiquæ Romæ erant
conceſſa, veluti quod iuris Italici
ſit, id eſt immunis à tributorum
præſtatione, & plurima alia dicta
l. vnica, infra eodem, cuius hęc eſt
ſummaria concluſio, & intentio,
vbi gl. & Ioannes de Platea, mul-
4 ta alia priuilegia congerunt. Vn-
de facillimè tenor præſentis ru-
bri, ita exponēdus erit titulus 20.
in quo diſſeritur de priuilegijs vr
bis Conſtantinopolitanæ, id eſt,
conſtituitur, vt eiſdē gaudeat pri-
uilegijs, quib' vrbs Romana poti
tur, vt puta quod iuris Italici ſit, &
5 alijs. Sed iam multi ſunt anni, ex
quo huiuſmodi priuilegia con-
quaſſata ſunt duplici ex cauſa. Pri
ma, quia vrbs Conſtantinopolita-
na iam non poterit habere Impe-
ratorem, cum verus Imperator ſit
Romanus, non Conſtantinopoli-
tanus, glo. in capite, ſi Imperator,
86. diſt. poſtquam enim Conſtan
tinus, & eius filius Leo noluerunt
auxilium præſtare Eccleſiæ Ro-
manæ ab Aſtulpho Rege oppreſ
ſæ, Eccleſia ipſa tranſtulit Impe-
rium in Germanos, ceſſabitq; Im
perator Conſtantinopolitanus, ac
ſolus Romanus obtinet Principa-
tum, cap. venerabilem, extra de
electione, cap. Adrianus. 63. diſt.
cap. in apibus. 7. quæſt. 1. & tradit
Nauarrus 2. tom. in capit. nouit.
3. notabil. num. 3. & ſequentib. &
num. 124. & num. 137. extra de iu
dicijs, & Plat. in d. l. vna, & viden-
dum eſt Concil Chalc. cap. 28. Se
cunda, quia ipſa vrbs (prohdolor)
ab infidelibus & Turcis iamdiù ca
pta eſt, & occupata, atque ipſorū
Curia & metropolis facta.

Titulus XXI.

De Metropoli beryto

SVMMARIVM.

1 *Olim fuerūt tres ordines, & differentiæ ciuitatum.*
2 *Metropolis ciuitas quæ dicatur.*
3 *Archiepiſcopi & Patriarchæ, eorumq; Vicarij, cur metropolitani dicantur.*
4 *Ciuitas cuius voluntate fiat.*
5 *De ciuitatibus Tyri, & Beriti.*
6 *Huius tituli intentio.*
7 *Rubricæ explanatio.*

Præ-

1 PRæmittẽdum eſt, quod
olim tempore, quo fuit
condita, l. vna, inf. eod.
fuerunt tres ordines, & differẽtiæ
ciuitatũ: quædam maximæ, aliæ
magnę. aliæ verò paruæ: maximè
dicebantur illæ in quibus Præſes
prouintiæ morabatur, & erat fo-
rum cauſarum cui ſuberant aliæ
multæ ciuitates, etiam merum im
perium habentes: magnæ vocabã
tur illæ, quæ etiam ſi merum im-
perium haberent, non tamen ha-
bebãt alias ciuitates ſibi ſubditas:
paruæ autem erant, quæ merum
imperium non habebant, ſed eam
ſolam iuriſdictionem, quæ defen-
ſoribus ciuitatum dabatur, vul-
gò, *las aldeas*, ita docet Bartolus in
2 l. vna, infra eodem, numero 2. Illa
ergo ciuitas, quæ erat maxima, vo
catur metropolis, ſeu metropoli-
tana, vt teſtatur Bartolus ipſe: eſt
autem metropolis Græcè idem,
quod mater, ſeu matrix prouin-
ciæ, dicta l. vna, infra eodem, & ca
put prouinciæ. l. 4. §. ingreſſus. l.
7. ff. de officio proconſul. l. 6. ff. de
excuſat. tut. vt puta ciuitas Epheſi
erat metropolis, & caput Prouin-
ciæ Ioniæ in Aſia, & Antiochia
erat metropolis, & caput prouin-
ciæ Syriæ, *Como ſon oy las cabeças
de Reynos, como Burgos, Leõ, Gra
nada, Seuilla, Murcia, Cordoua,
Iaen, Toledo, Compoſtela, Mexico,
Lima, Napoles, Palermo, y otras, y
tras eſtas ſon las demas ciudades y
villas que tienen voto en Cortes,
como Salamanca, Valladolid, So-
ria, &c. como lo ſintio Bobadilla in
Politica, lib. 1. cap. 2. num. 9. Y tam-
bien ſe podrã llamar metropolis las
ciudades y villas cabeças de juri-
dicion, donde reſiden los Corregido-
res, gouernadores, y alcaldes mayo-
res, aora tengã ſugetas algunas vi-
llas, ciudades,* merum & mixtum
imperium habentes, *como Seuilla,
y Llerena, ora no tenga ſino aldeas,
como Salamanca, Auila, y otras
muchas, que tienen aldeas ſugetas;
porque cada corrigimiento, o gouier
no, o alcaldia mayor, por pequeño
que ſea, ſe equipara a prouincia, ſe-
gun Alciato,* libro 3. parergon. iur.
capite 3. Caſſan. in Catalogo Glo
riæ mundi. 7. par. conſiderat. 19.
ad finem, Bobadilla vbi ſupra, nu-
mero 8. & alios, quos ipſe nun-
3 cupatim citat. Sic etiam ciuitas in
qua ſedes eſt Patriarchæ, & Ar-
chiepiſcopi, dicitur Metropolis,
ſeu Metropolitana; & ipſi Ar-
chiepiſcopi, vel Patriarchæ eo-
rumque vicarij metropolitani vo
cantur, habent enim ſibi ſubditos
Epiſcopos merum mixtumq; im
perium habentes, vt Archiepiſco
pus Toletanus, Compoſtellanus,
Hiſpalenſis, Burgenſis, &c. ita col
ligitur ex Accurſio, Bartolo, &
alijs in dicta l. vnica, vbi idem Bar
4 tolus numero 3. inquit, quod ciui
tas poteſt effici, & conſtitui ſola
Principis voluntate volentis ali-
quem locum eſſe ciuitatẽ, etiam ſi
5 Epiſcopo careat. Quibus præia-
ctis intellige, quod in prouincia
Phœnitiæ, quæ eſt in Aſia, duæ
erant

Digitized by Google

erant præcipuę ciuitates, præter alias; quarum altera vocabatur Tyrus, & hæc erat maxima, & metropolis illius prouincię: altera appellabatur Beryt⁹, & hęc erat magna, ſed non metropolitana, in qua erat ſtudium generale iuris prudentiæ, vt probat textus in proœmio. ff. veteris. §. hæc autem tria.
6 Igitur hoc titulo cauetur, vt ipſa ciuitas Berytus imposterũ ſit metropolis ipſius prouincię Phœniniciæ, ſicut præfata ciuitas Tyro, quod quidem à Principibus & Imperatoribus cõceſſum eſt, ob multas, iuſtaſq; cauſas, nec in hoc prę iudicium ſit ciuitati Tyrinenſi: nã ipſa etiã remanet metropolitana eiuſdẽ prouinciæ, Phænicię, ꝙ intelligendũ eſt non in ſolidũ, ſed diuiſim, ita quod ipſa prouincia ſcindatur in duas partes, & vna ciuitas ſit metropolis vnius partis, & altera alterius, & is eſt verus ſenſus, & hęc propria intentio, d. l. vnicę, inf. eod. vt tenẽt ibi omnes, ſpeciatim Ioannes de Platea omnino videndus.
7 Ex quibus venit hoc modo interpretãda rubrica noſtra ti. 21. in quo tractatur de metropoli Beryto, id eſt, de quadam ciuitate, quæ appellatur Berytus, quæ ſita erat in Phænicia prouincia Aſiæ, & per hunc tit. facta eſt metropolis, id eſt, matrix, & caput ipſi⁹ prouinciæ ſicut ciuitas Tyro: diuiſim tamen, & ſeparatim, & videndus eſt Pet. Greg. de ſyntagm. iur, lib. 15. cap. 11. potiſſimum, nu. 4.

Titulus XXII.

De canone frumentario vrbis Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Canon, quid ſit, & numero 2.*
3 *Frumenti appellatione, quid cõprehendatur.*
4 *Canon frumẽtarius, quid ſit declaratur, & n. 5. & 6.*
7 *Iſtius tituli ſumma, & intentio refertur.*
8 *Præſentis rubri tenor exponitur.*
9 *De canone frumẽtario vtriuſq; Romæ loquitur is titulus, & quæ ſit vtraq; Roma explicatur.*
10 *Differentia inter hũc titulum, & ſequentem remiſſiuè.*
11 *De canone frumentario, qui dabatur ciuitati Alexandrinæ.*

1 QVID ſit canon, & quot modis in iure accipiatur, diximus in titulo ſupra de canone largitional. titul. & in titu. ſupra de indictionibus,
2 lib. 10. Sed in huius tituli tractatu ſumitur canõ pro tributo ordinario, quod Imperatori à prouincialibus penditur, vt infra videbi-
3 mus. Frumẽti autem generali appellatione propriè comprehenditur, id quod ariſta in ſe continet; veluti triticum, hordeum, habena, cæteraq; id genus, l. frugem. ff. de

ff. de verbor. ſignificat. tradit Piſcator in l. 1. num. 1. ſupra de conditis in public. horteis, libro 10. Sed
4 in hoc titulo canon frumentarius latiùs accipitur, nempe pro omnibus, quæ ad victũ neceſſaria ſunt, & ſic pro ſpeciebus edulibus, & annonarijs, vt tritico, vino, oleo, hordeo, alijſq; ſimilibus, vt exponunt Accur. & Pennen. hic, Cuia. tamen in l. 1. huius tituli ſentit canonis frumentarij appellatione, tãtum contineri frumentum, oleũ, porcinam bubulam. Sed veriorem putamus præfatam Accurſij, & Pennenſis opinionem, quæ corroboratur ex dicta lege 1. infra eodem, in qua hic canon appellatur ſpecies: ſpecierum autem ſignificatio latior eſt, comprehendit enim omnia ferè edulia, vt diximus in titulo ſupra, vt nemini liceat in emptione ſpecierũ ſe excu. libro 10. quod vt clarius percipiatur ſciendum eſt, quod Ægyptus, Sicilia, Gallia, Africa, & reliquæ prouinciæ ſubditæ Romano Imperio ſpecies annonarias tributi nomine Imperatori quotãnis ſoluebant, Romamque mittebant: quæ quidem tributa publicę ſpecies appellantur, eaſque nauicularij, è prouincijs nauibus vehebãt, & tranſportabant, Romamq; deducebant, vt ex toto titulo ſupra de nauicularijs, hoc libro 11. manifeſtum eſt, & inibi explicuimus, & probat dicta l. 1. inf. eod. Itaque huiuſmodi tributa cõſiſtebant in ſpeciebus edulibus, & annonarijs, non in corporibus, veluti auro argento, veſtibus, & ſimilibus, quæ etiam tributorum nomine Imperatori pendebãtur: iuxta ea quæ diximus in titulo de annonis, & tributis, libro 10. & in dicto titulo ſupra de nauicular. hoc lib. 11. &
5 alibi ſæpè. Porrò ex his ſpeciebus Imperatores, populo Romano, & Conſtantinopolitano, annonam gratuitam quotannis præbebant pro eius alimonia: & primus qui hanc liberalitatem exercuit, fuit Imperator Conſtantinus, vt indicat l. 1. ſup. tit. 1. et l. 1. ſupra de annon. ciuil. quam quidem annonã, poſtea auxit Theodoſius Imperator, vt probat dicta l. 1. inf. eodem: nam cum Conſtantinus octuaginta ferè millia modiorum frumenti, huic rei deputaſſet, vt tradidit Socrates, lib. 1. cap. 13. Theodoſius auxit modum, vt hæc omnia docet relati à Bobadilla in Polytica, lib. 3. cap. 3. num. 9. litera G. et ipſe auctor, num. 10. et Cuiac. in l. 1. tituli ſequentis, et in l. 1. inf. a codẽ, et in l. 1. ſup. de ſuarijs, hoc lib. 11. vbi ait, quod etſi ipſi populo, oleũ, panis, porcina præbebantur, vinũ tamen non niſi pro ratò da-
7 batur. Quibus præmiſsis intellige quod huiuſmodi annona, quę gratis ab Imperatoribus populo dabatur, eſt canon frumentarius vtriuſque vrbis Romę, et Conſtantinopolis, de quo non ſolum is titulus, ſed etiam duo tituli proximi ſequentes loquuntur, vt indicant eorũ primę leges, & conſtitu

tiones, & de illo hic titulus ſequẽtia definit. Primò, quod cum nauicularij recipiunt eiuſmodi ſpecies Romam transferendas fateri debent coram magiſtratibus, vel prouinciarum præſidibus nõ corruptas eas accepiſſe, & cum ad portum peruenerint inſpiciendæ ſunt an corruptæ veniant, necne, dicta l. infra eodem: item vt omnia priuilegia, quibus conceditur remiſsio, & immunitas à præſtatione canonis frumentarij ſint nulla, & irrita, l. 2. tandem quod non impetretur reſcriptum ab Imperatore, quo permiſſum ſit canonem frumentarium mutare, ſcilicet, vt vnum pro alio ſoluatur, puta duplum hordei pro tritico, vel quod vnus debet alter ſoluat: rurſus, vt eum iudices nõ vſurpent, vel in proprios vſus conuertant, alioquin punientur, l. vltima infra eodem, & hæc ſunt in ſumma, quæ hoc titulo proponuntur, & hæc eius mens, & in-
8 tentio. Ex quibus præſentis rubri ſeriem, & tenorem, ita exponere poſſumus titulus 22. in quo tractatur de canone frumentario vrbis Romæ, id eſt, de annone, quæ ab Imperatoribus, vtrique Romæ alendæ quotannis præbebatur, quæ conſiſtebat in ſpeciebus æſdulibus, veluti, tritico, vino, oleo, hordeo, & ſimilibus, quæ Romam ex prouincijs
9 ferebantur. Et de vtraque Roma loquitur titulus iſte, ſecundũ Accurſium hic, ſcilicet, veteri, quæ à Romulo fuit extructa, & noua, videlicet Conſtantinopoli, quæ à Conſtantino Magno, ita appellata eſt, & ſic vetus, & noua appellantur, capite Conſtantinopolitanæ, 22. diſtinctione, vbi gloſſa, l. omni nouatione. C. de Sacroſanctis Eccleſijs, l. vnica, ſupra de priuilegijs vrbis Conſtantinopoli, vbi diximus, & docet Azeuedus in Curia Piſana, libro primo, capite vndecimo, numero octauo.
10 Et in quo diſtet is titulus à primo ſequenti, inibi explicamus. Non ſolum autem dabatur hic canon
11 vtrique Romæ, ſed etiam ciuitati Alexandrinæ in Ægypto, de quo eſt titulus infra de frumento Alexandrino, vbi, & in duobus titulis ſequẽtibus vidẽda ſunt, quæ ſcribimus ad iſtius tituli maiorem declarationem.

Titulus XXIII.

De frumento vrbis Conſtantinopolitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti appellationẽ, quid continetur.*

2 *De frumento quod olim ex pecunia publica emebatur.*

3 *Duplex huius tituli ſenſus.*

4 *Quid ſit canon frumentarius, quidque frumentum vrbis Cõſtan-*

ſtantinopolitanæ.
5 *Quid in ſumma conſtituat iſti-tulus.*
6 *Rubri ſeries explanatur.*
7 *Quo diſtet hic titulus à proximo ſuperiori, declaratur.*
8 *Regiæ conſtitutiones huc perti-nentes allegantur.*

1 QVID frumenti ſignificatu conti netur in titulo 1. ſuperiori, & in lo cis inibi relatis ex poſitũ nobis eſt. Verum in huius tituli tractatu cõ tinentur omnes ſpecies annonariæ, quæ edules ſunt, & ad victum neceſſariæ, veluti, triticum, hordeum, vinum, oleum, & alia id genus, vt diximus in dicto titulo primo ſuperiori, vbi omnimodo legendum eſt pro iſtius tituli intel-
2 lectu. Pro quo etiam animaduertendum eſt, quod olim Conſtantinopolis & Romæ publica emergente neceſsitate, veluti famis, bellij, aut peſtis, vel alia, ex pecunia de publico collecta emebãtur frumenta, & ſpecies annonariæ ad victum neceſſariæ ad hoc, vt tali neceſsitati ſuccurreretur, quæ in publicis horreis condebantur: iuxta titulum ſupra de cõditis in publicis horreis, & titulum, vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, libro 10. & ibi diximus, *como es oy el trigo que ſe compra, pa ra la prouiſion de los poſitos donde los ay, y donde no, ſuele la juſticia, y regimiento comprar trigo para pro ueer el pueblo*, vt diximus in dicto titulo, vt nemini liceat in emptio
3 ne ſpecier. libro 10. Quo ſuppoſito dicendum eſt, quod hic titulus duplicem ſenſum patitur, vt intelligatur de frumento, cæteriſque ſpeciebus edulibus, quæ Conſtantinopolis emebantur de publica pecunia in publicam, & emergentem neceſsitatem erogandis, & expendendis, vt probare videntur, lex. 1. l. 2. ibi. Auri ſtatuta, quãtitas ad coemptionem frumentariam, &c. infra in hoc titulo. Et etiam intelligatur de frumento, ac reliquis ſpeciebus edulibus, & annonarijs, quas Imperatores, vtrique populo Romano, & Conſtantinopolitano pro eius alimonia gratis quotannis præbebant ex ſpeciebus, quas prouinciales tributorum nomine Imperatori ſoluebant, vt probat l. 1. infra eodem, vbi tenet Cuiacius, & Tyberius Decianus 2. tomo crimin. libro 7. capite 22. numer. 30. Bobadilla in Polytica, libro 3. ca-
4 pite 3. numero 9. & 10. Et huiuſmodi ſpecies appellantur canon frumentarius, vt in dicto titulo primo ſuperiori, & ibi diximus, & frumentum vrbis Conſtantinopolitanæ, vt in hoc titu-
5 lo. Qui quidem de eo ſequentia conſtituit. Primò, quod tale frumentum ita expendatur, videlicet, vt quod debet dari in pane cocto, non detur in grano, ſed quod diſtribuatur piſtoribus panificis,

qui ex illo panes coctos conficiat, vt publicę neceſsitati ſuccurratur: item quod ſeruetur augmentum iſtius frumenti ab anterioribus Imperatoribus inſtitutum, & omnia rectè gubernentur, alioquin inopia, & careſtia creſcet, dicta l. prima: deinde, vt certa quantitas pecuniæ, quæ erat deputata ad comparationem, & emptionem huiuſmodi frumenti ſit perpetuò ad hoc deſtinata, & vt nullus præfectus vrbis eam minuat, vel in alios vſus conuertat. Rurſus, quod redigatur inſcriptis quantum piſtoribus datur, & quantum per eos reddatur, & qui contrarium fecerit puniatur, dicta l. 2. Et id eſt in ſumma, quod hoc titulo cõ-
6 tinetur. Ex quo, & ſuperioribus colligi poteſt ad præſens rubrum huiuſmodi expoſitio, titulus vigeſimustertius, qui agit de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ; hoc eſt de eo, quod publicæ neceſsitati, & vſui ex publica pecunia emitur, & de illo frumento, quod ab Imperatoribus gratuitum vtrique Romæ pro eius alimoniæ præſtabatur quotannis, cuius appellatione continentur omnes ſpecies edules, & annonariæ ad victum neceſſariæ, vt triticum, vinum, oleum, &c. nempe oſtendit qualiter hæc expendantur, & quod in vſus ad quos ſunt deſtinata, erogentur, non in alios. Diſtat autem hic titulus à proxi-
7 mo ſuperiori multipliciter. Primò, quod ille agit ſolummodo de canone frumentatio, qui gratis ab Imperatoribus vtrique populo dabatur, iſte vero etiam agit de huiuſmodi canone, necnon de frumento, quod ex pecunia publica, publicæ neceſsitati emitur, & comparatur à ciuitate Conſtantinopolitana. Secundo, ille oſtendit, qualiter huiuſmodi canones frumentarij, & ſpecies vtramque Romam à prouincijs portari debeant: at iſte oſtendit qualiter, & quo ordine ſint expendendi canones ipſi, & frumenta publica eroganda, in vno tamen conueniunt, quod licet hic titulus videatur tantummodo loqui de frumento Cõſtantinopolis, etiam porrigitur ad frumentum Romæ, vt ſenſit Accurſius hic, & præfata diſcrimina collegimus ex his, quæ hic,
8 & ibi diximus. Ad hunc titulum hodie pertinere videntur, *la prematica de los poſitos*, & aliæ Regiæ conſtitutiones, quas nuncupatim citauimus in dicto titulo. C. de cõditionibus in publicis horreis, & in titulo, vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, libro 10. & vide quæ ſcribimus in titulo primo inferiori.

Titu-

Titul. XXIIII.

De annonis ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 ANnonæ appellatio, quid ſignificet remiſſiuè.

2 Annonæ ciuiles, quæ fuerint, & num. 4. & 5.

3 Canon frumẽtarius, & frumentum vrbis Conſtantinopolitanæ, quid.

4 De diſtributione annonæ ciuilis, & num. 5.

5 Annonæ ciuiles, quibus diſtributionibus hodie cõparentur exemplis claris oſtenditur.

6 Summa huius tituli.

7 Quo diſtet is titulus à titulo. C. de annonis, & capitatione, & à titulo ſupra de annonis, & tribut. lib. 10.

8 Quò diſtet à duobus titulis primis ſuperioribus.

9 Rubri tenor exponitur.

1 ANnonæ appellatio, quid ſignificet, expoſitũ nobis eſt in titulo. ff. ad l. Iuliam. de annona. & in titulo. C. de officio præfecti annonæ, necnon in titulo. C. de annonis, & capitatione, & in titu. ſupra de annonis, & trib. lib. 10. & in titulo de erogatione milita-
2 ris annonæ, infra libro 12. Sed in iſtius tituli ſpeculatione, annonæ ciuiles ſunt, quædã portiones frumenti, aliarumq; victualium, quæ per ſingulos dies ciuibus vtriuſque Romæ dabantur pro eorum alimonia, & victu; de his, quæ in publicis horreis recondita erant, vt indicat l. 2. infra eodem, ibi, per ſingulos dies, &c. & ibi, de horreis publicis huius almæ vrbis, vbi gl.
3 fina. Quod vt faciliùs percipiatur, præiacenda ſunt, quæ ſcripſimus in duobus titulis primis ſuperioribus, vbi diximus, quod ex ſpeciebus edulibus, quas Imperatori tributorũ nomine prouinciales præſtabant, quæ vtramque Romam deferebâtur ipſi Imperatores præbebânt quotannis vtrique Romæ annonam victualem, atque gratuitam, vſque ad certum modum pro ciuium alimonia, qui canõ frumẽtarius vrbis Romæ appellatur, de quo eſt dictus titul. 2. ſuperior, & etiam frumentum vrbis Conſtãtinopolitanæ vocabatur, de quo eſt dictus titulus primus ſuperior, in quo etiam diximus, quod publica emergente neceſsitate belli, famis, peſtis, vel alia, in vtraque vrbe emebatur frumentum, aliaque victualia ex pecunia publica pro exigente neceſsitate, quod etiam frumentum vrbis Conſtantinopolitaneæ dicebatur, vt in dicto
4 titulo primo ſuperiori. Quibus præmiſsis intellige, quod ex huiuſmodi canone frumentario, & ex iſto frumento pecunia publi-

ca empto, erogabantur annonæ ciuiles, de quib' eſt iſtius tituli tractatus: erogabantur inquam & diſtribuebantur ſingulis diebus inter ciues vtriuſque Romæ pro eorum victu, & alimonia. & ideo ciuiles appellantur, & panes ciuiles dicuntur, & annonæ publicæ vocantur, vt docent Pennenſis, hic. & Curcius in locis per me citatis in d. duobus titulis primis ſuperioribus, Cœlius Rhodig. libro 9. antiquar. lection. capite 16. pagina 334. Alciat. libro 8. Parerg. iur. capit. 5. idem in dicto titulo 1. præceden. Petrus Gregor. de ſyntagmata iuris. 3. parte, libro 36. capite 30. nume. 1. Caſtro Luſitanus in annotationibus de annonis ciuil. in principio, numero 7. & 8.

5 Dabātur autem omnibus ciuibus huiuſcemodi annonæ, inter quos quotidie fiebat diſtributio per ſcholas miniſteriorum, & officiorum, & per ſocietates, & collegia, quorum aliquot recēſet Cuiacius in l. 1. infra eodem, quam l. ego ita intelligo, quāuis alij velint, quod non dentur, niſi quibuſdam perſonis, & ſcholis, ſed verius eſt omnibus ciuibus dari, & quod diſtributio fiat per ſingulas ſcholas, ac per ſingula officia, & collegia, quorū aliquot memorantur à nobis, ſup. in tit. 17. hoc lib. 11. idque probat tex. in d. l. 1. & 2 ibi, in perpetuum ciuibus noſtris, infra hoc titulo, & vulgò annonæ ciuiles, *ſe dizen raciones, quitaciones, y gajes, o vituallas de cada dia, las quales oy podre mos comparar a los repartimientos que ſe ſuelen hazer del pan cozido del poſito*, vt reſoluit Bobadilla in Polytica, lib. 3. cap. 8. num. 79. *por los vezinos, o de otro pan publico, que huuieſſe comprado la republica y regimiento, o que alguno huuieſſe dexado en limoſna para pobres, o el que ſuelen para eſte efeto dar los Reyes y grandes ſeñores, la qual diſtribucion ſe hazia antiguamente entre todos los vezinos*, per ſingula officia, & collegia, & ſocietates, vt modo diximus: v. g. *por los oficios de los ſaſtres, çapateros, armeros, &c. dando a cada vn oficial dos, o tres panes, y tanto de vino, &c. y oy ſe haze por parroquias, y de otros modos, por cedulas y boletas, q̃ ſe llamauā* tefferę frumentarię, vt diximus in tit. frumento vr bis Alexand. nu. 5. infra hoc libro, & reſoluit Bobadilla, vbi ſupra.

6 De iſtis igitur annonis ciuilibus agit hic titulus, quo quidem duo in ſumma definiuntur. Primò, quod non dentur ratione dignitatis, ſed ob meritum perſonæ bene ſe gerentis in aliquo miniſterio, & officio, dicta lex prima. Secundò, quod vltra ſolitum modū, & canonem augeantur pro annonis ciuilibus centum viginti quinque modi frumenti, idque denuntietur præfecto prætorio Orientis, vt idem illuc faciat, dicta lex. & iſta eſt totius tituli ſumma. Differt autem vt titulus ab illo. C. de annonis, & capitatione in hoc, q illę de ſolarijs iudicum, aliorumq; offi-

officialium, quæ in ſpeciebus edulibus accipiebant, loquitur hic de præfatis portionibus ſingulis diebus omnibus ciuibus præbendis: diſtat etiam ab illo ſupra de annonis, & tributis, libro 10. quod ille vniuerſaliter agit de tributis conſiſtentibus in ſpeciebus edulibus, quæ Imperatori præſtantur: at vero is non ita, vt ex ſuperioribus pa-
8 tet. Differt etiam titulus iſte, à præfatis duobus titulis proximis ſuperioribus, in hoc, quod dictus tit. 2. oſtendit quomodo, quaque qualitate ſpecies publicæ Imperatoris, ex quibus erogantur iſtę annonæ ciuiles vtramque Romam à prouincijs exportari debeant, vt in l. 1. & nulla eſſe reſcripta Imperatoris, quibus canonis frumentarij remiſsio conceditur, vt in l. 2. illius tituli. Sed titulus primus ſuperior conſtituit ordinem ſeruandū in eiuſmodi canonis expeditione, videlicet, vt primum piſtoribus frumentum detur in grano, deinde populo in pane cocto: at vero is titulus decidit, quod huiuſmodi canones frumentarij, frumentaque pecunia publica empta minutim diſtribuantur per ſingulos ciues quotidie, & in earum diſtributione habeatur reſpectus ad perſonas, & eorum merita, non verò ad eorum officia, ſcholas, & ſocietates: agit etiam de quoddā
8 augmento ciuilis annonę. Ex quibus omnibus luce meridiana clarior redditur rubrica noſtra, quā hoc modo poſſumus componere, & explicare titulus vigeſimusquartus, in quo tractatur de annonis ciuilibus, id eſt de portionibus, quæ ex frumento publico, & ex canone frumentario vtrique populo ab Imperatoribus conceſſo, dabatur omnibus ciuibus quotidie pro eorum alimonia, & victu: oſtenditurque quid inſpici debet in earum diſtributione, quodque ſit augmentum ipſarum. Et videndus præfatus Emmanuel Mendez de Caſtro Luſitanus, in ſuo tract. de annonis ciuilibus.

Titul. XXV.

De mendicantibus validis.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes, vel mendici, qui ſint.*

2 *Mendicantes debiles, qui.*

3 *Mendicantes validi, qui.*

4 *Huius tituli ſumma, & intentio.*

5 *Rubricæ explanatio.*

6 *Tituli huius finis.*

7 *Plures Theoricæ & ll. Regiæ huc pertinentes citantur.*

1 MEndicantes, vel
mendici ſunt ino
pes, & pauperes,
qui nõ habentes
bona, quibus vi-
uere poſsint, ince
dunt mendicantes ab alijs eleemo
ſynã petentes.l.vnica, inf, eod. vbi
Accurſius, & omnes: appellantur-
que mendicantes, quaſi minus ha
bentes vnde viuere poſsint, vt ait
2 Pennenſis hic. Horum autem du
plex genus eſt: quidam ſunt men-
dicantes debiles, & miſeri: alij va-
lidi: debiles dicuntur, qui aliqua
infirmitate, ſenectute, aut mem-
bri, debilitate impediti laborare
nequeunt, nec ſuo labore victum
quærere, vt colligitur ex dicta l.
3 vnica, infra eodem. Validi ſunt, id
eſt, robuſti, qui per cõtrarium om
ni carentes infirmitate, & corporis
vitio, ac debilitatione, & ſenectute,
nolunt ſuo labore neceſſaria viuẽ-
do quærere, ſed vagabundi incidẽ
tes ab alijs eleemoſynam petunt,
ſecundum Azonem, *A*ccurſ. & a-
lios hic, Didac. Perez in l. 1. tit. 14.
lib. 8. ordina. pag. 271. col. 1. Petrus
Gregor. de ſyntagmata iur. 3. par.
lib. 39. cap. 6. num. 13. & ſequent.
*A*uend. in cap. 6. prætor. 2. p. nu. 2.
& indictionario, verbo, mendican
tes validos. l. 40 tit. 5. p. 1. l. 4. tit. 20.
4 par. 2. ad fin. De his ergo eſt huius
tituli tractatus, quo cauetur, vt om
nes publicè mendicantes inſpiciã-
tur in corpore, & qui inueniuntur
debiles, & inualidi poſsint mendi
care, ac eleemoſynam petere: qui
vero inueniantur validi, fortes, ſa-
ni, & robuſti, ad laborem cogãtur,
qui ſi ſeruilis conditionis fuerint,
efficiuntur ſerui eius, qui eos detu
lerit, ſalua manente actione domi-
nis eorum contra corrumpentes
eos, & ad mendicitatẽ inducentes:
ſi autem ingenui fuerint ſtatus ef
ficiũtur coloni perpetui ipſius de-
latoris, dicta l. vnica, infra eodem,
Cuius hæc eſt diſpoſitio, ſumma,
5 mens, & intentio: ſecundum quã,
& ea, quæ ſuperius dicta ſunt faci-
lis apparet rubrica noſtra, ſi ſic eã
exponas titulus 25. in quo tracta-
tus eſt de mendicantibus validis,
hoc eſt de pauperibus robuſtis, for
tibus, ac ſani corporis laborare va
lentibus, & eleemoſynam peten-
tibus coercendis, & puniendis: de
debilibus autem, ſenibus, & infir-
mis eleemoſyna, & auxilio fauen-
6 dis. Porrò ideo is titulus ſtatim
poſt titulum ſuperiorem ſubijci-
tur, quia eo tendit, ne mendican-
tibus validis annę ciuiles præbean
tur, nec aliæ eleemoſynæ, & ad e-
ius intellectum, & materiam vi-
dendi ſunt Abbas in capite indica
7 tum extra de immunitat. Eccleſ.
numero 2. Bobadilla in Polytica,
libro 2. capite 13. & ex num. 32. ibi,
ladrones, &c. vbi etim differit de
vagabundis, & plures alij aucto-
res, quos nuncupatim citat, & plu
ra de eleemoſyna tradit Lucas de
Penna, in lege 2. ſupra titulo pro-
ximo, & hic, huc etiam pertinent
leges

leges Partit. earumque gloſſemata, quæ citat Ximenez, hic, & lex vigeſimaquarta, & vigeſimaſexta, & aliæ titulo duodecimo, libro primo nouæ recopilationis, in quibus præſcribitur nouus ordo ſeruandus in eleemoſynis petendis, & lex prima, ſecunda, tertia, ſexta, vndecima, titulo vndecimo, lib. 8. nouæ recopil. quas non allegat Ximenez hic.

Titulus XXVI.

De nautis Tyberinis.

SVMMARIVM.

1 *Nauti Tyberini, qui ſint.*
2 *Fluuius Tyberis, vbi ſit, & cur ita appelletur.*
3 *Tituli ſumma.*
4 *Rubri explanatio.*
5 *Obiectio qua is titulus arguebatur de ſuperfluitate diluitur.*

1 NAVTÆ Tyberini ſunt, qui naues proprias, vel conductas hab~t. quibus nauigant, nauigiumq; exercent in flumine Tyberi, l. vnica, infra eodem, & latius, generaliuſque de nautarum, & nauiculariorum tractatione, & materia deſeruimus in titu. ſupra de nauicularijs, hoc libro vndeci-
2 mo. Eſt autem fluuius Tyberis, qui decurrit, per antiquam Romam: vocaturque Tyber, vel Tyberis, quia Tyberius Cæſar, ibi demerſus fuit: antea enim dicebatur, Albula, vt auctor eſt Lucas de Penna, in di-
3 cta lege vna, infra eodem. Qua conſtituit Imperator, quod habentes naues in fluuio vrbis Romæ, qui dicitur Tyber, cogantur ſeruire delationi, & tranſuectioni onerum publicorum, vtputa vehendis publicis ſpeciebus, & frumento publico, & canoni frumentario, & alijs, quæ ad alimoniam publicamvè aliam neceſsitatem Romam vehi, & deferri ſolent, vt frumentum, vinum, oleum, & reliqua edulia, nec ab hoc onere. Et munere excuſantur prætextu alicuius dignitatis, vel priuilegij, & hæc totius
4 tituli breuiſsima ſumma. Et hic eius verus ſenſus, ex quo hæc deduci poteſt, ad præſens rubrum expoſitio, titulus vigeſimusſextus qui agit de nautis Tyberinis, hoc eſt de his, qui in flumine Tyberis habent naues proprias, vel conductas ad nauigium exercendum, ſcilicet, non excuſandis à publicis oneribus, & aſſuetis ne-
5 ceſsitatibus. Sed videtur, quod ſuperfluat hic titulus, ſiquidem quod in ipſo proponitur, iam erat conſtitutum per titulum ſupra de nauibus non excuſandis, hoc libro vndecimo, & ibi dixi-

diximus, cui obiectioni reſpõdet Bartolus in dicta l. vnica, infra eodem, quod Romæ, quam plurimæ erant perſonæ priuilegiatæ: idcirco, vt faciliùs hæc tollerentur priuilegia Imperatoribus placuit
7 principalem, ſpecialemque legem condere, nec contenti fuerunt generali diſpoſitio dicti tituli de nauibus non excuſandis.

Tit. XXVII.

De frumento Alexandrino.

SVMMARIVM.

1 *De ciuitate Alexandriæ, & cur ita appelletur.*
2 *Frumentum Alexandrinũ, quid ſit.*
3 *Qualis eius diſtributio.*
4 *Tituli intentio.*
5 *Teſſera, quæ ſint declaratur.*
6 *Rubrum exponitur.*
7 *Differentia inter canonem frumentarium, & frumentum publicum, & nu. 2.*

1 FRVMENTVM Alexãdrinum, eſt frumentum ciuitatis Alexandriæ: eſt autem Alexandria ciuitas in Ægypto potiſſima eiuſque metropolis caput, & matrix: appellaturque Alexandria ab Alexandro Magno, Philippi Regis Macedoniæ filio eius fabricatore, & conditore, vt apud hiſtoriarum auctores plus quam notiſsimum eſt, & auctor eſt Petrus Gregorius de ſyntagmate iuris, libro decimoquinto, capite ſexto: habebatq; hæc ciuitas multa præcipua, vt patet ex lege quinquageſimaſexta, & quinquageſimaſeptima, ſupra de Decurionibus, libro decimo, & l. fin. ſupra de legationibus, libro decimo: at ex titulo primo ſequenti, & tradunt Platea, & Cuiacius in lege ſecunda,
2 infra eodem. Habebat etiam frumentum deputatum alimoniæ, & annonæ ciuium, maximè egenorum, quod frumentum Alexandrinum à iuris compoſitoribus in hoc titulo vocatur, cuius ſignificatione comprehenditur. Primo canon frumentrrius, qui gratuitus pro ciuium alimonia maximè egenorum ab Imperatoribus elargiebatur ex his ſpeciebus, quæ tributorum nomine eis prouincia Ægypti exſoluebat, vt tenet Cuiacius in dicta lege ſecunda, infra eodem, quemadmodum etiam dabatur vtrique Romæ, vt conſtat ex titulo 22. & 23. & 24. ſupra hoc libro vndecimo: vbi, quid fuerit huiuſmodi canon frumentarius, fuſiùs explicuimus, & ibi vidẽdum eſt. Secundo comprehenditur frumentũ pecunia publica emptũ ad ſu-

Digitized by Google

ſubueniendum fami,aliæve publicæ neceſsitati, *como es oy el trigo del poſito,o otro ſemejante, que compra la republica para prouiſion del pueblo*: quemadmodum erat etiã vtriuſqueRomæ,vt patet ex dicto titulo vigeſimotertio,& vigeſimo quarto,& ibi latius expoſitum nobis eſt, & is eſt verus iſtius tituli ſenſus, quidquid opinetur Piſcator in lege prima,numero primo, ſupra de conditis in publicis horreis, libro decimo. Porrò iſtius
3 modi frumẽtum Alexandrinum ſingulis diebus inter ciues eiuſdẽ ciuitatis diſtribuebatur, vt indicat dicta lex ſecunda,vbiBartolus, infra eodem, quemadmodum etiam elargiebantur annonæ ciuiles vtriuſqueRomæ,de quibus eſt dictus titulus vigeſimus quartus, ſupra hoc libro vndecimo, vbi dixi
4 ximus. Igitur de iſto frumento Alexandrino eſt iſtius tituli intentum, & inſtitutum, quo quidem corroboratur,& confirmatur ſalarium, quod Præfectus prætorio, aſsignauit quibuſdam officialibus deputatis, ad huius frumenti congregationem,prohibenturque ad iſtud officium, & munus curiales, vel Decuriones admitti, ne prædę detur occaſio,dicta l.prima,in qua legendi ſunt Alciatus, & Guiac. qui explicant quid ſignificent illæ duæ voces chritogia,& zigoſtaſij, quarum ibi fit mentio. Rurſus per Honorium Imperatorem adduntur centum, & decem modi frumẽto ſingulis diebus exponendo,ſtatuiturq; vt Periſocho Regiæ officium reuocetur, & fiat theſſeræ ſignatæ,dicta lex ſecũda, vbi etiam videndi ſunt præfati au auctores:explicãt enim quale fuerit illud munus Periſocho Regiæ.
5 Sunt autem teſſeræ, *Las cedulas y boletas de que vſauan los Romanos en el repartimiento que hazian del pan, o otro mantenimiento: para que no ſe hizieſſe fraude, y oy las vſan en algunas partes en el dar del pan del poſito, y ſe da a cada vezino la ſuya ſeñalada, o rubricada*, vt docent Pet. Greg. de ſyntagmata iur. 3.tom.lib.36.cap. 30.nu.20. Tyber.Dec. 2.tom.crimin.lib.7.c.22.n.29. Boba.in Pol. lib.3.capite tertio, numero ſeptuageſimonono, folio ſeptuageſimo primo, reiecta Accurſi expoſitione:& id eſt in ſumma,quod definitur hoc titulo: cuius rubrum ſic
6 explanari poteſt titulus vigeſimus ſeptimus, in quo agitur de frumẽto Alexandrino, id eſt, de canone frumentario ciuitatis Alexandrinę,qui ab Imperatoribus gratis dabatur pro ciuiũ maximè egenorũ alimonia, & victu ex ſpeciebꝰ edulibus,quę eis tributorum nomine prouinciæ Ægypti penſitabat, & frumento Alexandrino, hoc eſt de frumento publica pecunia empto,vt fami, aliæque publicæ neceſsitati ſuccurratur: demonſtraturq;qualiter congregetur,& per quos officiales, qualiterque ſingulis diebus teſſeris frumentarijs ſit diſtribuendum, quodque,& quan-

quantum fuerit eius augmentum ab Honorio Imperatore additum ſanè licet hic titulus. & dictus titulus 22.23. 24. loquantur de vtroq; frumento, ſcilicet, de canone frumentario, & de frumento pecu-
7 nia publica empto: eſt tamē diſcrimen inter hæc duo: nam canō frumentarius gratis ciuibus dabatur vtriuſque Romæ, & Alexandriæ. At frumentum pecunia publica emptum non niſi ſuis nummis, *como oy ſe da el pan del depoſito*, exceptis pauperibus debilibus, ac miſeris, quibus gratis dabatur: argumento tex. in l. vnica, ſupra de mēdicantibus validis, libro 11. & ſic intelligendus eſt Bar. in d.l. 2. inf. eod.

Titulus XXVIII. De Alexandriæ primatibus.

SVMMARIVM.

1 *Primates, ſumates, & optimates, qui ſint.*

2 *In Ægypto non pluit, & Nilus fluuios rigat agros.*

3 *Tituli ſumma, & intentio.*

4 *Rubri explicatio.*

Alexādriæ ciuitas ſita eſt in Ægypto, & ab Alexandro Magno, eius cōditore ſic denominata, vt in titu.
1 1. ſuperiori nobis dictū eſt. Primas primatis, à quo primates in plurali dicuntur, propriè eſt Patriarcha, cap. 1. & 2. 99. diſtinct. & Archiepiſcopus etiam, cap. ſanè, de foro compet. nam quantum ad effectū nullum diſcrimen verſatur inter Archiepiſcopum, & Patriarcham cap. duo, de officio ordinario. Sed in hoc titulo Primates Alexandriæ appellantur hi, qui inter reliquos maioris auctoritatis, poteſtatis, & dignitatis, habētur in ea ciuitate, qui etiam ſumates, & optimates vocantur. l. cum nauiculariorum, ſupra de nauicularijs, hoc libro 11. vulgò, *los principales de la ciudad de Alexandria*, vt exponit Caleopinus, verbo, primates: cuiuſmodi ſunt Decuriones, ſecundum gloſſ. Barto. & alios in l. vnica. inf. eod. in qua Imperator eos vocat corporatos, quaſi de corpore, & collegio Decurionum. Erant enim Alexandriæ duo iudices, & magiſtratus, alter præfectus Auguſtalis, qui in vniuerſa prouincia Ægypti ſuperior erat, de quo eſt titulus. ff. & C. de officio præfecti Auguſtalis, & ibi diximus. Alter erat iuridic', de quo eſt tit. ff. & C. de officio iuridici, & is erat proprius, ac peculiaris iudex ipſius ciuitatis, qui voluntaria tantum iuriſdictione vtebatur: poſtea verò Seuerus Imperator Decuriones adiecit, vt ſcribit Spartianus in Seuero, quos exiſtimo primates eſſe, de quibus
2 datus eſt titulus iſte. Pro cuius mente, & intentione percipienda ſciendum eſt, quod prouincia Ægypti, in qua ſita erat ciuitas Ale-

Alexandriæ, eſt expers imbrium non enim pluit in illa, ſed fluuius qui dicitur Nilus, per eam labitur, & decurrit, ex quo creſcente, & albeum egrediente omnes agri rigantur, vt tradit Pomponius Mela in ſua Geographia, libro 1. capite nono: alijque multi ſcriptores, & fuſiùs diximus in titulo. C. de Nili ageribus non rumpendis, & poſtquam ipſe fluuius in priſtinum albeum receptus eſt, oportet agros ipſos ita rigatos expurgari ab immundicijs, & animalibus, quæ quaſue aquæ Nili in eis reliquerunt, dicta l. vnica, infra
3 eodem. Qua ſtatutum eſt, vt huiuſmodi primates, & Decuriones immunes ſint, & excuſati à munere expurgandi agros à Nilo rigatos, ac iuuetur accipi poſſe, pro hac facienda expurgatione quadringentos ſolidos ex vectigalibus ad Imperatorem pertinentibus, quæ ſunt indummio, id eſt, in loco, vbi reponuntur nummi vectigalium, dummodo totidem ex alijs nauium vectigalibus refundantur, & recompenſentur, ac in
4 eodem loco ponantur. Et hæc eſt totius tituli ſumma mens, atq; intẽtio, ex qua, & ſuperioribus deducitur hæc ad præſens rubrum explicatio, titulus 28. in quo tractatur de Alexandriæ primatibus, id eſt, de Decurionibus ciuitatis Alexandriæ, quæ eſt in Ægypto, excuſandis à munere, & onere expurgandi agros à flumine Nilo rogatos.

Titul. XXIX.

De iure reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſpublica quadrupliciter accipitur in iure.*
2 *An reſpublica, & fiſcus ſint idẽ necne.*
3 *Reipublicæ definitio traditur.*
4 *Reſpublica, vniuerſitas, populus, concilium. vulgò,* concejo, *& ciuitas idem ſunt.*
5 *In qua ſignificatione accipiatur in hoc titulo reſpublica.*
6 *Et an in concreto, vel in abſtracto accipiatur.*
7 *Reſpublica aliquando vtitur iure communi, quandoque iure ſingulari, & numero 8.*
8 *Quid in ſumma definiatur hoc titulo.*
9 *Quod ſit ius reipublicæ, explicatur.*
10 *Rubrum declaratur.*
11 *Leges Regiæ huc pertinentes, remiſſiue citantur.*
12 *Rubri huius inſcriptio, an reſpiciat titulos ſequentes.*

1 PRO tituli hui⁹ introductione, quam primum ſciendum eſt, quod reſ-

reſpublica accipitur in iure quadrupliciter. Primò pro toto Imperio Romanò vniuerſali. Secundò, pro republica Romana. Tertiò, pro republica cuiuslibet ciuitatis. Quartò, pro republica cuiuslibet oppidi, vel municipij, ita docet gl. in auth. de hæred. & Falc. in prin. verbo, reipublicæ, collat. 1. Bart. in Rub. de iure fiſci. lib. 10. n. 3. 4. 5. & ibi Piſcator, nu. 16. & 17. vltra Plateã, et alios. Si accipiatur pro vniuerſali toto Imperio fiſcus, & reſpublica idẽ ſunt, & habent ſe tanquã gen⁹, & ſpecies: nã reſpublica Imperij eſt genus, & fiſcus eſt ei⁹ ſpecies. l. ſi quid earũ. §. inter emptũ. ff. de leg. 3. quidquid enim eſt fiſc⁹ eſt ipſa reſpublica Imperij, nõ tamẽ cõtra, quidquid eſt Imperij vniuerſalis reſpublica eſt fiſcus: & idem dicendum erit, ſi ſumamus rempublicam. Secũdò modo, ſcilicet, pro republica Romana ipſam conſiderando ab initio, quãdo regimẽ vniuerſale, apud ipſam erat, ſi autẽ conſideretur aliter, nempe pro iuribus cõpetentibus ciuitati Romanæ, prout eſt diſtincta ab ipſo Imperio: v.g. vt in iuriſdictione quã habet intra centeſimum lapidem, iuxtà l. 1. §. cũ vrbem. ff. de officio præfect. vrbis in alijſq; iurib⁹. quæ intra ſuũ territoriũ ei competunt, tunc reſpublica Romanorũ, & fiſcus non ſunt idem: ſi verò accipiatur reſpublicæ, tertio & quarto modo, nempe pro republica alteriusciuitatis, vel municipij, nihil commune habet cum fiſco, vt patet ex diuerſitate tituli huius, & dicti tituli, ſupra de iure fiſci, libro decimo, & docent Bartolus, Platea, & Piſcator, vbi ſupra. Et

3 quocumque modo ſumatur reſpublica, ita poteſt definiri. Reſpublica eſt ipſa populi, & gentium vniuerſitas, & communitas, quæ rempublicam facit, vt colligitur ex traditis à Piſcatore in loco ſupra citato, & relatis ab Azeuedo in curia Piſana, libro 2. capite 25. numero 6. & Ariſtot. & alijs, quos citat Bobadilla in Polytica, libro

4 1. capite 1. numero 31. Et idem eſt, quod vniuerſitas, vt diximus in titulo. ff. de manumiſsion. quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus impon. idemq; quod concilium, vel commune alicuius populi, vel ciuitatis, vulgo, *concejo, ocomun*, & ita vocat rempublicã, *concejo*. l. vlt. tit. 19. par. 6. vbi Greg. ad verbum, *concejos*, & l. 7. titulo 29. par. 3. Et idem eſt dicere reſpublica, quod ciuitas, populus, oppidũ, municipium, caſtrum, & villa, dummodo huiuſmodi loca habeant hominum multitudinem, gubernenturque per ſuos adminiſtratores, & rectores, ac tractent negotia, vt communia, non vt priuata, quantumuis ſit parua vniuerſitas, vt docet Gregorius vbi ſupra, & ita Accurſius hic: Vtitur indifferenter his duobus terminis reſpublica, & ciuitas, & in hac ſignificatione accipitur ciuitas in titulo. ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatum per-

Digitized by Google

pertinentium, & in titulo trige-
ſimoprimo, & trigeſimoſecun-
5 do,infra hoc libro 11. Et in hoc ſig
nificatu,ſcilicet, pro republica,cō
cilio,& vniuerſitate, cuiuſuis ciui
tatis,populi, & municipij accipi-
tur reſpublica in titulo iſto,eiuſq;
tractatu,& in titu. C. ne fiſcus,vel
6 reſpublica,videlicet pro vniuerſi-
tate conſiderata in abſtracto, per
operationem humani intellectus
abſtraēdo à particularibus rebus
ipſius vniuerſitatis,quæ conſide-
rantur in cōcreto,cuiuſmodi ſunt
bona ciuitatis,eorumq; venditio,
locatio,&adminiſtratio,dequibus
ſunt tres tituli proximi ſequen-
tes:idque veriſsimum eſt ſecendū
Accurſiū,& omnes hic, ſic intel-
7 ligendos. Deinde & ſecundo con
ſiderandum,atque animaduerten
dum eſt, quod iſta reſpublica,vel
populus, ciuitas,& vniuerſitas ſic
conſiderata, quandoque vtitur
iure communi, quo vtuntur ho-
mines priuati, aliquando verò iu-
re ſingulari,& ſpeciali,prout eru-
ditè docet Accurſius,hic omnino
8 legendus. Quibus ita poſitis, &
prænotatis intellige, quod hic ti-
tulus conſtituit aliquos caſus, in
quibus ipſa reſpublica vtitur iure
communi,vt in l. 1. & 2.,& alios in
quibus vtitur iure ſingulari, vt in
l. 3. & 4. & circa ius commune il-
lud definit,quod ſententia lata cō
tra rempublicam non citatam, &
indefenſam nulla ſit ipſo iure, di-
cta l. 1. item quod reſpublica nul-
lam habeat tacitam hypothecam
in bonis ſui debitoris, niſi ex pri-
uilegio ſpeciali ſibi à Principe cō
ceſſo,vel ex pacto, dicta l. ſecun-
da, & circa ius ſingulare conſti-
tuit, quod reſpublica gaudeat iu-
re extraordinario pupilli, & ſic in
integrum reſtitutionis auxilio di
ctæ legis tertiæ (ad cuius intelle-
ctum, & materiam videndi ſunt
citati per Azeued. vbi ſupra, nu-
mero quarto,quinto,ſexto.) Rur-
ſus,quod ſi ciuitas, vel reſpublica
legem habeat municipalem, vel
conſuetudinem vendendi aream
ædificij ruinoſi nō poterit rector,
vel Præſes prouinciæ aduerſus eā
quidquam definere,nec ipſam re-
uocare,dicta l. quarta,& hæc ſunt
in ſumma, quæ hoc titulo deciſa
9 ſunt,& conſtituta. Sed vt fundi-
tus cognoſcam',quod ius ſit iſtud
quod reipublicæ competit, vlte-
rius animaduertimus, quod ius
multiſariam accipitur, lex pe-
nultima, ff. de iuſtitia, & iure,
& in illo titulo diximus, ſed in
titulo præſenti ius accipitur, pro
actione, aut commodo, vel quo-
uis alio remedio, ipſi reipubli-
cæ in communi competenti, ſi-
ue hæc in iure communi, ſiue
in iure ſingulari conſiſtant, vt
patet ex legibus iſtius tituli, &
exemplis ex eis deductis modo
10 relatis. Ex quibus omnibus ſic
explicito facillimo negotio in-
telligetur rubrica noſtra, quam
hoc modo debemus exponere,
& explanare titulus vigeſimusno
nus, qui tractat de iure, hoc eſt,
de

de actione, vtilitate, commodo, ſeu alio quouis remedio communi, vel ſpeciali reipublicæ, id eſt, vniuerſitatis, communitatis, & concilij, cuiuſuis oppidi, populi, municipij, & ciuitatis, videlicet oſtendit aliquot caſus, in quibus reſpublica ipſa vtitur iure communi, & alios in quibus gaudet
11 iure ſingulari. Huc pertinent leges Regię, quas citat Ximenez,
12 hic. Sed & illud omittendum non eſt, quod huius tituli inſcriptio non ſolum reſpicit hunc titulum, ſed etiam plures titulos proximos ſequentes, in quibus etiam de iure reipublicæ, & ciuitatis tractatur, ſaltim in concreto, in hoc autem in abſtracto, prout ſupra expoſitum eſt.

Titulus XXX.

De adminiſtratione rerum publicarum.

SVMMARIVM.

1 *Reſpublica, quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Adminiſtratio, quid ſit, remiſſiuè.*
3 *Reſpublicæ de quibus fatur iſti tulus, quæ appellentur, & n 4.*
4 *Reſpublicæ ſunt duplicis generis.*
5 *Huius tituli ſummaria diſpoſitio, & intentio.*
6 *Rubrica interpretatio.*

1 HIC titulus agit de adminiſtratione bonorum reipublicæ: pro cuius intelligentia pręmittenda legendaque ſunt, quæ ſcripta reliquimus in titulo 1. ſuperiori: vbi quid ſit reſpublica ad vnguem explanauimus, necnō quæ diximus in titulo. ff. de adminiſtratio rerum ad ciuitatem pertinentium:
2 quo loci ſcripſimus, quid ſignificet adminiſtrare, quidque ſit adminiſtratio horum bonorum reipublicæ, quidque adminiſtratores eorum habeantur, & quibus noſtrę tempeſtatis officialibus hodie ſimiles ſint, & in quibus eorū
3 officiū conſiſtat. Appellantur autem bona reipublicæ in hoc titulo publicæ res, vt inſcriptio demōſtrat, quarum duplex genus eſt: quædā enim ſunt publicæ res vſu, & proprietate, & publico, communiq; vſui deſtinatæ, ita quod oēs de populo, ac ſinguli per ſe poſſūt eis vti, atque potiri, vulgò, *Los bienes del comun de cada pueblo, villa, o ciudad, como dehe ſas boyales, prados, exidos, &c.* Aliæ vero ſunt publicæ non in vſu publico, ſed ſunt propriæ ipſius reipublicæ populi, & ciuitatis, vulgò, *Los propios de los concejos*, vt fuſo, latoque ſermone explicuimus, ac apertiſsimis exemplis demonſtramus in titulo. ff. de rerum diuiſione, & in titulo. ff. ad legem Iuliam peculat. & in dicto titu. ff. de admi-

adminiſtratione rer.ad ciuit.pertinen. necnon in titul.1.ſequenti, quidquam dicemus. Appellanturque reſpublicæ eo reſpectu, quia non ſunt ſingulorum,l.in tantum,§.vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſ. & docet Platea hic,& diximus in locis modo citatis. Qua
4 ſuppoſita diſtinctione intellige, quod is titulus propriè loquitur de adminiſtratione, & adminiſtratoribus earum rerum publicarum, quæ ſunt propriæ ipſius reipublicæ, populi, & ciuitatis, vulgò, ***De los propios del Concejo***, quia hæc vendi, & locari poſſunt de iure communi,vt in d.tit.1.ſequenti dicemus, & is titulus agit de eorum locatione, & emphiteuſi,vt in l.1.infr.eod. Et ſi ciuitatibus legantur,cenſentur propriæ ipſius reipublicæ,iuxt.l.ciuitatibus,ff.de legat.1. & l. 3. infra tit. 1.Et tamē titulus iſte agit etiā de huiuſmodi legato:igitur,dumtaxat de his, eorumque adminiſtratione is titulus intelligendus eſt,nō autē de adminiſtratione eorum bonorum, vel rerum publicarum,quæ communes ſunt, & in vſu communi, & ſingulorum reipublicæ,ac ciuitatis,quia hæc, nec vendi, nec locari poſſunt de iure,vt in d.tit.1.ſequenti probamus:in his tamen militabit adminiſtrationis ratio, vnde cū caſus occurrerit per leges iſtius tituli decidendus erit,vtpotè de ſimilibus ad ſimilia procedēdo, iuxt. l. nō poſſūt,ff. de ll. Sanè circa adminiſtrationē,de qua eſt præſens ſpeculatio,duo hoc tit.proponun-
5 tur.Primò,quod ſi ciuitas, vel reſpublica locauit ſuū fundum propriū in emphiteuſim, nō poterit ipſum emphiteutæ auferre, dummodò debitis temporibus penſionē emphiteuticā ſoluat,d.l.1.Rurſus,& ſecūdò, quod ſi aliquod legatū,vel fideicōmiſſum relictum ſit ciuitati,vel reipublicæ ſub aliqua conditione, & curatores,ſeu reipublicæ adminiſtratores ſatiſdationē non petierunt ab hærede de ſoluendo tali legato,adimpleta conditione,tenebuntur reſarcire omne damnum, & intereſſe, quod proinde ciuitas incurret, d. l.2.Et hæc eſt totius tituli diſpo-
6 ſitio,ſumma,& intentio. Secundum quam,& ea,quæ ſupr. expoſita, & prænotata ſunt, ita poſſumus eius rubrum interpretari,titulus 30. in quo tractatur de adminiſtratione rerum publicarū, id eſt,de adminiſtratione, & adminiſtratoribus bonorum reipublicę,populi,& ciuitatis, quæ vulgò vocantur, ***Los propios de Concejo***,videlicèt oſtenditur,qualiter in aliquot caſibus debeant adminiſtrari,& ſi minus rectè geratur adminiſtratio, ad quid teneantur adminiſtratores:& vide, quæ ſcribemus in dict. tit. 1.ſequenti.

Q. Tit.

Tit. XXXI.

De vendendis rebus ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Multiplex rerum diuiſio; remiſsiuè, & num. 2.*

3 *De bonis communibus reipublica, & an alienari poſsint, necne.*

4 *De bonis proprijs ciuitatis, & reipublica, & an vendi poſſint, & qua ſolemnitate.*

5 *Qua ſint res ciuitatum, de quibus faturis titulus.*

6 *Rubri expoſitio.*

7 *Ciuitas in hoc titulo idem eſt, quod reſpublica.*

8 *Leges Regia ad hunc titulum pertinentes citantur.*

1 SCiendum eſt, quod in iure plures ſunt rerum diuiſiones, differentiæ, & qualitates, vt longè, latequè, & diffuſè reſoluimus in tit. ff. de rer. diuiſ. & in tit. ff. ad l. Iuliam pecula. nec non in titulo de prædijs Decurion. & in tit. 1.
2 ſuperiori. Et ex his quædam ſunt res ſingulorum, quædam vniuerſitatis. Singulorū autem ſunt res priuatæ, quæ in dominio, cuiuſque hominis priuati ſunt, l. 1. verſic. priuatæ, ff. de rer. diuiſione, vt puta fundus Titij, ſeruus Seij, & de his nō eſt iſtius tituli tractatio: vniuerſitatis ſunt bona publica, quæ nullius hominis priuati ſunt, ſed ipſius vniuerſitatis, reipublicæ, communitatis, & concilij, populi, & ciuitatis eſſe creduntur, l. 6. §. vniuerſitatis, ff. de rer. di
3 uiſio. Et hæ ſunt in duplici differentia: quædam enim ſunt publicæ vſu, & proprietate, ac publico, communique vſui deſtinatæ: ita, quod quilibet de populo poteſt eis vti, cuiuſmodi ſunt Platea, viæ publicæ, fontes, flumina, mōtes, prata, & paſcua communia, aliaque id genus, vulgò, *Los bienes del comun del pueblo, villa, o ciudad, como ſon dehesas boyales, exidos, y valdios publicos, y concegiles, q̄ no ſon proprios de Cōcejo, y aſſi los llama*, la l. 6. tit. 7. lib. 7. nou. Recopilat. & his eſt elegans text. in l. 9. tit. 28. part. 3. vbi Gregorius videndus, & Bobadilla, alijque ab ipſo citati in polytic. lib. 5. cap. 4. numer. 5, fol. 1024. Et de his non agit hic titulus: nam in eo de venditione bonorum ciuitatis tractatur, vt patet: at huiuſmodi bona nequeunt vendi, aut alienari, nec iure communi, l. Cælſus, ff. de contrahend. emptione, & docet Azo in ſumma, C. eod. colum. 3. nec iure Regio, l. 15. tit. 5. part. 5. vbi

vbi Gregorius, verbo, *Los exidos*, l. 1. & 6. d. tit. 7. lib. 7. nouæ Regiæ compilat. vbi Azeued. l. 24. tit. 4. part. 3. ſic intelligendæ, niſi de Regis, aut Principis licentia, tunc enim rectè alienari poterunt vtroque iure communi, & Regio; communi, ex gloſſa in l. continuus, §. cum quis, ff. de verborum obligat. vbi Bartolus, & Paulus, Regio ex præfata, l. 1. & 6. dict. tit. 7. lib. 7. Regiæ compilat.

4 Aliæ autem ſunt res vniuerſitatis, quæ non ſunt in vſu publico, ſed propriæ ſunt ipſius vniuerſitatis, ciuitatis, reipublicæ, cõcilij, & municipij, & quibus in communi, nec ſigillatim nullus de populo vti poteſt, ſed ſunt deſtinatæ ad hoc, vt earum redditus, & prouentus in reipublicæ vtilitatem, vel neceſsitatem expendantur, vtputà, quæ titulo hæreditatis, legati, fideicõmiſsi, donationis, vel quouis alio populis, & ciuitatibus acquirũtur, l. 3. inf. hoc tit. l. inter publica, ff. de verbor. ſignif. l. ciuitatibus, ff. de leg. 1. vulgò, *Los propios y rentas del Concejo*, vt domus, prædia, redditus, &c. De quibus eſt elegans text. in l. 10. d. tit. 28. p. 3. & totus tit. 5. lib. 7. nouæ Recop. & differunt Azeued. in l. 1. illius tit. Bobad. vbi ſupr. alijque ab ipſis citati. Quæ res, & bona iure communi vendi poſſunt licentia, & decreto Præſidis ciuitatis interueniente, ſi talis venditio reipublicæ vtilis, vel neceſſaria ſit, l. 1. l. 2. C. de ſeruis reipublicæ manumittend. ac ſeruata ſolemnitate, textus in l. fin. infra hoc titulo, & docet Bald. in dict. l. 1. & 2. Gregorius in dict. l. 15. tit. 5. part. 5. verb. *Los exidos*, quam legem, eiuſque ſolemnitatem hodie non ſeruari in praxi aſſerit Auendañ. de exequend. manda. lib. 1. cap. 12. num. 21. verſic. hodie, qua de re videndus eſt Bobadilla in polyt. lib. 3. cap. 8. num. 82. fol. 251. De iure autem Regio non inueni legem, quę expreſsim prohibeat horum bonorum alienationem totius, tamen erit, vt ſemper huiuſmodi alienatio fiat Regia licentia, & facultate obtenta, ac interueniente decreto Præſidis, & aſſenſu maioris partis Decurionum, ac præhabita vtilitatis, vel neceſsitatis cauſæ cognitione, *Y ſobre ello ſe dan prouiſiones de diligencias, y ſe hazen cabildos abiertos, y ſe toman los votos de los vezinos que ſe quieren hallar preſentes*, & ita praxi receptum eſt, vt diximus in titulo ſupra de Præſidijs Decurion. lib. 10. nu. 8. & legendus eſt Bobadilla in loco modo citato, & hæ appellantur res ciuitatis in hoc tit. Et de venditio-

5 ne horum bonorum, quæ propria ſunt cuiuſuis reipublicę, oppidi, concilij, & ciuitatis eſt propria huius tituli tractio, quo

titulo hæc conſtituuntur, & continentur. Primò, quod ſi ciuitas, vel reſpublica vendidit aliqua bona propria, & perfecta ſit vēditio, reuocari nō poteſt, etiam ſi alius augmētum pretij offerat, l. 1. infr. hoc tit. ad cuius materiā videndus eſt Gregor. in l. 5. tit. 19. p. 6. glo. 3. Parlad. rerum quot. lib. 2. c. fin. 5. p. §. 13. nu. 14. cū ſeq. & idē erit in locatione eorundem bonorum, l. 2. Deinde, & ſecūdò, quod bona propria ciuitatis immobilia, & etiam mobilia, quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt, alienari poterunt pro reipublicæ vtilitate, Principis authoritate Romæ, & Conſtantinopolis; in alijs autem locis, & ciuitatibus, ſufficit decretum Præſidis, ac conſenſus maioris partis Curialium ciuitatis, qui iurare debent vtilem fore reipublicæ talem venditionem, d. l. fin. Et hæc eſt iſtius tituli diſpoſitio ſummaria, mens, atque intentio.

6 Ex qua, & antea dictis deducitur, talis ad eius rubrū expoſitio, titulus 31. in quo agitur de vēdendis rebus ciuitatis, id eſt, de ſolemnitate, alijſque requiſitis, quæ interuenire debent in venditione rerum publicarū, quæ propria ſunt reipublicæ, concilij, & ciuitatis, vulgò, *Propios de Concejo*, & deciditur, ac iubetur ſemel perfectam eorum venditionem, vel locationem ratam, ac firmam manere debere, & ſic ibi de vendendis, ſupplendum eſt, & locandis, &c. Cum non ſolum de venditione, ſed etiam de locatione tra-

7 ctetur, dict. l. 2. Porrò ciuitas in hoc titulo idem eſt, quod reſpublica, concilium, vniuerſitas, & quilibet populus, vt diximus in titulo ſupra de iure reipublicæ,

8 hoc lib. 11. Et reſpiciunt hunc titulum leges Regiæ ſupra citatę, nec non aliæ, quas allegat Sebaſtianus Ximenez hìc, cum auctoribus, quos refert. Et vide, quæ ſcripſimus in dict. titulo ſupra de Prædijs Decurionum, lib. 10. & in tit. 69. infr. hoc lib. 11.

Tit. XXXII.

De debitoribus ciuitatum.

SVMMARIVM.

1 *Debitores, qui ſint, remiſſiuè.*

2 *Ciuitas in hoc titulo, in quo ſignificatu accipiatur.*

3 *Huius tituli breuis ſumma, & num. 4. & 5.*

4 *An bona debitoris ciuitatis ei ſint tacitè obligata, remiſſiuè.*

5 *Pater ciuitatis, quis ſit remiſſiuè.*

6 *Rubrica expoſitio.*

QVI

1 QVI ſint debito-
res, ſatis loculen-
ter expreſsimus
in titulo ſupr. de
conueniendis fiſ-
ci debitorib', lib.
2 10. nu. 4. Ciuitas in hoc titulo idẽ
eſt, quod reſpublica, vniuerſitas,
vel cõcilium cuiuſuis populi mu-
nicipij, & ciuitatis; vulgò, *Conce-
jo de ciudad, villa, o lugar*: quem-
admodũ in quatuor titulis pro-
ximis ſuperioribus, & ibi diximus,
nec non in titulo, ſi curialis
relicta ciuitate, lib. 10. De debitori
bus igitur ciuitatis, id eſt, reipu-
blicæ, concilij, & vniuerſitatis agi
tur in hoc titulo: quo quidẽ hæc
ab Imperatoribus conſtituun-
3 tur. Primò, quod debitor reipu-
blicæ ciuitatis non poterit aliquẽ
honorem habere in ipſa ciuita-
te, niſi priùs debitum, ad quod
tenetur exoluat, l. 1. infra eod. vbi
videndus eſt Platea in principio.
Deinde in l. 2. quatuor propo-
nuntur, quia in totidem partes,
l. illa diuiditur. Prima eſt in prin-
cipio, qua cauetur, quod pecu-
nia ciuitatis debet deponi, & co-
locari apud viros idoneos, qui
integras habeant facultates; qui
ſuperſtites, vel ſi mortui ſint, eo-
rum hæredes, annuas vſuras ta-
lis pecuniæ poſsint ciuitati, & rei-
publicæ ſoluere, ne fiat quanti-
tatuum cumulus, cuius diffici-
lis ſit ſolutio. Secunda pars eſt
ibi, & quia nefas, &c. Qua deci-
ditur, quod ſi aliquis ciuitatis de-
bitor bona ſua diſtrahat, & alie-
net, ita quod efficiatur non ſol-
uendo, ipſo exceſſo conueniun-
tur à ciuitate poſſeſſores bono-
rum pro rata eius, quod quiſque
poſsidet condictione ex illa lege,
vbi gloſſa, Bartolus, & Doctores.
4 Diſputant an bona debitoris, vel
adminiſtratoris ciuitatis, ſint ta-
citè ipſi obligata, necne, & teti-
git Gregorius in l. 23. tit. 13. part.
5. gloſſ. 4. poſt principium: do-
centque, qua actione conueniantur
iſti poſſeſſores. Tertia pars in-
cipit ibi, ab eo autem, qua defi-
nitur, quod debitor reipublicæ,
qui maiorem partem bonorum
alienauit, cogitur quoque mino-
rem alienare. Quarta, cuius ini-
tium eſt ibi, quod ſi quiſpiam,
&c. Conſtituitur, quod emen-
tes à fiſco ſuo iure vendente bo-
na, quæ fuerunt debitoris ciuita-
tis non poterunt condictione ex
illa lege conueniri, & iſta ſumma
5 tim continentur in dict. l. 2. In
qua fit mentio, patris ciuitatis,
& quis nam is fuerit, explicat
Cuiacius in l. 3. ſupra de his, qui
ſponte munera ſuſceperunt, lib.
10. & diximus in titulo infr. de ſo
lutionibus, & libera. debitorum
ciuita. Et iſta eſt totius huius ti-
tuli breuis ſumma, ex qua, & pau
lò antea dictis colligitur huiuſ-
modi, ad eius rubrum expoſitio,

6 titul. 32. In quo tractatur de debitoribus ciuitatum, id eſt, de debitoribus reipublicæ, vniuerſitatis, ſeu Concilij, cuiuſque municipij, populi, & ciuitatis: & quo docemur, quod donec hi debitores exoluerint debitum, ad quod tenentur, non poſſunt in republica honorem aliquem gerere: & qualiter ſi bona ſua alienauerint, eorum poſſeſſores ſint conueniendi docemur, & alia, &c. Et legendus eſt Ximenez hic.

Tit. XXXIII.

De periculo nominatorum.

SVMMARIVM.

1 *Nominatores, qui appellentur, & multiplices referuntur.*

2 *Periculum, quid ſit.*

3 *De quibus nominatoribus loquatur iſ titulus, & quale ſit eius intentum, oſtenditur.*

4 *Quid doceat in ſumma hic titulus, declaratur.*

5 *Rubrum explicatur.*

1 Nominatores dicuntur, qui alios nominant ad munera publica, & officia reipublicæ, & ciuitatis ſubeunda, id eſt, electores: qui quidem varij generis in iure noſtro inueniuntur. Quidam enim ſunt nominatores tutorum, vtputà cum iudices, & magiſtratus, tutores pupillis decernũt, & de his non loquitur titulus iſte, ſed titulus, ff. de fideiuſſ. & nominator. tutor. & tit. ff. de magiſtrat. conueniendis, & C. eo. vbi diximus: alij ſunt nominatores magiſtratuum veluti cum magiſtratuum in fine ſui muneris, & officij, nominat ſucceſſorẽ: ad magiſtratus enim iure communi, maximè ad defenſores ciuitatum pertinet ſucceſſores in tali officij nominare, eligere. & creare, l. 1. l. 2. vbi gloſ. 2. Bart. & omnes, infr. eod. *Como en* 2
algunos lugares deſtos Reynos ay coſtumbre, que los Alcaldes, y Regidores añales, que acaban ſus oficios, nombran a otros que les ſucedan en ellos, qua de re legendus eſt Bobadilla in loco, infra citando, num. 41. 42. 43. & alij ab ipſo relati. Alij verò ſunt nominatores aliorum officialium reipublicæ, vt Decuriones, & Conſiliarij ciuitatum, & populorum, ad quos expectat eorum nominatio, & electio, l. 2. ſup. de Decurion. lib. 10. & tenet gloſſa citata. in dict. l. 2. infra eodem, verbo, denominauerit, & ibi Bartolus, & alij, & diximus in dict. titulo de Decurion. num. 8. v. g.

En

En algunos lugares, villas, y ciudades destos Reynos, y a lo que en todos ay costumbre de que los Regidores, y los demas q̃ tienen voz y voto en Cabildo, o Conſiſtorio, nombran Mayordomos, Procuradores de Concejo, depoſitarios del poſito, y otros oficios de Republica.

2 Periculum autem in hoc titulo
idem eſt, quod damnum, atque
diſpendiũ, quod imminet, & pen
det, ex huiuſcemodi nominatio-
ne, & electione munerum publi-
corum, vt diximus ſupra de pe-
riculo ſucceſſoris parentuum, lib.
3 10. Expoſitis ſic rubricæ verbis,
intellige, quod is titulus agit de
nominatoribus, & electoribus,
magiſtratuũ, Decurionum, ſyn-
dicorum, œconomorum, depo-
ſitariorum, aliorumque, & ſimi-
lium reipublicæ officialium, eor-
que periculo, ſi electi, & nomina-
ti non rectè in adminiſtrandis of-
ficijs ſegeſſerint, & hoc eſt eius
4 intentum. Atque ita docet, quod
ſi duo magiſtratus municipales,
alium crearunt in magiſtratus of
ficio, & honore, vel Decuriones,
quemquam ad aliud munus pu-
blicum nominarum, à quibus fi-
deiuſſores, de rectè adminiſtran-
do non acceperunt, vel minus
idoneos receperunt, & tempore
depoſiti officij, nominati erant
ſoluendo, non tenentur nomi-
natores pro eis, etiamſi in officij
ſui adminiſtratione prauè ſegeſ-
ſerint, ac poſt depoſitum officiũ
ſoluendo non ſint, in l. 1. infr. eod.
Itẽ, quod ſi (v.g.) Titius nomina
uerit, ſibi ſucceſſorẽ Seiũ, & Seius
poſtea Semproniũ, ac Sempro-
nius Robertũ, prauè ſegerentem
in adminiſtratione, Titius non te
nebitur de mala Roberti admini
ſtratione, ſed ſolum Sempronius,
qui eum elegit, & nominauit,
vnuſquiſque enim de ſuo nomi-
nato tenetur, nec adminatorem
nominatoris manus prorrigi de-
bent, l. 2. Et hæc eſt totius tituli
5 ſumma. Secundum quam, &
quæ antea expoſita ſunt, ita ru-
brum noſtrum explanabis, titu-
lus 33. qui agit de periculo no-
minatorum, id eſt, de damno, &
diſpendio à quod tenentur no-
minatores, & electores officia-
lium reipublicæ, pro ipſis offi-
cialibus nominatis, ſi male ſegeſ-
ſerint in ſuis muneribus, & offi-
cijs publicis adminiſtrandis, vi-
delicèt quando, & in quibus ca-
ſibus huiuſmodi periculum ſu-
6 bire debeant, vel non. Videnda
ſunt autem, quæ ſcribimus in ti-
tulo infra, quo quiſque ordine
conuenia. hoc lib. 11. & Bobadil-
la legendus in politica, lib. 3 c. 8,
num. 41. 42. 43. 51. & 52. ad
iſtius tituli ma-
teriam,

Tit. XXXIIII.

De periculo eorum, qui pro magiſtratibus interuenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus durãte ſuo officio, nequeunt conueniri.*
2 *Magiſtratus officij ſui, tenentur rationem reddere.*
3 *Ad idque compelluntur in initio fideiuſſores præſtare.*
4 *Huiuſmodi fideiuſſores, ad quid teneantur, & nu. 5.*
5 *Huius tituli, ſumma, mens, & intentio.*
6 *Periculi ſignificatio oſtenditur.*
7 *Rubrum exponitur.*
8 *Leges Regiæ huc reſpicientes allegantur.*

1 PRO regula generali traditum eſt, iudices, & magiſtratus nõ poſſe in iudicio conueniri durãte tempore ſui officij ſuper rebus à ſe praue geſtis, l. Senatus Conſulto, ff. de officio Præſid. l. hos accuſare in principio, ff. de accuſatio. l. 2. l. 11. tit. 1. part. 7. vbi Gregorius, ſed quia ſecundum Euangelicam doctrinam, vnuſquiſque tenetur rationem reddere ſuæ villicationis, Lucæ cap. 16. & in cap. qualiter, & quando, el 2. verſ. legitur, extra
2 de accuſationib⁹. Merito ſtatutũ, & inductum fuit, vt omnes iudices, & magiſtratus tenerentur ſui officij adminiſtrationis rationem reddere, ad idque in ſyndicatu eſſe, l. vnica, C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quàm militares, & in authentico, ſiue quoquo ſuffragio, §. neceſsitaté, & §. interdicimus, verſ. oportebit, collatione 2. l. 6. tit. 4. part. 3. l. 1. 2. 4. 22. 23. tit. 7. lib. 3. nouæ Recopilat. & tradit nouiſsimè Paz in praxi. 1. tom. fol. 204. colum. 1. numer. 1. & 2.
3 Ad idque ipſi iudices in initio ſui officij teneantur præſtare fideiuſſores, de rectè adminiſtrando, ſtandoque ſyndicatui depoſito officio, l. fideiuſſores magiſtratuum in principio. ff. de fideiuſſ. l. 6. tit. 4. part. 3. vbi Gregorius ad verbum, *Tomar fiadores*, l. 13. tit. 7. lib. 3. nouæ Recopilat. l. 13. tit. 5. lib. 3. eiuſdem compilat. & tradit Paz, vbi ſupr. num. 3. vbi Auileſium, Auenda. & alios ſcripto-
4 res allegat: docetque ad quid teneantur, eiuſmodi magiſtratuũ fideiuſſores, quod fuſius proſequitur Bobadilla in politica, lib. 5. cap. 1. à num. 84. ad 98. excluſiuè omnino legendus, cum caſus
5 occurrat. Et de his fideiuſſoribus, qui pro magiſtratibus interuenerunt, loquitur titulus iſte. Qui docet

docet ad quid teneantur, vel non & hæc eſt eius mens,& intentio, l.vnica,inf.eo. qua cauetur, quod tenentur, dumtaxat,ad intereſſe reipublicæ veluti ſi pecuniam publicam magiſtratus interuerterũt,non verò ad pœnas, quas delinquendo incurrerunt, quam legem ita ſtrictè procedere arbitramur, niſi ipſa interceſsio, & fideiuſsio latiùs ſit concepta,& extenſa, vt ibi docent Bart. Platea, & Rebuffus,& Paz vbi ſupr.dict.
6 num. 4. Bobadilla in loco ſupra allegato. Periculũ autem in hoc titulo idem eſt, quod damnum, & diſpendium, quemadmodum
7 in tit.1.ſuperiori,vbi diximus. Ex quibus ita prænotatis facilis, pateſq; apparet rubrica noſtra, quã ita debemus exponere, & interpretari, titulus 34. in quo tractatur de periculo eorum,&c.Id eſt, de diſpendio, & damno, ad quod tenentur fideiuſſores, qui pro iudicibus, & magiſtratibus interueniunt,& intercedunt,promittũtque eos rectè officia ſua adminiſtraturos, & rationem eorum in ſyndicatu reddituros, nempè oſtenditur,ad quid extẽdatur, vel
8 non huiuſmodi fideiuſsio. Huc reſpiciunt omnes leges Regiæ ſu[illegible] præcitatæ,& vidæ,quæ ſcri[illegible] bimus in tit. 1. ſe[illegible] [illegible] quenti [illegible]

Titulus XXXV.

Quo quiſque ordine conueniatur.

SVMMARIVM.

1 *PRO gerente,& male adminiſtrante munus publicum, plures tenentur; & quis eorum prius conueniatur, & nu.4.*
2 *Collega,quis ſit,declaratur.*
3 *Huius tituli finis,& ſcopus oſtenditur.*
4 *Tituli huius ſumma traditur.*
5 *Rubricæ tenor conſtruitur, & explicatur.*
7 *Vtiles remiſsiones allegantur.*
8 *Conuenire verbum, quid ſignificet,exponitur.*

1 PRO eo, qui in republica munus, aut officiũ publicũ, vel honorem geſsit,vtputa Decurionatum, duumuiratum,magiſtratũ, & ſimile,ſolent alij teneri, & obligari ad reſarciendum damnum, diſpendium,& intereſſe,quod ex talis muneris publici praua adminiſtratione reipublicæ ſecutum ſit, cuiuſmodi ſunt nominator, qui alium nominat, & eligit ad hæc

hæc munera, & officia publica ſubeunda, de quo eſt titulus ſupra de periculo nominatorum, & ibi diximus, hoc lib. 11. Item fideiuſſor, qui pro magiſtratu, vel alio gerente munus publicū interceſsit, de quo loquitur titulus primus ſuperior, & ibi diximus. Rurſus collega talis officia-
2 lis publici. Eſt autem collega in in hac tractatione, quando duo, pluresvè, ad eiuſdem muneris, & officij publici, vel honoris adminiſtrationem aſſumpti ſunt, & electi: nam alter alterius collega
3 dicitur. Et quo ordine conueniantur iſti pro præfato damno, ex praua adminiſtratione ſecuto, is titulus declarat, Id eſt, quis nam eorum priùs in iudicio ſit conueniēdus, an nominatus, & electus, an nominator, vel fideiuſſor, an collega, & is eſt finis, & ſcopus, quem reſpiciunt huius tituli le-
4 ges. Quarū prima cauetur, quod ſi plures ſimul ad vnum officiū publicum electi ſunt, dicitur adminiſtratio in ſolidum conceſſa, ideoque quilibet in ſolidum tenetur, priùs tamen, qui re vera, adminiſtrauit, quam collega eius, quod ſi vno mortuo, reliqui collegeæ adminiſtrando, damnum, dolum, vel culpam in rempublicam cōmiſerunt, hæredes mortui minimè tenentur. Altera, & ſecunda deciditur, quod ſi duobus adminiſtratio honoris, vel publici muneris, ſit conceſſa pro indiuiſo, quilibet eorum antea conueniendus eſt, quam eius nominator ſi autem ſeparatim concedatur, tunc primò adminiſtrator, deinde fideiuſſor. Poſteà nominator, & vltimo collega, conueniri debet, dict. l. 2. vbi Bart. docet, quod officialibus publicis in dubio videtur adminiſtratio in ſolidum cōceſſa, & conſequenter mānent in ſolidum obligati, tanquam duo rei debendi, tam iure antiquo, quam nouo, quem ſequuntur Platea, Rebuffus, & alij ſcriptores ibidem. Rurſus in l. 3. infra eod. definitur, quod ſi inter plures diuiſa ſit adminiſtratio muneris publici, vnus tenetur pro adminiſtratione alterius, Vicarijs, id eſt, viciſitudinatijs damnis, hoc ordine; vt quam primū gerens ipſum officium, deinde eius fideiuſſor, poſteà nominator, poſtremo collega conueniatur, dict. l. 3. quæ duas alias patitur lecturas, vt docet Acurſ. & Platea ibi, nec ferendus eſt Cuia. qui more ſolito detrahit, aliquas ſylabas eiuſdem legis. Vltimo ſtatuitur in l. fin. quod ſi inter magiſtratus diuiſa ſit adminiſtratio, vnus non poteſt conueniri pro adminiſtratione alterius, niſi in ſubſidium, nempè excuſis, priùs collega, atque eius hæredibus, & poſſeſſoribus bonorum ipſius, & etiam nominatore, ſeu electore,

& hæc

& hæc eſt totius huius tituli ſum
5 ma. Secundum quam, & quæ ſuperius tradita ſunt, hoc modo ſeriem, ac tenorem præſentis rubricæ poſſumus conſtruere, & explicare, titulus 35. qui explicat, & declarat, quo quiſque ordine cōueniatur, id eſt, oſtendit, quo ordine in iudicio conueniantur, is qui honorem, vel munus publicum prauè geſsit, & eius collega fideiuſſor, elector, & nominator, videlicèt, qui iſtorum priùs conueniri debeat ad reſarciendum damnum, quod ex mala adminiſtratione geſtoris publici officij
6 reipublicæ inſecutum fuerit. Et ad hanc materiã videnda eſt gloſſa magiſtra, in l. quoniam augurio, ſupra de conueniend. fiſci debitor. lib. 10. quæ eſt gloſſa magna, & vltima vbi piſcator, num. 6. plures allegat in cōfirmationem illius gloſſæ, gloſſa etiam in l. Imperator, ff. ad municipalem, quæ gloſſæ ita latè diſtinguũt, vt omnes caſus comprehendant, legendus eſt etiam Bobadilla in polyt. lib. 3. cap. 8. nu. 51. & 52. & vide, quæ ſcripſimus in duobus titulis proximis ſuperioribus. Sanè conuenire verbum in hoc titulo idem eſſe, quod in ius vocare, explorati iuris eſt, vt conſtat ex dict. l. 1. 2. 3. & vltima, infr. eod. Et diximus in titulo de conueniend. fiſci debit. ſupra lib. 10. numer. 2.

Titulus XXXVI.

Ne quis liber inuitus actum reipublicæ gerere cogatur.

SVMMARIVM.

1 *Summa perſonarum diuiſio, quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſerui, remiſsiuè.*

2 *Actus ſignificatione, quid comprehendatur, & nu. 3. & 4.*

3 *De ſeruis actoribus reipublicæ, & num. 4.*

4 *Officia ſordida, & vilia, quæ ſint, & nu. 5. remiſsiuè.*

6 *Reſpublica in hoc titulo, in quo ſignificatu accipiatur.*

7 *Huius tituli breuiſsima ſumma mens, & intentio.*

8 *Rubricæ conſtrutio, & explanatio.*

9 *An homines infimi ſtatus cogi poſsint officia vilia exercere, remiſsiuè.*

1 VT cognoſcamus, quis ſit homo liber, quis ſeruus, de quibus, eorumque aliquot officijs agitur in hoc titulo: præmittenda in primis eſt ſumma

Digitized by Google

ſumma illa perſonarum diuiſio, ſcilicèt, quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſerui, quam tradit I.C. in l. 3. ff. de ſtatu homin. & proſequitur Iuſtinianus in princ. inſtitut. de iure perſonar. & nos explicuimus in titulo, ff. de iure aureor. annu. Eſt enim ad modum neceſſaria pro huius ti-
2 tuli introductione, pro qua etiam ſciẽdum eſt, quod in iure noſtro huius vocis, actus, varia eſt ſignificatio, vt poſt alios verborum iuris expoſitores, tradit Prateius in lexicon iuris, verbo, actus. Cæterum in hoc titulo actus appellatione continentur officia ſeruilia ſordida, & vilia ſeruis, & non liberis hominibus deputata, quæ per ſeruos reipublicæ exerceri debent, dumtaxat non per libe-
3 ros homines, & ingenuos. Quod vt funditus percipiamus ſcire debemus, quod quemadmodum priuati homines habebãt ſeruos actores, quibus peculij adminiſtrationem concedebant, & qui res dominorum procurabant, actumque in familia dominorum adminiſtrabant, l. 8. ff. famil. hercìſcund. l. 40. §. Titius, ff. de ſtatu. liber. & tradit Briſonius, ad verbum, actum adminiſtrare. Ita etiã cuiuslibet ciuitatis, populi, & municipij, vniuerſitas, reſpublica, & concilium, vulgò, *Concejo*, ſeruos habebat actores præpoſitos, pecunis dandis, & ſuſcipiendis, ac ſtipulationibus contrahendis, & rationibus tractandis, alijſque exercendis, quæ actus appellatione continentur: erantque eiuſmodi ſerui ſub diſpoſitione curatorum reipublicæ, l. 1. infr. de ſolution. & liberation. debitorum ciuitatis, infr. hoc lib. 11. & illo titulo diximus, & tradit Cuia. in l. 1. infra eod. quos, vulgò, *Podremos llamar eſclauos, fatores publicos, o de la Republica, o Concejo de los lugares, villas, y ciudades.* Et de his loquitur titulus, ff. de manumiſſion. quæ ſeruis ad vniuerſita. per quos, & non per alios reſpublica prædictos actus exercebat.
4 Erant enim ſeruilia officia eis deputata, erant etiam & alia officia ſordida, & vilia, quæ iſtis ſeruis, & non liberis hominibus conueniebant, vt latrinas, & cloacas publicas mũdare, plateas, & vias publicas purgare, & ſcobare, ac ſimilia, vt docet Platea hìc, & in l. 1. & 2. infr. eod. quæ omnia actus ſignificatione comprehendũtur
5 in hoc titulo. Quæ autem ſint officia ſordida, & vilia per remiſſiones, oſtendimus in titulo de excuſation. munerum lib. 10. num. 7.
6 vbi legendum eſt. Deinde aduertendum eſt, quod reſpublica in hoc titulo accipitur pro vniuerſitate, communitate, & concilio, vulgò, *Concejo*, cuiuſque municipij, populi, & ciuitatis, quemad modum in tit. 29. 30. 31. 32. ſupra hoc

7 hoc lib. 11. & ibi diximus. Quibus ita præmiſsis intellige, quod hoc titulo præcipitur, & iubetur, vt nullus homo liber, ſiue ingenuus ſit, ſiue libertus, cogi poſsit officia ſeruilia, & vilia ſeruis reipublicæ congruentia, gerere, & administrare, aliàs poterit appellare, l. 1. l. 2. infra eod. cuius hæc eſt breuiſsima ſumma, mens, & inten-
8 tio. Ex qua, & antea præmiſsis facilis redditur rubrica noſtra cuius verba, tenorem, & ſeriem ita debemus conſtruere, componere, titulus 36. quo cauetur, ne quis liber inuitus actum reipublicæ gerere cogatur, id eſt; ne quis homo liber, ſiuè ingenuus ſit, ſiuè libertus cogatur, actum reipublicæ, hoc eſt officia ſeruilia, & vilia, ſeruis reipublicæ, vniuerſitatis, concilij, ciuitatis, vel populi, deputata ſuſcipere gerere, & exer-
9 cere. Et videndi ſunt Ioannes de Platea, & Lucas de Penna in dict. l. 1. infr. eod. qui diſputant, an homines ignobiles, infimæque cõditionis, & ſtatus poſsint cogi exercere officium aliquod ſordidum, & vile, vtputà aliquem delinquentem torquere, aut furca ſuſpendere, ac ſimilia, quod ſumè notandum eſt, quia quotidie ſimilis caſus occurrit. Ad quod etiam legendi ſunt Bobadilla, & alij, quos ipſe citat, lib. 3. c. 15. nu. 139. in polytica, fol. 346.

Titulus XXXVII.

Sumptus iniũcti muneris ad omnes collegas pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Sumptus, quid, remiſsiuè.*
2 *Munus, quid & quotuplex, remiſsiuè.*
3 *Collegæ, qui appellentur.*
4 *Duplex huius tituli ſenſus refertur, & eius ſumma, & intentio oſtenditur.*
5 *Rubrum conſtruitur, & explanatur.*

1 Sumptus appellatione, quid contineatur, explicui in titulo, C. de fructibus, & litiũ expenſ. nec nõ in titulo ſupra de ſumptuum
2 recupera. lib. 10. Munus, quid ſit, & quotuplex, nempè perſonale, reale, & mixtum latiſsimè expoſitum nobis eſt in titulo, ff. de muner. & hono. & in titulo ſupra de annonis, & tributis, lib. 10. & ali-
3 bi ſepiſsimè. Collegæ in hoc tit. appellantur omnes, qui ſunt eiuſdem muneris officij, & collegij, quemadmodũ, & in tit. ſupr. de collegia-

collegiatis,& in titulo ſupra, quo
quiſque ordine conuenia.hoc lib.
4 11. vbi diximus. His ita intelle-
ctis, hic titulus in duplici ſenſu
accipi poteſt.Primò,quod loqua-
tur de munere perſonali , quod
perſonę labore, ſine proprio ſum
ptu , ſed cum erogatione publici
ſumptus expeditur. Secundò de
munere mixto, quod fit cùm la-
bore perſonę,& ſumptu proprio,
& ſiue vno , vel altero modo in-
telligatur illud intendit, atque
definit, quod ſi plures electi ſint,
ad munus publicum perſonale,
vel mixtum, quorum vnus ſolus
munus ipſum adminiſtrauit, re-
liquis ceſſantibus,& in expeditio
ne muneris,ſumptus pro alijs fe-
cit,poteſt eos à ſingulis collegis
ceſſantibus pro rata repetere,exē
pli gratia in munere mixto,quod
eſt exactio, ſeu collectio Angaria
rum, vel alterius publici tributi,
vt in l.vnica,infr.eod. Et in mune
re perſonali, vtputà in munere
quærendi currus pro ſeruitio rei-
publicæ: ſi autem omnes electi
ceſſauerint, tenebūtur omnes ad
publica damna reſarcienda, dict.
l.vnica,infr. eod. vbi gloſ. docet.
quæ actio detur in his caſibus cō
tra collegas ad eiuſmodi ſump-
tus repetendos: & hæc eſt totius
5 tituli ſumma.Ex qua,& ſuperio-
ribus deduci poteſt, ad eius ru-
brum huiuſmodi expoſitio,& cō
ſtructio, titulus 37. quo cauetur
ſumptus iniuncti muneris ad om
nes collegas pertinere , hoc eſt
ſumptus factos ab vno ex pluri-
bus officialibus publicis ratione
publici muneris, ad quod omnes
fuerunt nominati , & electi,poſſe
repeti ipſum à cæteris officiali-
bus collegis , qui in talis muneris
adminiſtratione ceſſarunt, & ni-
hil erogarunt.

Titulus XXXVIII.

De his qui ex officio quod adminiſtrarūt, conueniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Reipulica adminiſtratores,qui ſint,remiſſiuè.*

2 *Huius tituli ſumma, & intentum.*

3 *Rubri interpretatio.*

1 De adminiſtrationibus reipublicę loquitur titulus iſte: qui autem ſint huiuſmodi adminiſtratores, oſtendimus in titulo,ff. de adminiſtra. rerum ad ciuit. pertinent.
2 Et de his hoc definitur,& in præ-
ſenti

ſenti titulo proponitur, quod ſi debitor reipublicæ, qui fœnori mutuam accepit pecuniam ab adminiſtratoribus, minus idoneus reperiatur, tenetur ſolum adminiſtrator ad ſortem principalem, quam mutuò dedit, non autem ad vſuras, l. vnica, inf. eod. quam intellige procedere in caſu, quo ab initio adminiſtrator fuit in culpa leui, non ſatis cautè pecuniam publicam minus idoneis debitoribus fœnori dando, vti voluerũt Platea, Rebuffus, & Cuia. ibidem, qui quidem fuſius proſequuntur hanc materiã, nec non Lucas de Penna, qui per diſtinctiones congerit omnes ferè caſus, qui in præſenti ſpeculatio-
3 ne contingere poſſunt. Et id eſt in ſumma iſtius tituli intentum, ex quo ita rubrũ eius poſſumus interpretari, titulus 38. in quo tractatur de his, qui ex officio, &c. Id eſt, de adminiſtratoribus reipublicæ, vniuerſitatis, concilij, populi, & ciuitatis pecuniam ipſius reipublicæ mutuò dantibus ſub vſuris: nempè oſtenditur, an ad ſortem, vel etiam ad vſuras teneãtur, ſi non cautè minus idoneis perſonis eam dederunt, *Y eſte titulo ſe podra platicar en los cenſos que dan los Concejos, y vniuerſidades, y ſus adminiſtradores en ſus nombres.*

(∴)

Titulus XXXIX.

De ſolutionibus, & liberationibus debitorum ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & liberatio, quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Debitores ciuitatis, qui dicantur, remiſſiuè.*
3 *Ciuitas quid.*
4 *Serui actores reipublicæ, qui fuèrint.*
5 *Curator reipublicæ, & pater ciuitatis, quis erat olim.*
6 *Præſentis tituli ſummaria intentiò.*
7 *Rubri expoſitio.*

1 QVID ſit ſolutio, quid liberatio, & in quo differant inter ſe, loculẽter ſcripſimus in titulo, ff. de ſolu-
2 tio. Et qui ſint debitores ciuitatis, etiam diximus in tit. ſupr. de debitoribus ciuitã. hoc lib. 11. vbi etiam oſtendimus, quod ciuitas
3 idem eſt, quod reſpublica. Vniuerſitas, vel concilium, cuiuſque populi, municipij, & ciuitatis, in quo ſenſu etiam capitur in hoc titulo.

4 titulo. Deinde ſciẽdum eſt, quod quemadmodum homines priuati habebant ſeruos actores, l. eius, qui in prouincia, ff. ſi certum peta. pari etiam ratione ciuitas, vel reſpublica ſeruos habebat actores, pecunijs dandis, ſuſcipiendis, exigendis, & ſtipulationibus cõtrahendis, rationibuſque tractandis, præpoſitos, qui ſub diſpoſitione curatoris reipublicæ erant, & ſerui publici appellantur, l. vnica, infr. eod. & fuſius diximus in tit. ſupr. ne quis liber inuitus actum
5 gerere cogatur, hoc lib. 11. Erat autem curator reipublicæ, cui cura, ius, & poteſtas erat exigendi debita ipſius reipublicæ, eiuſque ratiotinia tractandi, ac bona publica adminiſtrandi, quę omnia faciebat per præfatos ſeruos reipublicæ actores, dict. l. 1. infr. eod. Et de hoc curatore reipublicæ fit mentio in l. vltima, ff. de officio aſſeſſor. l. 37. ff. de pact. & I.C. Vlpianus librum ſingulatē ſcripſit de huiuſmodi curatore reipublicę, qui etiam pater ciuitatis nuncupatur, l. 2. ad fin. ſupr. de debito. ciuita. hoc lib. 11. *Al qual podremos oy comparar al Mayordomo de Concejo, o Teſorero del comun*, teſtante Gregorio in l. 3. gloſ. 6.
6 in fin. tit. 1. part. 5. His ita pro fundamento præiactis, intelligendũ eſt illud hoc titulo contineri, & proponi. Nempè, quod apochæ de ſoluto, vulgò, *Cartas de paga*, à ſeruis reipublicæ actoribus cõfectæ, ita demum debitoribus ſoluentibus ſecuritatem, & liberationem præſtant, ſi à curatore reipublicæ ſint aſsignatæ, id eſt, ſubſcriptæ, aut ſi probatum ſit pecuniam ſolutam in ipſius reipublicæ vtilitatem conuerſam eſſe: ſi autem dolo ſerui actoris, debitor exoluerit pecuniam curatori reipublicæ, quæ minimè in publicã vtilitatem vertitur, curator ipſe tenetur, quoad peculium ipſius ſerui, & nihilominus debitor remanet obligatus, dict. l. vnica, inf. eod. & iſta eſt huius tituli ſumma
7 ria intentio. Ex qua, & antea expoſitis colligitur ad eius rubrum talis expoſitio, titulus 39. in quo agitur de ſolutionibus, & liberationibus, &c. Id eſt, oſtenditur, & definitur, quam ſolemnitatem, & formam habere debeant ſolutiones factæ per debitores reipublicæ, ad hoc, vt eis plenam liberationem, & ſecuritatem pariant.

Titulus XL.

De ſpectaculis, & ſcœnicis, & lenonibus.

SVMMARIVM.

1 *Huius tituli in tres partes diuiſio.*

2 *Specta-*

2 *Spectacula, quæ ſint, & qualia.*
3 *Spectacula vnde dicta.*
4 *Quid ſcæna, ſcænica, & pro ſcænica ſint, qualiſque inter ea verſetur differentia.*
5 *Lenones, qui ſint.*
6 *Huius tituli ſumma, & intẽtio.*
7 *Rubri enucleatio.*
8 *Diſcrimina inter hunc titulum, & alios, oſtenduntur.*
9 *An ſpectacula publica ſint licita, & iure permiſſa, remiſsiuè diſputatur.*
10 *Leges Regiæ, & aliæ theoricæ huc reſpicientes citantur.*

1 TRes ſunt huius
tituli partes. Pri
ma ibi, de ſpe-
ctaculis. Secun-
da ibi, ſcœnicis.
Tertia ibi, & le-
nonibus, de quibus ſingulis expo
nendis diſſeramus, ſpectacula, de
2 quibus in hoc tit. tractatur. Sunt
publici ludi, vel publici actus, qui
ob lętitię, & delectationis cauſam
celebrantur, & exercentur ab hi-
ſtrionibus, ludionibus, mimis, io-
culatoribus, & alijs ſimilibus lu-
cria ſui gratia, ac mercede eis cõ-
ſtituta, in quibus ſanguis huma-
nus non effunditur, nec mortis
periculum vertitur, veluti, com-
mediæ, tragediæ, ſaltationes, cho
reæ, curſus equorum, repræſenta
tiones, & ſimilia, l.1. vbi gloſ. 2. l.3.
l.4. infr. hoc tit. l. vnica, infr. tit. 1.
Et tradit hic Rebuffus, & Platea,
in d.l.1. infr. eod. vulgò, *Las come
dias, y tragedias, repreſentaciones,
danças, y bueltas, y otros exercicios
que hazen los comediantes, repre-
ſentantes, y bolteadores*, cæteri-
que huiuſmodi, quorum aliqua
ſpectacula dicuntur, agones, dict.
l.1. infr. eod. d.l. vnica, infra tit. 1.
vbi explicare contendit Platea, id
eſt, certamina quędam, quæ a nu
dis hominibus exercebantur, vt
3 explicat Alcia. ibi. Appellãtur au
tẽ ſpectacula, à verbo, ſpecto ſpe-
ctas, quod frequẽtatiuum eſt ver-
bi, aſpicio aſpicis, vnde ſpectacu-
lum dicitur, quia ſpectatur, id eſt,
ab omnibus in publico, ac frequẽ
ter aſpicitur, facit. l.1. §. ſpecus, ff.
de riuis. Et hactenus de priori par
4 te rubricæ. Pro ſecundæ explica-
tione animaduertimus, quod in
iure repetiuntur hæc tria nomi-
na, ſcœna, ſcœnica, & pro ſcœce-
na, quæ illo diſtant inter ſe, quod
ſcœna eſt locus deputatus ad fa-
cienda ſpectacula, in quo ſedilia
ſunt apta ad inſpiciendum com-
medias, tragedias, cæteraq; id ge
nus, quæ hiſtriones in ſcœnam
prodeuntes agunt, l.2. §. ait Præ-
tor, ff. de his qui notantur infam.
& docet Ioan. de Platea in pręfat.
l.1. infr. eod. in princ. vulgò, *El co
rral de las comedias, y de otros jue
gos publicos; y repreſentaciones.*
Scœnica in genere fœmenino,
idem eſt, quod meritrix, vt in

authético ſcœnicas non ſolũ collatione 5.& in hoc ſignificatu nõ accipitur in titulo illo: inuenitur etiã ſcœnicus ſcœnici, in genere maſculino,& tunc ſcœnici, dicuntur hiſtriones, & ludiones ipſi, qui in ſcœnam prodeuntes ludos,& ſpectacula agunt, dict.l.2. §.ait Prætor, ff.de his qui not.infam.vulgò, *Los comediantes, repreſentantes, y juglares*, & de iſtis loquitur hæc ſecunda rubri pars, quæ ita manet explicita, pro ſcœna, ſeu pro ſcœnium: eſt locus ante ſcœnam porrectus, in quo pulpitum erat ludricis exercendis accõmodatum, vti explicat Alciatus in l.4.infr. eod. exploſa Acurſi expoſitione ibidem, quem ſequitur Platea. Appellatur autẽ ſcœna ab vmbra, vt inquit Alciatus ipſe, omiſſa Acurſi interpretatione in d.l.2.§. vltimo, ff. de his qui notãtur infam. qui aliter eius
5 etymologiã deducebat. Quoad tertiæ rubricæ partis intelligentiam, ſciendum eſt, quod lenones ſunt, qui proſtitutas habent ancillas, vel filias, aut mulieres alias, l.4.§.1.ff. de his qui notantur infamia, l.1.in fin.ff.de extra criminibus, l.fin. infr.eod. & tradit Seneca de beneficio, lib. 6. vulgò, *Alcahuetes, o rufianes*, vt diximus in titulo, ff. ad l. Iuliam, de adulter. num. 19. Lenocinij crimen etiam cõmittit maritus, qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerit, quæſtumvè, aut lucrum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, l.29.in principio,& §.qui quæſtum, ff. ad l. Iuliam, de adul. de quo crimine à marito cõmiſſo agitur in illo titulo, nõ iſto, ſed tantum de lenonibus, qui filias, vel ancillas ſuas, vel alias liberas mulieres proſtituunt, l. fin. infrà eod. quæ ſola reſpicit hanc tertiã rubri partem, quæ ex his rema-
6 net explanata. His ita intellectis, ac rubricæ ſingulis verbis expoſitis, videndũ nobis eſt, quid proponatur hoc titulo: & circa primam,& ſecundam partem rubricæ, hæc proponuntur, quod ſpectacula, & ludi ciuitatis gymnecij approbantur, & voluntas primatum ciuitatis in hoc reputatur totius populi voluntas, dict.l. 1. Item, quod equotum agitatores in publicis ſpectaculis permittantur, nec puniri poſſunt, quaſi facientes miniſterium reprobatum, l. 2. Rurſus, qui equos ſpectaculis, & ludis populi deputatos in ſuos vſus conuertit vnius libræ auri condẽnatione mulctatur, l.2. Præterea in loco in quo ſunt Principis imagines, ſpectacula, & ludos hiſtriones agere non debent, nec viles picturæ eò introducendæ ſunt, l. 4. & ne iudices ex vna ciuitate in aliam, vel ex vna prouincia in aliam equos hiſtriones, beſtias feras, aliaque ad ſpectacula pertinentia transfe-

transferant, alioquin tanquam legum violatores puniuntur, l. 5. Et circa tertiam, & vltimam partem illud proponitur, quod patres, vel domini lenones, ſi filiab⁹, vel ancillis peccãdi neceſsitatem imponant, ipſaſque proſtituant eatum poteſtate priuantur, qui ſi amplius in hoc inſiſtant, alijs pœnis ſubijciũtur, l. vltima, infr. eod.
7 Et hæc eſt totius tituli intentio, & ſumma, iuxta quam, & quæ ſuperius dicta ſunt, hoc modo præſentis rubri tenorẽ debemus cõponere, & enucleare, titul. 40. in quo tractatur de ſpectaculis, &c. De ſpectaculis, hoc eſt, publicis ludis, & actibus, vt cõmedijs, tragedijs, & alijs, quæ lætitiæ cauſa celebrantur, & ſcœnicis, id eſt, hiſtrionibus, & ludionibus, qui ipſos ludos publicos, & ſpectacula, in publicum prodeuntes agunt, exercent, & repræſentãt, ſcilicèt conſeruandis, & approuandis, & lenonibus, id eſt de his, qui ancillas, vel filias ſuas, vel alias mulieres liberas proſtituunt, puniẽdis.
8 Differt autem is titulus à titulo ſupra de Athletis, lib. 10. in hoc, quod ille agit de ſpectaculis, & certaminibus, quæ exercent homines, abſq; vllo pretio, vel quæſtu, & in quibus mortis, corporisvè, periculum vertitur: at hic titulus eſt de ludis, & ſpectaculis, in quibus non adeſt eiuſmodi periculum, & quæ aguntur ab hiſtrionib⁹, & ludionibus quæſtus, & lucri ſui gratia eis mercede cõſtituta, quo etiam diſcrimine diſtat à tit. ſupra de gladiatoribus, hoc lib. 11. & à tit. extra de torneamentis, nec non à tit. de clericis pugnantibus in duelo, & à tit. de
9 ſagittarijs. Differentia etiã in hoc verſatur, quod in illis titulis cruẽta ſpectacula prohibentur, in hoc autem non cruenta permittuntur, & approbãtur. Ex qua differentia infertur, quod hoc iure ciuili huiuſmodi ſpectacula, & ludi non cruenti permiſſa ſunt, & licita, qua de re, & an idem ſit de iure Canonico diſputant Oldraldus, conſil. 78. Socinus, conſilij 16. incipit, circa prædictam conſultationem, verſ. Verùm prædictis non obſtantibus: & apud omnes ferè gentes permiſſa eſſe teſtantur Cœlius Rhodiginus lib. 11. antiquat. lection. capit. 1. pag. 6. ad fin. Couarr. in practic. quæſtionibus, cap. 1. num. 1. in fin. Ioannes Garſias de expenſ. cap. 21. num. 24. & ſequent. Bobadilla in polytica lib. 5. cap. 4. ex num.
10 20. cum ſequentib. Sanè ad præſentis tituli materiam pertinet, l. 4. titul. 6 part. 7. vbi Gregorius, gloſſa 4 5. 6. 7. quam nec alias leges huc reſpicientes non citat Sebaſtianus Ximenez hîc, eas tamen citamus in dict. titulo, ff. ad l. Iuliam, de adulterijs. Et de multis ludorum, & ſpectaculorum

culorum generibus legendus eſt Iſidorus, lib. 18. ethimologiarum, Petrus Gregorius de ſyntagmat. iur. lib. 39. cap. 5. Et vide, quæ ſcribimus in tit. 1. ſequenti.

Titulus XLI.

De expẽſis ludorum publicorum.

SVMMARIVM.

1 *Expẽſarũ appellatione, quid contineatur, remiſsiuè.*

2 *Ludi publici, qui dicãtur, remiſſiuè.*

3 *Olim in expenſas ludorum publicorum certa erat deputata pecunia.*

4 *Huius tituli ſummaria concluſio.*

5 *Rubri declaratio.*

6 *Auctorum vtilis allegatio.*

1 Expenſarum appellatione, quid contineatur expoſitum nobis eſt in titulo, C. de fructibus, & litium expenſis, & in titulo ſupra de ſumptuum recu-
2 peratione, libr. 10. Ludi publici ſunt, publica ſpectacula, de quibus fatur titulus proximus ſuperior, & ibi ad vnguem explicui-
3 mus, & ibi legendũ eſt. Et rurſus præmittendum, quod ad expenſas iſtorum ludorum publicorũ, ſolebat olim deputari de publico certa pecunia, l. ſeptitia, ff. de policitation. & ibi Doctores no-
4 tant. Quibus præmiſsis, & prænotatis, ab Imperatoribus Diocleciano, & Maximiano conſtitutum eſt, poſſe prouinciarum Præſides, & iudices pecuniam publicis ludis deſtinatam conuertere, & expendere in refectionem, & reparationem murorum vrgente neceſsitate, quibus refectis, redducitur pecunia ad priſtinum ſtatum, ſcilicèt ad expendendum in ludos publicos, in l. vnica, infra eodem, cuius & totius tituli, hæc eſt ſummaria con-
5 cluſio, mens, atque intentio. Ex qua, & paulò antea dictis deducitur hæc ad eius rubrum declaratio, titulus 41. in quo tractatur de expenſis ludorum publicorum. Id eſt, de pecunijs deſtinatis publicis ludis, & ſpectaculis, quæ publicæ lætitiæ cauſa aguntur, conuertendis, & expendendis in alium vſum exigente,
6 & vrgente neceſsitate. An autem hodie bona propria ciuitatis, municipij, populi, & concilij, poſsint in huiuſmodi ludos, vel alios expendi, necne, oſtendit, l. 22. titul. 6. lib. 3. nouæ Recopilation. qua de re videndus eſt omnino Ioannes Garſias de expenſis, cap. 21. num. 24.

num.24.cum ſequent. Bobadilla in polytica, lib.5.capit. 4. à num. 20.ad 30.

Titulus XLII.

De aquæductu.

SVMMARIVM.

1 *Aquæductus, quid ſit.*
2 *Aquæductus eſt duplex, priuatus, & publicus, & quid priuatus ſit, explicatur.*
3 *Quid ſit publicus.*
4 *De quo aquæductu loquatur is titulus, declaratur.*
5 *Rubrum explanatur.*
6 *Vtiles theoricæ huc pertinentes, citantur.*

1 AQuæductus, eſt aquarũ deductio, cum aliũde aqua deriuatur, vt per canales, vel riuulos, aut cuniculis, vel aliter aliò inducatur, ſiue ad rigandum, ſiue ad bibendum, vt tradit Iulius Frontinus, lib. de aquæductibus Romanorum, Vitrubius libr. 8. cap.7. Pallad. lib. 9.cap. 11. Ducitur autem aqua fiſtulis, riuulis, tubulis, lapidibus, ſtratis, cuniculis, & canalibus, docet Briſon. ad verbum, aquæductus, vbi plura

2 iura citat. Porrò aquæductus eſt duplex, priuatus, & publicus. Priuatus eſt ſeruitus ruſtica, & ius ducendi aquam per fundum alienum, l. 1. l. 2. ff. de ſeruit.ruſticorum præd. quæ etiam aliquando poteſt eſſe vrbana, vt diximus in titulo, ff. de aqua quotidian. & æſtiua. num. 8. & de iſto non agit hic titulus, ſed titulus. C. de ſeruitut. & aqua, & dictus titulus, ff. de aqua quotid. & æſtiua. & nonnihil titulus, ff. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ, & ibi diximus, & pleraque alia iura.

3 Publicus eſt, qui vſui communi omnium ciuium, vel palatij, Principis expoſitus, & deputatus eſt, l.3. 4. 5. 9. cum alijs, infra eodem, quales ſunt aquæductus fontium communium ad bibẽdum, vel rigandum, vel ad alium vſum communem ciuitatis deſtinati.

4 Et de hoc agit titulus iſte, ſiue ſit aquæductus, vtriuſque vrbis Romæ, ſiue cuiuslibet alterius populi, & ciuitatis, vti rectè animaduertit hic Lucas de Penna, quidquid contra putet Acurſius, qui videtur ſentire hũc titulum tantũ loqui de aquæductu publico Cõſtantinopolis, & Romę: igitur de hoc aquæductu publico ſequentia hoc tit. definiũtur: in primis, quod poſſeſſores, & domini prædiorũ eorũ, per quæ publicus trãſit aquæduct⁹ à ſuperindictis, & extraordinarijs tributis, quæ

ratione ipſorũ prædiorum, aliàs
imponerentur, ſunt immunes, te
nentur tamen foueas aquædu-
ctus purgare, aliàs ea prædia pu-
blicantur, l. 1. infr. eod. vbi legen-
dus eſt Cuia. Item, vt nullus de
publico aquæductu, aquam ad
fundum ſuum deducere audeat,
aliàs pœna publicationis fundi
punitur, l. 2. Præterea, quod ille,
qui ex Principis priuilegio aquã,
ex publico aquæductu deduce-
re poteſt, debet eam deducere, ex
caſtello, vel forma, non ex fiſtulis,
vel ex ipſo aquæductu, aliàs ſe-
uerè punietur, l. eos, vbi viden-
dus Platea. Rurſus ius ducendi
aquam, ex aquæductu publico,
acquiritur per tempus immemo
riale, dummodò conſueto more
ducatur, & irrigantes hortos, vel
agros furtiuè, ex publico aquæ-
ductu eo iure priuantur. l. vſum.
Deinde, quod impetrans à Princi
pe priuilegiũ ducendi aquam, ex
publico aquæductu, teneatur il-
lud intimare, & præſentare, dũta
xat Præfecto Prætorio, nõ autem
officialibus eius, vel alijs magiſtra
tibus, alioquin, tam præſentans,
quã recipiens punitur: ipſe autẽ
Præfectus Pretorio debet aquam
diſpẽſare, ita, vt ad vſum publicũ
ſufficiat, de ſuperflua verò debet
concedere illi, qui priuilegiũ im-
petrauit, l. 5. Item, vt fontes publi
ci, & cõmunes nequeant ad vſum
priuatum cõuerti, nec cõtra hoc
præualebit reſcriptũ, vel vlla tẽ-
5 poris præſcriptio, l. diligẽter. Cõ-
tinẽtur, & alia, quæ breuitatis gra
tia om[illegible]ſa facimus, ſufficiant præ-
dicta ad iſtius tituli mentem, &
intentionem percipiendũ, ex qui
bus facillimũ erit, ita eius rubrũ
exponere, tit. 42. in quo tractatur
de aquæductu, ſcilicet publico, &
communi cuiuslibet ciuitatis, po
puli, & Principis: nempè oſtendi-
tur, quo modò, & qualiter, & qui
bus eo vti liceat, atque ex eo aquã
6 ducere. Huc pertinent leges Re-
giæ, quas citat Sebaſtianus Xime
nez hic, vidẽdi ſunt etiam ad præ
ſentem materiam Iulius Fronti-
nus vbi ſupra, lib. 2. Simanc. de
repub. lib. 8. cap. 16. num. 6. pag.
452. Petrus Gregor. de ſyntagm.
iuris lib. 3. cap. fin. tom. 1. Boba-
dilla in polyt. lib. 3. cap. 5. nu. 51.
& 52. legẽda ſunt etiam, quæ ſcri
bimus in tit. ff. de riuis, & in tit.
ff. de fonte.

Titulus XLIII.
De gladiatoribus penitus tollendis.

SVMMARIVM.

1 *Gladiatores, qui fuerint, & num. 2.*
2 Gladiatorum certamina ſublata.

3 Rubrica

3 *Rubricæ expoſitio.*
4 *An reliqua certamina ſint prohibita, remiſsiuè.*
5 *Quo diſtet is titulus ab alijs.*

1 GLadiatores ſunt,
qui olim in arena,
populo ſpectante
gladijs inter ſe pug
nabant ad virium
ſuarum oſtentatio
nem, ſeque percutiebant, & in-
terficiebãt nulla mercede eis cõ-
ſtituta, tradit Nicephorus, lib. 7.
cap.46. Lucas de Penna hìc, & in-
ter Athletas connumerantur, vti
ex Corraſio in tit. ſupr. de Athle-
tis, lib. 10. expoſitum nobis eſt.
2 Horum certamina cruenta repu
tata ſunt; quia in eis humanus
ſanguis effundebatur, ideoquò
penitus ſublata fuerũt per Impe-
ratorem Conſtantinum, per l.
vnicam, infr. eod. cuius, & totius
tituli, hæc eſt mens, & intentiò,
& vulgò, gladiatores, *Se llaman
eſgrimidores, q̃ con eſpadas deſnu-
das, que comunmente ſe llamán
eſpadas blancas, o eſtoques, alfan-
ges, y otros ſemejantes inſtrumen-
tos, eſgrimen haſta ſe herir, o ma-
tar,* in quorũ locum ſucceſſerunt
hodie, *Los eſgrimidores de nueſtro
tiempo,* quorum ludi ſublati non
ſunt, vtuntur enim *De eſpadas
negras, con que no ſe hieren ni ma-
3 tam.* Ex his autem ſic prænotatis
facilis redditur rubrica noſtra,
quam iſto modo debemus expo
nere, titulus 43. in quo agitur de
gladiatoribus, id eſt, de homini-
bus, qui gladijs coram populo
pugnabant ad virium ſuarum o-
ſtentationẽ, & ſeſe percutiebant,
& interficiebant nulla mercede
eis conſtituta, penitus tollendis.
4 An autem reliqua certamina, &
ſpectacula immania, & crudelia
in quibus humanus ſanguis effũ-
ditur, ſint prohibita, docent gloſ-
ſa Platea, Rebuffus, & alij in dict.
l. vnica, infr. eod. qua de re faſi ſu-
mus in dict. tit. ſupra de Athle-
tis, & in titulo extra de torneamẽ
tis, & in titulo extra de clericis
pugnantibus in duello, & in ti-
tulo de ſagittarijs. Et vidẽdus eſt
Petrus Gregorius de ſyntagma.
5 iur. lib. 39. cap. 5. per totum. Di-
ſtat autem is titulus à dict. titulo
de Athletis in hoc, quod ille de
omni Athletarum genere tra-
ctat: hic verò, dumtaxat de qui-
buſdam Athletis, qui gladiatores
nuncupantur. Et in quo differat
à titulo ſupra de ſpectaculis, hoc
lib. 11. in rubro illius tituli diximus,
& conferunt ad præſentem
materiam leges Regiæ, quas
citat Ximenez
hìc.

Titulus XLIIII.

De venatione fere-rarum.

SVMMARIVM.

1 *Fera beſtia, quæ ſint, & quales dicantur nociua.*
2 *Fera non nociua.*
3 *Fera cur ita appellentur.*
4 *Beſtia manſueta, quæ dicatur.*
5 *De venatione ferarum nociuarũ loquitur tantum is titulus.*
6 *Rubrum componitur, & explicatur.*
7 *Vtiles leges Regiæ, & theoricæ huc pertinentes, allegantur.*

1 FEræ beſtiæ manſuetis, contrariæ ſunt, l.1. §. beſtias, ff. de poſtul. l. 3. §. itẽ feras, ff. de acquir. poſſ. Et feræ ſunt quarũ fera natura eſt veluti, Leones, Pantheræ, Elephantes, Vrſi, Tigrides, Lupi, & aliæ; l.2.ff.ad l. Aquill.13.tit.15. par.7.
2 Quæ feræ nociuæ ſunt, aliæ verò ſunt beſtiæ quarum natura, & ſi feras ſit, nociuæ tamen non ſunt, vtputà pabones, columbæ, cerui, lepores, & cuniculi, l.5.§. apuum, ff.de acquir. rer. domin. §. feræ, & §. apuum, cum §§. ſequẽtibus, inſtitut.de rerum diuiſ. Feræ autem dicuntur, eo quòd naturali vtũtur liberalitate, & ſuo deſiderio ferantur, vti exponit Pennenſis hic, Caleopinus, verbo, feræ,
3 vulgò, *Beſtias brauas.* Ad differẽtiam earum, quarum manſueta
4 natura eſt, vtputà, equi, aſini, mulæ, oues, gallinæ, & boues, & alia ſimilia animalia, l.1. in princ. & §. ait Prætor, ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat. & in princ. inſtit.
5 eod. l.22. titul. 15. part.7. Igitur dè venatione ferarum, quæ nociuæ ſunt, dumtaxat, loquitur titulus iſte. Secundũ Rebuffum, & alios in l. vnica, infr. eod. qua cauetur cuilibet licere leones occidere, & quod adducẽtes beſtias ferás Principi nequeant eas retinere in locis, per quæ tranſeunt vltra ſeptẽ dies, & contrarium faciẽtes, pœna quinque librarum auri mulctantur: & hæc eſt ſumma totó titulo contenta, cuius deciſionis rationem docent Rebuffus, & alij in eadem, l. vnica, omninò legen-
6 di. Ex his autem facillimum erit ita rubrum componere, & explicare, titulus 44. In quo tractatur de venatione ferarum, nempè nociuarum, id eſt, quo permittitur ferarum beſtiarum venatio, occiſio, & ad Principẽ adductio.
7 Huc pertinent leges Regiæ à Sebaſtiano Ximenez hic allegatæ, nec non contentæ in tit. 8. lib. 7. nouæ Recop. & vide, quæ ſcribimus

mus in titulo,ff.de acquir.rerum dominio,num.9.& ibi Vueſſembeccium,nu. 7. Et quando Rex, & alij domini inferiores poſſint venationē prohibere, necne tradunt relati à Bobadilla in polyt. lib.2.cap.16.num.138.Et videndus eſt Petrus Gregor.de ſyntagmat.iuris,lib.39.cap. 10.

Titulus XLV.

De maiuma.

SVMMARIVM.

1 *Maiuma, quid ſit, & num.2.*
2 *Vnde dicta.*
3 *Hodie in vſu eſt.*
4 *Quid de maiuma hoc titulo cautum ſit.*
5 *Rubrica explicatur.*

1 MAiuma appellata eſt feſtiuitas quædam, quæ olim Kalendis mēſis Maij celebrabatur, ſed de modo celebrationis, apud interpretes dubitatū eſt hic: qui quidem in varias ferūtur ſententias: Rebuffus, namque in l.vnica, infr. eod. inquit, quod olim Romæ viſitatum erat in mēſe Maij, vt quædam puella exactè ornata, ac veſtibus pretioſis induta poneretur incurru frōdibus, & floribus pleno, quæ vocabatur Regina, erantque aliæ puellæ circunſtantes illi miniſtrantes, atq; eam concomittantes in loco publico, quæ à tranſeuntibus pecunias expoſcebant Reginæ, quorū aliqui magna dona eis ſuppeditabant, tamen, quia habebant colloquium cūm eis, ex quo inhoneſtas, & impudicitia reſultabat, per aliquod tempus huiuſmodi feſtiuitas fuit vetita, & prohibita, quę
2 ideò maiuma dicebatur: quia ſingulis annis in menſe Maio fiebat,
quo tempore arbores pululāt, & homines frondibus, floribuſque lætantur, vt ſenſit Azo, & Acurſ. hìc. Suidas autē relatus ab Alciato hìc, & à Briſonio, & Prateio, verbo, maiuma, inquit, in hęc verba: Maiuma eſt, quæ fit Romæ Maio menſe: nam Romani maritimam vrbem adeuntes hoſtiam inter aquas voluptatibus incumbebant inuicem ſeſe inuadentes, quam quidem ſolemnitatē ſuſtulit Annaſtaſius Imperator. Hæc ille. Nos autem Rebufij ſententiā inſequimur, quæ proculdubio probatur, ex dict. l. vnica, inf. eod. quæ permittens de nouo celebrari maiumam verecundiam, & honeſtatem exigit: honeſtas autem, & verecundia in puellis, & fœminis præcipuè deſideratur: igitur maiuma puellarum, ac fœmina-
3 rum erat feſtiuitas, & ludus. Quę

vſque

vſque in hodiernum diem multis in locis,& prouincijs frequentatur, *Donde las muchachas ſe viſten de mayas,y ſe ponen en lugares publicos, pidiendo para la maya, a los que paſſan y corren el mayo, lo qual tuuo origen de la fieſ-*
A *ta que dize Rebuſo.* De iſta ergo feſtiuitate loquitur titulus iſte, cuius lege vnica permittitur, vt maiuma in prouincijs celebretur ob prouincialium lętitiam, dummodò honeſtas, & verecũdia ſeruetur: & hæc eſt eius ſummaria
5 concluſio, mens, & intentio. Ex qua,& antea expoſitis patens, planaq; apparet rubrica noſtra, quã ſic explicare debemus, titulus 45. in quo agitur de maiuma, id eſt, de quadam feſtiuitate, quę ſingulis annis in menſe Maij à puellis celebratur, nempè permittitur prouinciales eam celebrare.

Titulus XLVI.

Vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Duplex intellectus l. vnica, infra eod. & nu. 2. & quis poſſit bellũ indicere, vel non, remiſſiuè.*

2 *An abſque Principis licentia poſſit quilibet arma portare, ac ſecum deferre.*

3 *Iure communi, & Regio in quibus caſibus ſint arma prohibita, & permiſſa, remiſſiuè.*

4 *Duplex expoſitio adaptatur ad præſens rubrum.*

5 *Armorum appellatione, quid contineatur hoc titulo.*

1 Conſtituit hic titulus nemini licere inſcio Principe, arma moue re in l. vnica, infr. eod. qui text. duplicem intellectum admittit, ſecũdum gloſſam, & Doctores omnes ibi: alter eſt, quod mouere arma ſit bellum indicere, quaſi vellit textus ille, quod nullus poſſit inſcio, & inconſulto Principe bellum indicere: ſoli etenim Principi, Regi, vel Imperatori, id reſeruatum eſt, cap. quid culpatur 23.
quæſt. 1. & latè proſequitur Lu- 1
cas de Penna, in dict. l. vnica, vbi docet etiam, quid ſit bellum iuſtum, & quid iniuſtum, & quæ, qualeſque cauſæ iuſtæ cẽſeantur, ad bellum indicendum, & in hoc ſenſu acceptus ille text. eſt limitãdus, niſi mouentes arma, id faciãt ad ſuam defenſionem, iuxt. l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, cum ſimilibus, & tenet ibi Rebuffus, nu. 8. & hac lege mouẽtur omnes duces,

ces generales, qui nõ audent excedere ordine, ſibi à Rege præſcriptum, cum proficiſcuntur ad
2 bellum cum exercitu. Alter, & ſecũdus intellectus eſt, quod mouere arma idem ſit, quod portare, & ſecum deferre, quaſi vellit illa lex, quod nemo, abſque Principis licentia poſsit arma deferre vel ſecum portare: nam armorũ vſus regulariter iure ciuili prohibitus eſt, l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica, in authentico de armis, §. ſi autem, collatione 6. ad idque paſsim allegatur dict. l. vnica, infra eod. quam regulam tradunt, Paz in praxi 1. tom. fol. 208. num. 6. & 7. & fol. 134. num. 149. Bobadilla in polyt. lib. 1. cap. 13. ex nu. 50. cũ pluribus ſequentibus, alijque quàm plurimi ſcriptores ab
3 eis citati. Qui quidem etiam docent an iure Regio arma prohibita ſint, & quæ, & qualia, & in quibus caſibus ſint permiſſa, tam de iure communi, quàm de iure Re
4 gio. Ex hoc autem duplici intellectu, duplex adaptari poteſt ad noſtrum rubrũ expoſitio, & interpretatio. Prima, quæ oritur ex priori intellectu, ſic concepta, vt armorum vſus, &c. Id eſt, titulus 46. quo cauetur, vt nullus inſcio Principe poſsit bellum indicere, ſed quod armorum vſus ad hoc interdictus ſit. Secunda, quæ datur ex ſecundo intellectu hoc tenore, vt armorum vſus, &c. Hoc eſt, titulus 46. quo iubetur, vt nemo poſsit arma ſecum deferre, & portare, abſque licẽtia Principis: armorũ etenim vſus inſcio Principe interdictus eſt, ad hunc titulum pertinent omnes leges Regiæ allegatæ à Paz, & Bobadilla
5 vbi ſupr. Armorum autem appellatione in hoc titulo continentur gladi, enſes, ſparæ, lanceæ, loricæ ſcuta, & omnia, denique tellæ, quæ ad bellum neceſſaria ſunt, ſibi offenſibilia, ſiue defenſibilia ſint, ſecundum Azonem, in dict. l. vnica, vbi Platea, num. 3. & fin. ad quod etiam legendi ſunt ſupra citati auctores.

Titulus XLVII.

De agricolis, & cenſitis, & colonis.

SVMMARIVM.

1 *Agricola vnde dictus, in quoque à cenſito, & colono diſtet, & num. 2.*

3 *Adſcriptitij, qui dicantur.*

4 *Cenſiti, qui appellentur.*

5 *Perpetui, qui ſint.*

6 *Conditionales, qui.*

7 *Inquilini, qui.*

8 *Originarij, qui.*

9 *Simplices coloni, qui.*

10 *Agri-*

Digitized by Google

10 *Agricola, ruſticus, & colonus an idem ſint.*
11 *An omnes hi agricolæ, ſeu coloni ſint ſerui, necne, & in quibus cum ſeruis conueniant, & in quibus ab ipſis differant.*
12 *Quæ actio inter agricolas, & dominos detur, remiſsiuè.*
13 *An iure ciuili, Canonico, & Regio hi agricolæ, & coloni ſint approbati, necne.*
14 *Tituli ſumma.*
15 *Rubri expoſitio.*
16 *Vtiles theorica de agricultura laudibus, & priuilegijs agentes, citantur.*

1 TRes videntur eſſe huius rubri partes. Prima de agricolis: altera de cenſitis: vltima de colonis, de quibus ſingulis diſpiciamus, agricolæ nomen à verbo coloco lis, & ager agri, deriuatur, quaſi agrum colens, vel agri cultor, vul
2 gò, *Labrador del campo*. Differtque à cenſito, & colono, in hoc, quod agricola eſt genus, cenſitus autem, & colonus ſunt eius ſpecies, ſecundum gloſſam, Plateam, & alios hic (vt ſtatim dicemus) & quatenus eſt genus comprehẽdit quemcũque terras, & agros colentem, ſiue ipſe dominus ſit, qui per ſe agrum ſuum collat, vel per ſeruos ſuos, famulos, aut ope-
3 rarios cõductos, l. 1. infr. eod. Siue ſit cẽſitus, colonus, vel alius; quod vt radicitus percipiatur, ſciendũ eſt, quod agricolæ varij generis ſunt: quidam enim ſunt adſcriptitij, alij cenſiti, alij coloni perpetui, alij conditionales, alij inquilini, alij originarij, & alij ſimplices coloni. Adſcriptiti dicuntur, qui per ſcripturã promittunt, & obligantur domino alicuius agri, vel terræ, ſe ipſum agrum ſemper colere, in eoq; manere, & ſtare, nec vllo modo inde diſcedere, aut eius culturam deſerere, l. cum ſcimus, vbi glo. 1. infr. eod. Appellanturque adſcriptitij, quaſi adſtricti, & per ſcripturã obligati agriculturæ, explicat Abb. in cap. indicatum, de immunitate Eccleſ. num. 1. vbi tenet non aliter poſſe, quemquam agricolam adſcriptitium eſſe, niſi per ſcripturam ſe adſtrinxerit, & obligauerit culturæ terræ, vel agrorum, aduerſus Bart. & alios putantes ſolam ſtipulationem ſolemnem ſufficere, & de ſimili forma huius ſcripturæ, videtur agere text. in l. 89. tit.
4 18. part. 3. Cenſiti ſunt, qui ſimili modo per ſcripturam promittunt, & obligantur domino agrũ eius perpetuò colere, nec ab illo vnquàm recedere, ipſique domino certum cenſum, & penſionẽ annuatim ſoluere, l. 2. infra tit. 2. hoc lib. 11. vbi gloſ. inquit, quod adſcriptitius, & cenſitus in hoc diffe-

differunt, quod adſcriptitius tenetur ſoluere domino agri, vel fundi in certam penſionem, vtputà tertiam, vel quartam, aliamvè partem fructuum ipſius agri, cui adſtrictus eſt: cenſitus verò ſoluere cogitur certum cenſum, certamque penſionem quotãnis, quandoque tamen adſcriptitius pro cẽſito, & contra ponitur, l. ſi quis presbyter, C. de Epiſcop. & Cleri. Indeque cenſiti dicuntur, qui à domino cenſum, id eſt, annuam penſionem domino fundi exoluere tenentur, à verbo, cenſere, de cuius ſignificatione latè faſi ſumus in titulo, ff. de cenſibus, &
5 alibi ſæpè. Perpetui vocantur, qui cũ validi ſint eleemoſynam petunt mendicantes, & fingunt ſe inualidos, atque infirmos eſſe, quo caſu ſi quis eos prodiderit, ac dolum eius detegerit, faciet ſuos perpetuos agricolas, & colonos, ita, vt eius terras, & agros perpetuò colere teneantur, l. vnica, C. de mendicantibus validis, ſupra hoc lib. II. & ibi diximus, vbi Ioãnes de Platea, inquit, quod iſti differunt ab adſcriptitijs, & cenſitis in hoc, quod hi perpetui ſoli, non eius filij agri culturæ perpetuæ ſunt obnoxi, quod ſecus eſt in adſcriptitiorum, & cenſitorum fi-
6 lijs, vt infra videbimus. Conditionales ſunt, qui per triginta annorum ſpacium agriculturæ, alicuius domini operam dederunt ſpontanæ ſe adſtringentes colonariæ conditioni: nam per tanti temporis curſum ipſe, eiuſque filij remanent obligati ad talem agriculturam perpetuam, l. cum ſatis, §. cum autem, infra eod. c. 2. extra de Iudæis, quod tamẽ intelligendum eſt, quando ſteterũt in agro, tanquam adſcripti, & obligati eius culturæ: nam ex tanti temporis curſu præſumitur præcedens obligatio, ſecus verò ſi ſteterunt tanquam coloni noſtri rẽporis, qui agros habent ex locatione, quia tunc nulla inducitur obligatio, l. fin. ff. quemadmodũ ſeruitutes amittantur, & docet Abb. vbi ſupra, dicunturque cõditionales coloni, quia in fine illius temporis reperiuntur aligati, & adſtricti cõditioni, id eſt, ſtatui colonatus perpetui, vt inquit Platea in l. fin. num. 6. infra eod.
7 Inquilini ſunt, qui ſimiliter perpetua obligatio agros domini colendi obnoxi ſunt, quemadmodũ omnes ſupradicti, ſed illo diſtant ab eis, quod adſcriptitij, cenſiti, perpetui, & conditionales, nõ poſſunt recedere à ſolo ipſius agri, ſed in eo ſtare, & ibi perpetuò colere, vt ſupra dictum eſt: at inquilinus poteſt alibi habitare, & ex inde colere, vel per ſe, vel per alios, ita docet gloſ. in dict. l. I. verbo, trahatur, & in l. definimus, gloſ. 2. infr. eod. Aliàs autem in diuerſa accipitur ſignificatione inquili-

8 quilinus,vt alibi dicemus.Originarij ſunt filij, qui naſcuntur ex præfatis agricolis,colonis, adſcriptitijs cenſitis conditionalibus,& inquilinis (nō verò ex perpetuis, vt ſupra diximus):nam eadē agriculturæ perpetuæ obligatione tenentur hi filij, qua & eorum patres tenebātur,dict.l.diffinimus, vbi gloſ.2.iuxta finem,l.cum ſci-
9 mus,l.ne diutius, infra eod. Simplices coloni ſunt, qui ſub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda ſuſcipiunt,l.1.l.colonos, infra eod. qui homines liberi ſunt,nec adſtricti perpetuò glebæ, id eſt, terræ culturæ, ſicut alij ſupra memorati:hæc autem agricolarum differentia, & diſtinctio colligitur ex Azone,& Acurſio hîc, Ioanne de Platea in l.fin.infr. eod. & tradit Hoſtienſis in titul.extra de natis ex libero ventre, Abb. in dict.cap. indicatum,de muni.Eccleſ. Oldendorpius 3.actionum claſſe,actione 9. Couarr.in cap. quamuis pactum, 2.part.§.1.num.2.Petrus Grego. de ſyntagmat.iuris,lib.18.cap.23.
10 Porrò hæc tria nomina, agricola,ruſticus,& colonus,ſimpliciter accepta,idem ſignificant, & quādoque ponuntur generaliter, aliquando verò ſpecialiter, gloſ. in d.l. fin. inf.eod.in verbo,ſed vtraq;,vbi Platea notat,n.10.vnde intellige,ꝙ agricola, & colonus; in hoc tit. eiuſq; rubro in eodē ſignificatū accipiūtur, ſiue in gene-
11 re, ſiue in ſpecie. Enimverò ſupra dicti omnes agricolæ, ſeu coloni, qui perpetuò agriculturæ adſtricti,& obligati ſunt,non ſerui,ſed homines liberi ſunt,dict.c. 2.extra de Iudæis:nam poſſunt eſſe in iudicio, & inter ſe, & cum extraneis litigare,l.omnes profugi,inf. eod. Atque etiam cum dominis ſuis, ſi inſolita grauamina eis iniunxerint,nec non proſequi ſuam,vel ſuorum iniuriam, l. cū ſatis,§.caueant, infra eod.l.1.l.2. infra tit.2.poſſuntque habere bona propria,& de his teſtari, vt tenet Platea in loco modò citato, Abb.in dict. cap. indicatum, nu. 1.Seruus autem nihil ex his facere poteſt,l.quod attinet,l. ſeruitutem,ff.de regul.iur. In multis tamen æquiparantur ſeruis, & in multis ab ipſis differūt, vt tradit gloſſa penultima, vbi interpretes in dict.l.ne diutius,infr.eod. & in dict.cap.2.extra de Iudæis:æquiparantur etiam vaſſallijs feudorum, teſtantibus Luca de Penna hîc,& Platea vbi nuper.Quamuis autem liberi ſint, habent tamen in ſe quandam ſeruitutem, quæ debetur à perſona rei, & ſic in eis eſt ſeruitus mixta, ſecundū Bart. in l.1.ff.de ſeruitu.tit.generali,in fine:ſunt etenim adſtricti ſolo, &
12 agro alieno colendo perpetuò.Et quæ actio competat eis, ſi petant libertatem, vel ipſi petantur à dominis

dominis in iſtam, quaſi ſeruitutẽ, docet gloſſa magna in §. præiudiciales, inſtitut. de action. ibi, itẽ quo iure adſcriptitij coloni, vbi
13 Iaſ. & cæteri expoſitores. Sanè de hoc iure Codicis, ideò fuerunt inſtituti, & approbati huiuſmodi agricolæ, & coloni, quia illo tempore maior agriculturæ cura habebatur: eratque agricultorum penuria, quæ ob militiæ præmia rempublicam vrgebat, vt tetigit Couarr. vbi ſupra. A iure etiam Canonico approbati ſunt, ex d. cap. indicatum, vbi notat Abb. num. 1. & ex d. c. 2. de Iudæis. De iure autem huius Regni non fuerunt cogniti, nec inuenitur vlla lex Regia, quæ eorum faciat mẽtionem, vt ſenſit Gregorius in l. 3. tit. 25. part. 4. verbo, *Segun fuero de Caſtilla*, excepta dict. l. 89. tit. 18. part. 3. quæ agit de ſcriptura, quæ fit, cum quis facit ſe hominem, vel vaſſallũ alterius, quæ ſimilis videtur in aliquo ſcripturæ adſcriptitij agricolæ: inquit tamen ibi Gregorius, quod ille cõtractus in noſtro Regno in vſu nõ eſt. Idemque ſenſit Couarr. in loco modò citato ad finem, quibus ego libenter aſſentior, non enim in his Regnis inueniuntur huiuſcemodi agricultores, ita adſtricti, vt perpetuò agros teneantur colere, ſed fundi, & agri coluntur, vel per proprios dominos, vel per ſuos ſeruos, aut famulos, aut operarios conductos, vel per ſimplices, & temporales, ac liberos colonos, vt pluſquam notiſsimum, ac
14 frequentiſsimum eſt. His ita explicitis, ac prænotatis intelligendum eſt, quod in hoc titulo tractatur de iſtis omnibus, agricolis ſeu colonis, adſcriptitijs, cenſitis perpetuis, conditionalibus, inquilinis, originarijs, & ſimplicibus, qui omnes agricolarum, ſeu colonorum appellatione continẽtur, vt ſupra diximus, de quibus hoc titulo hæc proponuntur, quod tempore ſationis fructuum, meſium, & vendemiæ à muneribus extraordinarijs excuſentur, dict. l. 1. Item, vt nemo poſſit prædiũ ſuum vendere, & colonos ei adſcriptos, vel obligatos perpetuos retinere, l. 2. Rurſus oſtenditur qualiter agricolæ, ſeu coloni adſcriptitij, & cenſiti per ſcripturã domino ſe obligare poſſunt ad eius agriculturam perpetuam, d. l. cum ſcimus. Præterea, quod coloni conditionales conſtituti videntur per 30. annorum lapſum, dict. l. cum ſatis, §. cum autem, Item, quod inter inquilinos, & colonos ſit diſcrimen in hac tractatione, & etiam conuenientia in d. l. ne diutius, in qua, & in dict. l. diffinimus, oſtẽditur etiam, qui ſint coloni originarij definiuntur, & alia, quæ breuitatis gratia omittimus: ſuffiant hæc pro iſtius titu li ſumma, ex qua, & antea dictis colligi-

colligitur hæc ad eius rubrũ interpretatio, & expoſitio, titulus
25 47. Qui agit de agricolis, & cenſitis, & colonis: de agricolis (inquam) id eſt, de omnibus agricultoribus, qui adſtricti, & obligati ſunt domino eius agrum perpetuò colere, ac certam, vel incertã penſionem, vel cenſum ſoluere: quorum appellatione etiam cenſiti coloni comprehenduntur, & ſic de cenſitis, & colonis, hoc eſt de huiuſmodi agricolis, qui cenſiti coloni appellantur, eo quòd agros perpetuò tenentur colere, ac cenſum domino ſoluere, vnde de cenſitis, & colonis, exponendũ eſt, id eſt, cenſitis colonis, faciendo illam particulam, cẽſitis, adiectiuum, quod patet ex rubrica, infr. tit. 2. Ponitur ergo in hac inſcriptione, agricolis, in genere, & cenſitis, & colonis in ſpecie. Sunt etenim coloni cenſiti agricularũ ſpecies, nec eſt nouum, vt poſito genere ponantur aliquæ eius ſpecies, vt in rubrica, C. de ſeruitutibus, & aqua, l. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex, ff. ad l. Aquill. & ſic accipienda eſt gloſſa hìc ab omnibus recepta.
26 Quod autẽ ſit diſcrimen inter eiuſmodi agricolas, ſeu colonos, ex vna parte, & ruſticanos, de quibus eſt titulus 53. & tit. 54. infr. hoc lib. 11. ex alia, explicuimus in dict. tit. 53. Pertinẽt autem ad huius tituli tractationẽ leges Regiæ, quas citat Sebaſtianus Ximenez hìc. Nec non noua Regia pragmatica lata Mantuæ Carpentanæ, anno 1594. in fauorem agricolarum, quę ipſius aliqua indulget priuilegia, explicatque hodie agricolas cenſeri, qui vel per ſuas perſonas, aut per famulos ſuos agros colunt, cuius meminit Bobadilla in polyt. lib. 3. cap. 3. num. 61. & 62. qui quidẽ auctor, alijque quos ipſe nuncupatim citat, mirificè differunt de agriculturæ laudibus, & vtilitatibus, ac agricultorũ priuilegijs, & an hodie ruſtici agricolæ gaudeant priuilegijs ignorãtiæ, quæ olim iure cõmuni ruſticitati conceſſa fuerunt.

Titulus XLVIII.

De capitatione ciuiũ cenſibus eximenda.

SVMMARIVM.

1 *Capitatio, quid ſit, & num. 4.*

2 *Cenſus varia ſignificatio, remiſsiuè.*

3 *Cenſus eſt duplex, priuatus, & publicus, & rurſus publicus ſubdiuiditur, & quid ſit cenſus rei.*

4 *Cenſus capitis, quid, de quo loquitur iſ titulus.*

5 In

5 *In quibus ciuibus procedat titulus iſte, & num. 6.*
6 *Huius tituli ſummaria intentio.*
7 *Rubri declaratio.*
8 *Diſcrimen inter hunc titulum, & illum, C. de annonis & capitatione, remiſsiuè.*

1 CApitatio in iure noſtro plura ſignificat, vt docet Briſsionius, lib. 3. de verbor. ſignifi. fo. 49. verbo capitatio, & verbo, illud videndũ. Verùm in pręſenti titul. tributũ capitis ſignificat, vt volluit idem Briſsionius, vel cenſum capitis, vt volluit Cuia. in l. vna infra eodẽ:
2 quod idem eſt, ad cuius cognitionem præiacenda ſunt, quæ ſcribimus in titu. ff. de cenſibus, vbi diximus, quod hoc nomen, cenſus, in varias fertur ſignificationes, vt etiam traddit Feliciatus de cenſibus in prooemio, ex num. 3. cum ſequentib. Diximus etiam, quod cenſus eſt duplex. Priuatus, & pu-
3 blicus: & rurſus quod publicus ſubdiuiditur in cenſum rei, & cenſum capitis: cenſus rei eſt tributũ reale, ſeu patrimoniale, quod Imperatori, ſeu populo Romano olim pręſtabatur, imponebaturquè ſuper rebus, & patrimonio cuiuſque ſecundum eius æſtimationem, l. forma, l. 5. ff. de cenſibus quod vulgò poſſumus hodie appellare. *El pecho, o ſeruicio real que ſe paga à ſu Mageſtad en eſtos Reynos*. Et de hoc non eſt
4 huius tituli tractatus. Cenſus capitis eſt tributum perſonale, quod ex ſolo capite, & perſona præſtatur, l. ætatem l. fin. ff. de cenſi. nam pro capite viri integer aureus pro capite fœminæ dimidius aureus præſtabatur: qua de re fuſiuè diſſerit Petrus Grego. de Symtagma. iuris, lib. 3. c. 5. nu. 10. cum ſeqq.

Et qui hunc cenſum exoluebant, capite cenſi appellabantur apud Romanos, ex eo quod propter exiguitatem ſui patrimonij cenſum rei ſeu patrimoniale ferre non poterant, ideòque non bona eorum, (quia non habebant,) ſed capita, & perſonæ cenſebãtur: idcircò etiam capitatio dicitur, ſupra diximus. *El qual podremos oy cõparar a la martiniega, ò moneda forera.* Et de hoc cẽſu, & tributo perſonali eſt iſtius tituli tractatꝰ, ſecũdũ Briſſon. & Cuia. vbi ſupra, quidquid reneant Platea, & alij antiquiores in dict. l. vna infra eodem, putantes hunc titulum procedere in capitatione, ideſt, tributo reali, quæ iudicibus ſalarij nomine dabatur, iux. titulũ, C. de annonis, & capitatione adminiſtrantium. Ecce igitur habemus quid ſit

capitatio,& quid cenſus: de qui-
5 bus in rubro fit mentio. Nunc re
liquum eſt videamus,qui ſint ci-
ues, de quibus etiã hic tractatur,
qua de re, diſſeruimus in tit.ff.ad
municipal.& in tit.ſup.de muni-
cipibus & originarijs li.10.Sed in
hoc titul.ciues appellãtur omnes
qui in ciuitate municipes ſunt &
in ciues aſſumpti,quamuis aliun-
de originem ducant ſiue ex ea-
dem ciuitate originarij ſint,vt ibi
diximus. An autem de ciuibus tã
tum vtriuſque Romæ,an verò de
ciuibus aliarum ciuitatum loqua
tur is titulus,dubitari poteſt, &
Acurſ.in d.l.vnica infra eod.vtrã-
que opinionem retulit,&frequen
tior eſt ſcribentium opinio,vt pro
cedat in ciuibus cuiuſque ciuita-
tis,cuius ſententiæ fuerunt Azo.
Bart.Plat.Rebuffus,& alij ibidem
Cuiacius:verò ſentit procedere tã
tum in ciuibus ciuitatum prouin
ciarum Lyciç,& Pamhpiliæ,quæ
ſunt in Aſia , quod probari vi-
detur ex inſcriptione præfatæl.
vnicæ,quæ ad Præſidem harum
prouinciarum in titulo,ſed nihilo
minus verior eſt Azo. Bart. & ſe-
quacium opinio . Rubrica enim
6 generalis eſt , & generaliter in ſe
ſcripta, cui opinioni ſuffragantur
quæ diximus in titulo. 55. infra,
hoc libr. 11.Qua retenta ſenſus
dictæ.l.vnicæ eſt,quod omnes ci-
ues cuiuſuis ciuitatis immunes
ſint, & exempti a tributo cenſus
capitis,ſicut in partibus Orientali
bus obſeruatur: & hæc eſt huius
tituli ſummaria intentio: ſecun-
7 dum quàm, & quæ antea expoſi-
ta ſunt,non erit difficile hoc mo-
do rubrum noſtrum conſtruere,
& explanare, titulus 48. in quo
tractatur de capitatione,&c.ideſt,
de eximendis ciuibus cuiuſque ci
uitatis à tributo perſonali, quod
cenſus capitis appellatur.De quo
8 etiam loquitur titulus 51. & titu-
lus 54.infra hoc libr.11.in quo au
tem diſtet is titulus ab illo, C. de
annonis & capitation. ibi. Deo
duce dicemus.

Titulus XLIX.

In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Colonorũ multiplex gen⁹,*
2 *De quibus colonis loquatur hic titulus.*
3 *Cui huiuſmodi coloni , cenſiti appellentur.*
4 *Huius tituli ſumma, & intentio.*
5 *Accuſare, verbum, quid ſignificet*

niſi et in hoc titulo.
6 *Rubri expoſitio.*
7 *Qua actio vltro,citroque inter dominos, & colonos litigantes detur,remiſsiuè.*
8 *An hodie ceſſet is titulus.*

1 PRæiacēda ſunt, quæ ſcripta reliquimus in tit. ſupr. de agricolis, & cēſitis hoc libr. 11. vbi diximus, agricolatum,ſeu colonorū multiplex eſſe genus, videlicèt, adſcriptitios cēſitos perpetuos,cōditionales,originarios,inquilinos ac ſimplices colonos, de quibus ſingulis exponendis latè ibi diſſe-
2 ruim'. Inſuper aduertimusquod licèt is titulus videatur dumtaxat loqui de colonis cenſitis, vt videtur rubrum indicare. Verè tamen dicendum eſt,quod etiamlo quitur, & intelligitur de colonis adſcriptitijs,perpetuis, conditionalibus, inquilinis,& originarijs, atque cenſitis:nam omnes cenſitorum colonorū appellatione ſignificantur,& continentur in hoc titulo, & probat generalitas tex. in l. 1. & 2. infra eod. de quibus etiam loquitur titulus 50. 51. 52. infra hoc lib. 11. Ideò autē omnes
3 iſti coloni, vel agricolæ: appellātur cenſiti in hoc tit. etenim quadā quaſi ſeruitutetenētur agros alienes perpetuò colore, & quidquam penſionis, & cenſus nomine annuatim dominis agrorum ſoluere, vt fuſiue explicitum nobis eſt in d. tit. ſupra de agrico-
4 lis. Quo loci etiam obiter diſputamus, an ſint homines liberi, vel ſerui, & quia de hoc dubitari poterat: idcircò conditus fuit titulus iſte, in quo oſtenditur, an huiuſmodi coloni & agricolæ dominos quorum agriculturæ ſunt adſtricti accuſare poſsint nec ne, vel in cauſis ciuilibus ad iudicium vocare. In quo articulò definit, quod poſſunt dominos accuſare de violentia eis illata in exigendo ab eis maiorem cenſum, vel penſionem quam conſueuerunt in præterito exigere, quo caſu domini condemnandi ſunt in hoc, ne in futurum maiorem cenſum exigant, & exactū reſtituant, d. l. 1. Item vt quāuis huiuſmodi coloni ſint liberi & non ſerui, tamen reſpectu dominorū, quibus cenſum preſtant, quodammodo ſeruitute quadam videntur adſtricti: ideoque peculia ſua & prædia, inuitis dominis inter viuos alienare non poſunt, nec dominos in cauſis ciuilibus ad iudicium vocare, niſi ratione ſuperexactionis, in cauſis tamen criminalibus, etiam publicis, ad eorū accuſationem admittūtur ſiſuam, vel ſuorum proſequantur iniuriam dicta. lex. 2. Et iſta eſt totius huius tituli ſummaria

concluſiom,ens, & intentio, ex qua infertur. Primò, quod ver-
5 bum, accuſare, poſitum in rubrica, non ſolum ad cauſas criminales, ſed etiam ad ciuiles, referri debet, quamuis aliàs propriè loquendo, cauſas criminales, dumtaxat reſpiciat, vt diximus in titulo, ff. de accuſation. & alibi ſæpè.
6 Secundò, colligitur talis ad præſens rubrum expoſitio, titul. 49. qui oſtendit, & definit in quibus cauſis, &c. Id eſt, in quibus cauſis coloni, & agricolæ perpetuò adſtricti, & obligati agros alienos colere, ac cenſum, vel penſionem pro ijs ſoluere poſſint dominos, agrorum accuſare, hoc eſt, criminaliter, vel ciuiliter in iudicium vocare, & cum eis litigare. Quæ
7 autem actio vltro, citroque inter eos detur, oſtendimus remiſſiuè in dict. tit. ſupra de agricolis, & cenſitis. Porrò de ſimplicibus colonis non loquitur is titulus, ſed titulus, ff. locati, & C. de locato, & extra eodem. Et hodie ceſſabit huius tituli diſpoſitio iure Regio, ſiquidem eiuſmodi coloni
16 non ſunt approbati: iure autem Canonico approbati cenſentur, vt diximus in dict. titulo ſupr. de agricolis, & cenſitis.

Titulus L.

De colonis Paleſtinis.

SVMMARIVM.

1 *QVI ſint coloni, remiſſiuè.*

2 *Continuatio, & qui ſint coloni Paleſtini, Tracenſes, & Illyricani, explicatur.*

3 *Huius tituli ſumma, & intentio traditur.*

4 *Rubrum explicatur.*

1 PRO huius tituli, & duorum ſequentium introductione, & intelligentia, quam primum legenda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo ſupra de agricolis, & cenſitis, & in titul. proximo ſuperiori, hoc lib. 11. vbi, qui ſint coloni, de quibus hi tituli agunt, ad vnguem explicuimus. Et dicuntur coloni exemplo colonorum reipublicæ, qui ad nouas Colonias habitandas, agroſque colendos mittebãtur, cũ pẽſionis præſtatione, vt docet Petrus Gregor. de ſyntagm. iur. lib. 18. c. 23. nu. 5. Quid autem ſit colonia, oſtendimus in titulo, ff. de cenſibus, nu. 10. vbi diximus, prouincias Paleſtinæ, Illyrici, & Thraciæ, de quorum colonis loquitur is titulus, & duo inferiores

res eſſe colonias Romanorum, & ſic coloni, id eſt, habitantes, & colentes colonias, hoc eſt nouas terras, & loca ob inopiam priorum habitantium, vt cum aliqua ciuitas, vel Regio per Romanos vincentes ab hoſtibus capiebantur.

2 Quibus præiactis dicendum eſt, quod poſtquam in præfato tit. ſupra de agricolis, & cenſitis, & in dict. titul. 1. ſuperiori de omnibus colonis generaliter actum eſt: nunc in iſto titulo, & in duobus proximis inferioribus ſpecialiter tractatur de eiſdem omnibus colonis (exceptis ſimplicibus) qui ſunt in certis prouincijs Imperij, nempè de colonis Paleſtinis, quæ ſunt in prouincia Paleſtinæ, & eſt in Aſia, de quibus eſt titulus iſte, & de colonis Thracenſibus, qui ſunt in prouincia Thraciæ, quæ eſt in Græcia, de quibus eſt titulus 51. infra hoc lib. 11. & de colonis Illyricanis, qui ſunt in prouincia, quæ dicitur Illyris, vulgò, *Eſclabonia en Grecia*, de quibus eſt titulus

3 52. infra hoc lib. 11. Et circa Paleſtinos illud hoc titulo docemur, quod omnes coloni Paleſtini, qui alterius agriculturæ alligati, & adſtricti ſunt, nequeunt a fundo, vel agro, quem perpetuò colendum ſuſceperint, recedere, ſed ibi tenentur ſemper ſtare, quemadmodum aliarum prouinciarum coloni, quod ſi receſſerint, datur dominis eorum plena poteſtas eos in ſuos agros reuocandi, in l. vnica, infra eodem: cuius hæc eſt breuis, & ſummaria concluſio, & huius

4 tituli intentio. Ex qua, & ſuperioribus datur hæc ad eius rubrum interpretatio, titulus 50. qui agit de colonis Paleſtinis, id eſt, de colonis, ſeu agricolis perpetuæ alterius agriculturæ obligatis, qui ſunt in prouincia Paleſtinæ, definitque non poſſe eos ab huiuſmodi agricultura perpetua diſcedere.

Titulus LI.

De colonis Thracenſibus.

SVMMARIVM.

1 *COLONI Thraceſes, qui ſint, remiſsiuè.*
2 *Huius tituli concluſio, & ſumma.*
3 *Rubri enucleatio.*
4 *Cenſui capitis, quid ſit, remiſsiuè.*

1 QVI ſint coloni Thracenſes, in titulo primo ſuperiori expoſitum nobis eſt: & de ijs illud hoc titu

2 lo definitur: quod Thracenſes coloni

loni à tributo capitis ſunt exempti, non tamen à cenſu, vel penſione, quam præſtare tenētur dominis prædiorum, vel agrorum, quorum culturæ perpetuæ ſunt adſtricti, à quibus agris recedere nequeant, quòd ſi receſſerint, & culturam deſeruerint, & aliqui eos occultauerint, teneantur eos reſtituere ſimul cum ſuo peculio, & agnatione ſua, plectanturque in duabus libris auri, l. vna, infra eodem. Et iſta eſt iſtius tituli ſumma, & concluſio, quæ clariſſimam reddit rubricam noſtrā, quam ſic debemus enucleare, ti-
3 tulus 51. In quo tractatur de colonis Thraceſibus, id eſt, de colonis perpetuò obligatis alterius agriculturæ, qui ſunt in prouincia Thraciæ, nempè definitur, eos ab huiuſmodi agricultura recedere non poſſe, & illos receptantes pu-
4 niri. Quid autem ſit cenſus capitis, de quo fit mentio, in d. l. vnica, infra cod. oſtendimus in tit. 48. ſupra hoc tit. ...

Titulus LII.
De colonis Illyricanis.

SVMMARIVM.

1 *Coloni Illyricani, qui ſint, remiſſiue.*
2 *Tituli ſumma.*
3 *Rubrica expoſitio.*

1 Qvi ſint coloni Illyricani, in tit. 50. ſupr. hoc lib. 11. nobis explicatū eſt, de quibus in hoc titulo ſtatui-
2 tur. Ne huiuſmodi coloni à terra, cuius culturæ ſunt alligati, & adſtricti ſeparentur, alioquin à dominis terræ in eam reuocātur, & in vinculis cuſtodiuntur, eoſque, qui receperint, licèt incognitos
3 puniuntur, l. vnica, inf. eod. Et iſta eſt breuis eius ſumma, ſecūdum quā, & quæ diximus in d. tit. 50. ſic rubri tenorem debemus exponere, tit. 52. in quo agitur de colonis Illyricanis, hoc eſt, de colonis perpetuò alicuius agriculturæ obligatis, qui ſunt in prouincia Illyricana, quæ vulgò, dicitur Eſclabonia, quæ ſita eſt in Grecia, videlicet iubetur ab iſta agricultura ſeparādos nō eſſe, ac eorū occultatores, & receptatores puniri.

Titulus LIII.
Vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticanos, vel vicos eorum.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticani, qui ſint, & numera.*
2 *Vicanei.*

2 Vicanei, vicani, & vicarij, qui appellentur, & quid vicus ſit, explicatur.

3 Diſcrimen inter ruſticanos, ex vna parte, & agricolas colonos cenſitos ex alia.

4 Intentum, & ſumma huius tituli refertur.

5 Ruſticani cur, ſuſcepti appellentur.

6 Rubri tenor conſtruitur, & explanatur.

7 L. Regia huc pertinens allegatur, nec non vtilis theorica in hac materia citatur.

1 RVſticani, appellantur, qui frequentius in rure, in villis, vicis, vel pagijs habitant: ſuntque in ſolidum domini prædiorum ſuorum, & extra muros ciuitatis morantur, l. 1. infra tit. 1. vbi Azo in principio, & Lucas de Penna, inquit, quod ruſticani, etiam dicuntur illi, qui ruralia, & terreſtria opera faciunt, etiam ſi in vrbe degant, l. ſeruis Vrbanis in princip. & §. 1. & 2. ff. de legat. 3. l. ſi præ-
2 dium, C. de prædijs minorū. Appellantur etiam vicanei, vel vicani, vel vicarij, à vico, vt in titulo infra, vt nullus ex vicaneis, &c. hoc lib. 11. vbi explicamus. Vicus enim in hoc tractatu, idem eſt, quod villa, pagus, vel caſtrū, l. 2. §. fin. ff. de vacation. & excuſa muner. l. 30. ff. ad municipal. l. 198. ff. de verbor. ſignifica. vulgò, *Arrabal, aldea, granja, o caſeria del campo*: indeque ruſticani ibi habitantes, vulgò, nuncupantur, *Los aldeanos, ruſticos, labradores, y villanos que reſiden en las aldeas, o arrabales, granjas, o caſerias del campo*: hi ſunt, quibus conceſſum eſt priuilegium, vt in rure poſsint condere teſtamentum coram quinque teſtibus ſine ſcriptura, l. fin. C. de teſtament. vt ait Platea in
3 dict. l. i. infr. tit. 1. Et ab iſtis differunt coloni, vel agricolæ, cenſiti, adſcriptitij, ac cæteri, de quibus ſunt titulus 47. 49. 50. 51. & 52. ſupra hoc lib. 10. in hoc, quod illi cenſiti, & cæteri ſimiles ſunt adſtricti, & obligati perpetuæ agriculturæ prædij alieni, & quodammodò, quaſi ſerui reputantur, vt fuſius diximus in dict. titulis modò citatis: ruſticani verò ſunt omninò liberi, nec obligati huiuſmodi agriculturæ perpetuæ, vt explicat Ioannes de Platea, in dict. l. i. infra, titul. 1. numer. 2. & Petrus Gregorius de ſyntagmata iuris, libro 18.
4 capit. 23. numer. 12. Et de his loquitur titulus ille, nec non titulus noſter, ad cuius intelligentiam, & intentum percipiendum animaduertimus, quod in iure habentur, quidā potentiores

& priuilegiati, qui quidem à tributorum publicorum præſtatione immunes ſunt, vt nobiles iuris Italici, vulgò, *Hidalgos*, qui à cenſus ſolutione eximuntur, vt diximus in titulo.ff. de cenſibus. Hi ſolent aliquando ſub fauore, & patrocinio ſuo, ruſticanos, ac vicos, villas, pagos, ac rura corũ, ſuſcipere facientes contractus fictos, & ſimulatos; vt à tributorũ publicorum ſolutione, eoſdẽ ruſticanos liberare, & eximere valeãt, cui morbo ſuccurrit is titulus, qui huiuſmodi contractus irritos facit, tabelliones, qui eos cõfecerint, punit, vicos, vel agros ſuſceptos confiſcat, & potentiores ipſos, proxenetas, ac interceſſores horum contractuũ, cohercet in l. 1. infr. eod. & iſta eſt huius tituli ſumma, & hoc intẽtum: in quod eſt conſtitutio Græca à Cuiacio relata, quæ ex prętermiſsis eſt repetenda, inuenitur etiam in meo Codice alia lex, quæ à nullo legitur, & eſt Iuſtiniani, & incipit: Si
5 cuiuslibet. Sanè huiuſmodi ruſticani ſuſcepti etiam appellãtur, & clientes, quia ſub patrocinio, & protectione potentiorum ſuſcipiuntur fraudandorum tributorum publicorum cauſa, vt au-
6 ctor eſt Pennenſis hìc. His ita explicitis facillimum erit ſeriem, & tenorem præſentis rubri, ita cõponere, conſtruere, & explanare, titulus 53. quo iubetur, vt nemo ad ſuum patrocinium, &c. Id eſt, vt nemo potẽs, & priuilegiatus ad ſuum patrociniũ, hoc eſt ſub ſua protectione ſuſcipiat ruſticanos in rure, villis, pagijs, & vicis habitantes, nec eorũ vicos, agros, & villas, vel pagos, fraudandorũ tributorum publicorũ cauſa. Et cõgruit huic tractationi, l. 59. tit. 5. part. 5. vbi Gregorius in glo. 1.
7 Et qualiter probetur fraus nõ ſoluendi tributa docet Maſcard. 2. tom. de probat. verb. gabella, cõcluſ. 834. nu. 1. & ſequent.

Titulus LIIII.

Ne ruſticani ad vllũ obſequium deuocentur.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticani, qui ſint, remiſſiuè.*

2 *Obſequium, quid ſit, remiſſiuè.*

3 *Obſequium in quo ſignificatu accipiatur in hoc titulo.*

4 *Huius tituli continuatio, intentio, & epilogus.*

5 *Rubrica conſtructio, & interpretatio.*

6 *Regia pragmatica, quæ huc pertinet, & alia theorica citatur.*

QVI

1 QVI ſint ruſtica-
ni in titulo pri-
mo ſupperiori
ad vnguẽ nobis
2 dictum eſt. Quid
ſit obſequium ex-
plicat Prate. in lexicō iuris, verb.
obſequium,& verbo,obſequia,&
nos explicuimus in titulo, ff. de
obſequijs à liberis, & libertis, &
in titulo,C. de obſequijs patrono
3 præſt. Cęterum in hoc titulo ob-
ſequium,idem eſt,quod onus,aut
munus publicū extraordinariū,
cuius apertiſsima exempla poſita
ſunt in l. 1.& 2.infr.eod.vt ſtatim
4 videmus. Igitur poſtea, quam in
titulis 47.49. 50. 51. & 52. ſupra
hoc lib. 11. ſtatutū fuit, ne colo-
ni,ſeu agricolæ cenſiti, vel ſimi-
les recederent à prædijs,& agris,
quorum operi, & culturæ perpe-
tuò ſunt adſtricti, nūc titulus iſte
cōſtituit,ne ruſticani(qui diuerſi
ſunt à colonis cenſitis, & ſimili-
bus) auocentur, aut ſepararētur
ab operis ruralibus,prætextu ali-
cuius obſequij,id eſt,oneris, mu-
neris,vel ſeruitij publici extraor-
dinarij eis impoſiti, ſed quod tan
tum cenſum, ac tributa annona-
ria, quibus aliàs adſtringuntur,
ſoluere teneantur, nec ad huiuſ-
modi obſequia, & extraordina-
ria ſeruitia cogantur, & contra-
rium facientes puniantur,v.g. nō
poſſunt eorum muli, & equi ca-
pi,aut conduci ad deferendas res
fiſcales, l. 1. Rurſus cogendi non
ſunt ſeruos ſuos, vel boues iudi-
cibus,aut eorū officialibus,alijsvè
potentioribus tradere, vt eis in
5 vtilitatem ſuam vtantur,l. 2. Et is
eſt totius tituli epilogus: ex quo,
& paulò antea dictis adaptari po-
teſt talis ad præſens rubrum con-
ſtructio, & interpretatio, titulus
54. quo ſtatuitur, atque iubetur,
ne ruſticani,&c. Id eſt ne ruſtica-
ni,qui in rure,vicis, aut villis co-
lendorum agrorum cauſa, com-
morantur, ad vllum obſequium,
hoc eſt onus, aut munus, ſeu ex-
traordinariū ſeruitiū publicū,de-
uocentur,id eſt, ſeparentur, & a-
uertantur ab opere,& cultura ru
rali, prætextu alicuius obſequij,
& oneris extraordinarij eis iniun
6 cti. Ad hanc tractationem perti-
net noua Regia pragmatica de
Madrid lata anno 1594. in fauo-
rem agricultorum, cuius memi-
nit Bobadilla in polytica lib. 3. c.
3.numer. 61. omninò legendus à
dict.nu. 61. ad 64. incluſiuè: agit
enim de agriculturæ priuilegijs,
& de oneribus agricolarum. Ad
quod plures auctores nuncupa-
tim citat, diſſeritque de iſtius ti-
tuli intellectu, & materia,
quamuis obiter, &
ſuccinctè.

Titulus

Titulus LV.
Non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua, ad extraneum transferre.

SVMMARIVM.

1 *Metrocomia, quid ſit, ſecundum antiquiores interpretes, & num. 2.*
2 *Homines metrohici, qui dicãtur.*
3 *Metrocomia, quid ſit, ſecundũ nouiores.*
4 *Iſtius tituli cõcluſio, & intentio.*
5 *Rubri conſtructio, & expoſitio.*

1 VT cognoſcamus, quid ſit Metrocomia, ſciendum eſt, quod Imperatores Romani, cum aliquã prouintiam, vel terram hoſtilem capiebant, & ſuo imperio ſubijciebant, extrahebant inde homines armigeros, & fortes, ac potentiores illius prouinciæ, vel terræ, ablatiſque ſibi omnibus facultatibus, eos in alium locum tranſ-
2 ferebant, vt ibi habitarent, qui locus menſurabatur, & ſic menſuratus eis aſsignabatur, & tales homines ſic tranſlati appellabãtur, metrohici, & terra eis aſsignata, Metrocomia, à Metros, dictione Græca, quod eſt menſura, & Comes, quod eſt, villa, quaſi villa, ſeu terra menſurata, ipſis hominibus aliunde extractis aſsignata, & de iſta Metrocomia, eiuſque habitatoribus loqui titulum iſtum, oppinantur Azo, Acurſius, Ioannes de Platea, & alij antiquiores hic. Idem Acurſius, quem antiquiores ſequuntur, in l. certa forma, ſupra de iure fiſci, lib. 10. & in l. fin. ſupra de exactor. tributor. lib. 10. & in l. vnica, C. de Latina libert. toll. & citati à Piſcatore in dict. l. certa forma, num. 1. qui quidem in hoc ſenſu hunc titulum intelligunt.
3 Nouiores tamen aliter interpretãtur: aiunt enim, quod ciues, qui in ciuitatibus morabantur, non tenebantur capitationem, id eſt, tributum capitis ſoluere, vt probat titulus ſupra, de capitatione ciuium, cenſ. exim. hoc lib. 11. & ibi explicuimus, quid ſit cenſus, ſeu tributum capitis. Ruſticani verò, qui ruri, & extra ciuitatem in villis, vicijs, & pagijs habitabant, vulgò, *Labradores aldeanos*, ab huiuſmodi tributi exolutione non eximebantur, vt indicat manifeſtè textus in l. 1. ſupra titulo primo. Erant tamen quidam vici, vel pagi, qui quamuis ciuitatum numero non continerentur, villis erant nobilio-

nobiliores: & propterea, qui in his habitabant à tributo capitis liberi, & exempti erant, quemadmodum ſi ciues eſſent; & huiuſmodi pagi maiores, Metrocomiæ, appellantur, qui parum infra vrbis dignitatem ſunt. Metrocomia, enim Græcè, idē eſt, quod Latinè, pagus maior cæteris villis, vel caput villarum, pagorum, ſeu vicorum, ita interpretatur Alciatus hîc, quem ſequitur Piſcator vbi ſupr. vulgò, *Aldea mayor, o cabeça de las demas aldeas, y granjas, y caſerias, como es en tierra de Seuilla, Aracena, y Frexe-*
4 *nal.* Et hæc interpretatio plus mihi placet, quia retenta dicendum eſt, quod hic titulus prohibet habitatores Metrocomiæ, qui vicarij, dicuntur ſua loca, id eſt, fundos ſuos, vel agros, vt villas alienare in extraneos, qui non ſunt eiuſdem Metrocomiæ, ſeu pagi habitatores, irritoſque facit omnes cōtractus in contrarium factos, & tantummodò pretium extraneo contrahenti reſtitui iubet, l. vnica, infr. eod. cuius hæc eſt ſummaria intentio, atque cōcluſio, cuius prohibitionis ea eſt veriſsima ratio: nam ſi in his pagis maioribus exteri admitterentur fraus poſſet fieri fiſco in tributo capitis, vt te-
5 ſtatur Alciatus hîc. Ex cuius interpretatione deduci poteſt hæc conſtructio, & expoſitio ad præſentis rubricæ tenorem, titul. 55 ...

quo cauetur, & iubetur non licere habitatoribus Metrocomiæ, id eſt pagi, vel villæ maioris, loca ſua, hoc eſt, prædia, fundos, vel agros, aut villas, quæ ibi poſsidet, ad extraneos, qui non ſunt eiuſdem Metrocomiæ habitatores, 2
transferre, quouis alienationis titulo. Poteſt autem induci, dict. l. vnica, infra eod. ad quæſtionem, an priuilegijs exemptionis conceſsis alicui oppido gaudeant exteri habentes ibi bona, de quibus priuilegijs eſt, l. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. tit. 18. lib. 9. nouæ Recop. Et ſimilem quæſtionem mouet Gregor. in l. 1. tit. 18. p. 2. gloſ. 6.

Titulus LVI.

Vt nullus ex vicaneis pro aliorum vicaneorum debitis teneatur.

SVMMARIVM.

1 *TRiplex huius inſcriptionis lectura.*
2 *Vicus, quid ſit.*
3 *Vicanei, vicani, ſeu vicarij, qui ſint.*
4 Villanos, porque ſe llaman los que no ſon hidalgos, *remiſsiuè.*

5 *Vica-*

5 *Vicarius,quid ſignificet in alijs iuris locis, remiſsiuè.*
6 *Verior intellectus huius tituli, & eius,l.vnica.*
7 *Rubri conſtructio, & declaratio.*

1 TRiplici modo
legitur rubrica
noſtra. Primò,
vt nullus ex vi-
caneis,pro alio-
rum vicaneorũ
debitis teneatur. Secundò, vt nul
lus ex vicarijs, pro aliorum vica-
riorum,&c. Tertiò, vt nullus ex
vicanis,pro aliorum vicanorum,
&c. Omneſque iſtæ inſcriptio-
nes,& lecturæ veræ ſunt:nam vi-
caneus,vicanus,& vicarius, idem
ſignificant, & à vico deriuantur.
2 Eſt autem vicus,villa, Caſtrum,
vel pagus, quæ extra ciuitatem
ſunt,vt diximus in titulo, vt ne-
mo ad ſuum patrocinium, ſupra
hoc lib.11.vulgò, *Arrabales,grã*
3 *jas,aldeas,caſerias del campo.* In-
deque vicanei,vicani, ſeu vicarij,
appellantur ruſtici,& villani,qui
rus habitant,& in vicis,villis, vel
pagijs commorantur, atque ope-
ri rurali operam dant;quos, vul-
gò,vocamus, *Ruſticos labradores,*
aldeanos,y villanos, que de ordi-
nario reſiden en el campo,en gran-
jas, caſerias, o aldeas fuera de la
ciudad,villa,o lugar, vt etiã expli
cuimus in dict.tit.vt nemo ad ſuũ
patrocinium,&c. Et in hoc à ciui
bus ſeparantur, quòd ciues ſem-
per in ciuitatibus degũt, nec ope
ri rurali intendunt, vt diximus in
titulo de capitatione ciuium cen-
ſibus eximen.ſupr.hoc lib.11.ſed
vicanei,vicani,ſeu vicarij in villis,
pagijs, rure, vel caſtris habitant,
qui quidem, ideò ſic appellãtur,
quia ex eodem vico ſunt, & ibi
commorantur,l.4.ff.de cẽſibus,
& docent omnes hic: vocanturq;
ruſticani, de quibus etiam agit
dictus titulus, vt nemo ad ſuum
patrocinium,&c.Et titulus ne ru
ſticani ad vllum obſequium, ſu-
4 pra hoc lib.11. Et qua de cauſa.
Se llaman villanos los que no ſon
hidalgos, explicat Otalora de no-
bilitat.5.part.principali, cap.pe-
5 nultimo,num.8. Vicarius igitur
in hoc titulo capitur in præfato
ſignificatu, ſed in alijs, pleriſque
iuris locis,alias, diuerſaſque pati-
tur ſignificationes,de quibus faſi
ſumus in titulo, C. de officio vi-
carij,& extra eod. & in titulo,C.
de officio eius,qui vicem alicuius
iudicis, vel præſ. obt. & tradunt
Briſonius, & Prateius ille,lib.19.
de verbor.ſignific.fol.616. Hic in
lexicon iuris,fol.196. Rurſus, &
vicariorum appellatione continẽ
tur hi,qui in Metrocomijs,id eſt,
in maioribus villis, pagijs, & vi-
cijs degunt,l.vnica,ſupr.tit.1.&
6 ibi diximus. His ita poſitis, &
prænotatis, quadruplicem intel-
lectum patitur titulus iſte, eiuſq;

vnica

vnica conſtitutio, vt docet Ioánes de Platea hic. Sed verior, & ſanior eſt intellectus hic; quod ſi vnus ex iſtis ruſticis in vico, vel villa habitantibus, teneatur ex cōtractu, vel delicto, alter eiuſdē pagi, vel vici, pro eo conueniri nequeat: nam legibus eſſet graue, & æquitati naturali contrarium, d.l. vni-
7 ca, infr. eod. Ex quo intellectu, & his, quæ ſuperius dicta ſunt, deducitur talis ad præſens rubrū conſtructio, & declaratio, titulus 56. quo cauetur, & pręcipitur, vt nullus ex vicaneis, &c. Id eſt, vt nullus homo ruſticus, qui ſit ex aliquo vico, villa, vel pago, pro debitis ciuilibus, aut criminalibus alterius hominis eiuſdem vici, vel pagi, teneatur. Reliquæ autē expoſitiones, quas congerit Platea hic, indubitabiles ſunt, & à fortiori procedunt.

Titulus LVII.

De cenſibus, & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus.

SVMMARIVM.

1 R*ubri diuiſio.*

2 *Cenſus, quid ſit, & quotuplex, remiſsiuè.*

3 *Cenſitores, qui ſint, quidque perſonarum, & bonorum profeſſio, & diſcriptio.*

4 *Peræquatores, qui, & qui diſcuſſores.*

5 *Differentia inter cenſitores, & peræquatores.*

6 *Inſpectores, qui ſint, in quoquè à peræquatoribus diſtent, oſtenditur.*

7 *Huius tituli epilogus, & ſumma, traditur.*

8 *Rubri expoſitio.*

9 *Diſcrimina inter hunc titulum, & titulum, C. de diſcuſſor. ſupra lib. 10.*

10 *Leges Regia huc pertinentes, generaliter citantur.*

1 QVatuor videntur eſſe huius tituli partes. Prima ibi, de cenſibus. Secūda ibi, & cenſitoribus. Altera ibi,
2 & perequatoribus. Vltima ibi, & inſpectoribus. Pro explicatione primæ legenda ſunt, quæ ſcribimus in titulo, ff. de cenſibus à nu. 1. ad 8. incluſiue, vbi quid ſit cenſus, & quod alius eſt publicus, alius priuatus. Rurſus, quod publicus alius eſt cenſus rei, alius capitis explicuimus, diximuſque de vtroque cēſu rei, & capitis iſtum titulum loqui. Quod etiam nobis expoſitum eſt in titulo ſupra de capita-

capitatione ciuium cenſ.eximen.
hoc libr. 11. nec non in titulo de
annonis,& tributis ſupra lib. 10.
& præter alios docent Dionyſius
Halicarnaſius lib.4. & Titus Li-
uius li. 17.& 39. Et quibus manet
explicita prior pars noſtrę Rubri
cæ. Pro ſecundę intelligentia etiã
3 videnda ſunt quæ ſcripta reliqui-
mus in præfato titul. ff.de cenſi-
bus,vbi qui ſint cenſores ſeu cen-
ſitores oſtendimus. Sed vt clarius
præcipiatur,intellige,quod ad cẽ
ſum æquè imponendum & diſtri
buendum fiebat perſonarum , &
bonorum deſcriptio,l. 2. §. poſt
deinde,ff.de origine iur. l. omne
territorium , infra eodem per-
ſonarum : cum ciues ſinguli,&
municipes in ſua tribu, claſſe,
centuria,nomina ſua vxorum,li-
berorum,libertorum,ſeruorum-
què ſuorum,item cuiuſque ætatẽ
& quam vrbis regionem habita-
rent,profitebantur : bonorum ve
rò cum idem patres familias præ
dia ſua,tam vrbana,quàm ruſtica
ſeruorum,pecudumque numerũ
fundorum inſtrumenta ſupelecti
lem pecuniæ, denique quantita-
tem deſcribebant ad hoc , vt pro
vniuſcuiuſq; incolæ facultatibus
tributũ cenſus imponeretur,quę
deſcriptio, vulgò *ſe llama padrõ,*
ô encabeçamiento, ô taſſacion de
las haziendas para repartir el pe-
cho, vt fuſius diximus in locis ſu-
pra citatis, & qui hanc perſonarũ
& bonorum deſcriptionem iura
tur fieri præcipiunt cẽſitores, ſeu
cẽſores appellantur , vt auctor eſt
Gelius li. 4.c. 20.quiquidẽ etiam
cẽſibus colligendis præſunt,iudi
cant, & diſponunt ſuper his ad-
ęquandis,atque cenſus recipiunt,
& vendunt prædia cenſui obliga
ta ob cenſum non ſolutum,l. for-
ma.§.illam, l.cũ poſſeſſor. §.pro
pecunia.ff.de cenſ.l. 111.ff.de ver-
borum ſignificatio. vbi gloſ. &
tradduñt Acur.& Lucas de Pena
hîc & Lucius Feneſtela de magi-
ſtra.cap.17.Petr.Greg. de Syntag-
gm. iur.lib.47.c.16.per totũ ſpe-
ciatim num.28.cum ſeq. ad quo-
rum munus & officium pertinet
punire prouinciales ſi fraudem ſe
cerint in cenſus adæquatione , &
ſolutione l. 2. 3. 4. infra eodem.
Eſto ſerã como ſi oy ſe dieſſe comiſ
ſion a algunos para que fueſſen jue
zes del pecho Real , o alcauala , ô
otro tributo, para hazer taſſar las
haziendas de los vezinos que lo de
uen,para que a cada vno ſe repar
ta conforme a ſu hazienda por ſus
padrones, y que ſe cobre dellos. Lo
qual todo junto oy no haze vna
perſona ni dos, ſino q̃ vnos taſſan
y otros reparten, y otros cobrãn y en
eſto ay diuerſas coſtũbres,en diuer
ſos pueblos, y en diferentes regio-
nes. Et ſic manet explanata ſecun
da pars rubricæ. Ad tertiæ expli-
cationem dicendum,quod peræ-
quatores ſunt,qui homines & ter
rittoria

toria peræquant,ideſt, valde adæquant bona æſtimando, taxando,& emendando,vt releuentur prædia, quibus onus cenſus grauius eſt impoſitum, & grauentur ea quæ leuius cenſita ſunt,vt ęqua & iuſta fiat cenſus impoſitio,& ſolutio,& ſic ſunt ęſtimatores,& appreciatores,ita colligitur ex gloſſa. Cuiacio, & alijs hic,quidquid vellit Alciatus in l. cum antea ſupra de agricol. & cenſitis. Differunt autem peræquatores à cenſi

5 toribus,vel cēſoribus in hoc quod peræquatores iuſſu cenſitorum ſuum munus exequuntur,d.l.forma.§.illam ęquitatem,ff.eod.iuncta gloſ.ibi, verbo, cenſitor,qui etiam diſcuſſores appellantur,l.6. infra hoc titul.& in titul.ſupra de diſcuſ.li.10. vbi diximus:& de his eſt hęc tertia rubri pars. Quoad

6 explicationem quartæ,& vltimæ partis intellige, quod inſpectores ſunt qui per cenſitores mittebātur ad inſpiciēda prouincialium prædia,an ſcilicèt,rectè & iuſte eſſent adæquata,æſtimata,& taxata a peræquatoribus,l.6.C.de aduocat.diuerſ.iudiciorum, & docent Acur.Ioan. de Plat. & alij interprętes hic:idemque penè munus, & officium eſt peræquatoris,diſcuſſoris, & inſpectoris, vt notat. Cuia,hic ſed illo inſpector à peræquatore diſtat, quod peræquator prius æſtimat & adæquat prædia, & bona: poſterius verò accedit inſpector ad videndum,& inſpiciendum, an ſint iuſtè adæquata, & ęſtimata, & ſi iniuſtè poſsit talem adæquationem emendare, vti ex præfatis auctoritatibus ſatis maniſeſtè probatur. *Eſtos oy ſe pueden llamar veedores de la taſſa de las haziendas,y repartimientos del pecho, o alcauala encabeçada, ò otro tributo Real,para deſſagrauiar à los que en eſto lo eſtuuieren.* Iuxta,

7 l.qui grauatos infra eodē. Ecce ergo habes omnes rubri partes explicitas& expeditas: pro quarū maiori explicatione, & totius tituli introductione,animaduertitur,q̄ in gibus iſtius tituli nulla fit ſpecialis mentio cenſitorum, nec inſpectorum,ſed tantum cenſuum, & peræquatorum in l. 1.3.4 penult. & vltra infra codem,& ſic videtur rubrum generalius nigro,ſed nihilominus tacite de cenſitoribus agitur in l.1.2.3.4.& 5. quatenus ea iura præcipiunt adæquationē prædiorum ſine fraude fieri, quā præcepto,& iuſſu cenſitorum fieri ſupra oſtēdimus.Rurſus ex quo mentio peræquatorum fit in d. l. 3.& vltima,& diſcuſſorum,in d.l. 6. Inſpectorum quoque facta videtur cum peræquatoris, inſpectoris,& diſcuſſoris idem ferè officium ſit, vt ſupra oſtēdimus. His ita expoſitis,& prænotatis,is titulus ſequentia docet, & conſtituit. Primo,quod ſi per dolum tabularij ſubtrahatur æſtimatio,& adęquatio

æquatio prædiorum potentium, & augeatur taxatio facultatũ pauperum, non obſtante tali concluſione ſoluetur cenſus, ſecundum veram, rectamque vniuſcuiuſq; ſubſtantię ęſtimationem, d. l. 1. Itẽ ſi quis, vt a cenſus ſolutione releuetur callidè ſupputet vites, & ramos arborum ferentes fructus, non eſt releuandus, ſed puniendus, l. 2. Rurſus ſi miſſo peræquatore ad prędia cenſualia eorum dominus fugauit, inde colonos adſcriptitios, vt minori pretio adæquator ea æſtimaret, non reuocatur grauamen adæquatoris, ob fraudem iſtam adhibitam, l. 3. Prætereà, quod grauati à peræquatoribus in æſtimatione facta poſſunt intra annum conquæri de tali grauamine, quo elapſo non audiuntur, vlterius exceptis minoribus, & abſentib' reipublicę cauſa, quib' nullũ tẽpus currit donec habuerint experiundi facultatem, dict. l. qui grauatos: definit & alia conſulto
8 omiſſa. Et hic eſt qualis qualis huius tituli epilogus, & ſumma, ex qua, & ſuperioribus poteſt talis adaptari ad eius rubrum expoſitio, titulus. 57. qui agit de cenſibus, &c. De cenſibus, ideſt, de tributis publicis, quæ imperatori pro prædijs poſſeſsis, vel pro capitibus perſonarum præſtantur: & cenſitoribus: hoc eſt quibuſdam magiſtratibus, qui cenſibus colligendis præſunt, atque iudicant, & diſponunt ſuper his adæquandis: & peræquatoribus, ideſt, æſtimatorib', & appreciatoribus prædiorum, & bonorum, quibus cenſus imponitur, & inſpectoribus: hoc eſt illis, qui a cẽſitoribus mittebãtur ad inſpicienda prædia, an iuſte necne eſſent a peræquatoribus æſtimata, & adæquata, nempè oſtendit qualiter prædia, & bona, quibus cenſus impoſiti ſunt ęque iuſte debeant per cẽſitores, per ęquatores, & inſpectores taxari, & æſtimari, ſine vlla fraude, dolo, &
9 negligentia. Sanè quatenus hic titulus de diſcuſſoribus tractat, differt à dict. titul. de diſcuſſoribus, lib. 10. in hoc quod vbi decidũtur aliquot caſus, qui in hoc non ſunt deciſi. Rurſus ille dũtaxat de diſcuſſoribus agit: at iſte nõ ſolũ de diſcuſſoribus, ſed & de cẽſibus, cẽſitoribus, & inſpectoribus diſſerit. Hũc pertinet titulus 14. lib. 6. nouæ recopil. ſpeciatim, l. 4. illius tituli, l. 25. ti. 6. lib. 3. eiuſdem compil. & omninò videndi ſunt Bobadilla, & aliquos, ipſe citat in Politica, lib. 2. c. 2. n. 34. & lib. 5. c. 5. n. 35. & 36. Qui differunt. *De como ſe han de hazer oy eſtos repartimiẽtos de los pechos, y tributos, y con que juſtificacion.* Quod ad pręſentis tituli materiã pertinet, vide etiam quæ ſcribimus in titulo primo ſequen.

Titulus

Titulus LVIII.

De omni agro deſerto, & quando ſteriles fertilibus impo nuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præludium, & quid ſit cenſus rei.*
2 *Agri ſeu fundi tributarij, qui ſint.*
3 *Ager, quid ſit.*
4 *Quid ager deſertus.*
5 *Differentia inter agrum deſertum, & derelictum.*
6 *Ager ſterilis quid ſit, quoque à deſerto differat.*
7 *Ager fertilis, qualis.*
8 *Finis quo is titulus tendit.*
9 *Tituli huius ſumma, & intētio.*
10 *Rubrica conſtructio, & interpretatio.*

1 PRæiacenda ſunt quæ ſcripſimus in tit. 1. ſuperiori, in quo oſtendimus, quod prouinciles homines, Imperio Romano ſubiecti pendebant Imperatori tributũ, ꝙ vocatur cenſus: diximuſq; duplicẽ illũ cenſum eſſe, nẽpè, cenſum rei, & cenſum capitis & omiſſo: nunc eẽ ſu capitis, cenſus rei erat triburũ reale, ſeu patrimoniale, quod imponebatur ſuper agris, fundis, prẹdijs, & patrimonio cuiuſq;, ſecũdũ iuſtã æſtimationẽ, & valorem cõmunẽ prædiorũ, ac rerũ ipſius patrimonij, l. forma, l. 5. ff. de cẽſib⁹: & dicitur tributũ patrimoniale ſeu reale, quia ex fructib⁹ prẹdiorũ, & rerũ ſoluebatur, veluti 50. pars hordei, vel frumenti, quadrageſima pars, vini, vigeſima lardi, l. modios, C. de ſuſcepton. & Arcarijs, li. 10. & diximus in tit. ſupr. de annonis, & tribur, quod vulgo. *Llamamos el pecho Real, q̃ ſe paga â ſu Mageſtad, y los diezmos tã bien.* Quatenus ex fructibus ſolui
2 tur. Agri autẽ, vel fundi ſeu prædia, quib⁹ imponebatur huiuſmodi cẽſus rei, appellãtur tributarij, vel tributaria. Et vt ſuper his iuſta fieret huius cẽſus cõtributio, & inpoſitio, erãt quippè đputati quidã officiales, qui adẹquabãt, taxabãt & ẹſtimabãt ea prẹdia, & fũdos, qui quidẽ cẽſitores, peræquatores, diſcuſſores, & inſpectores vocãtur, đ quib⁹ eſt, d. ti. primus ſuperior, & ibi ſingulorũ munus, & officiũ ex
3 plicuim⁹. Deinde ſciẽdũ eſt, quod ager eſt locus ruri ſine ædificio. l. 211. ff. de verb. ſign. & traddit Pet. Gre. de Syn. iur. li. 18. c. 23. n. 3. Sed in hui⁹ tituli tractu ager idẽ eſt ꝙ prẹdiũ, vel fundus, l. 3. 4. l. 6. cũ alijs inf. eo. & etiã poſſeſsiones vocantur, l. interdum, ff. de verb. ſignifi. l. 1. l. 2. cum alijs infra eodem, & loca, l. 5. l. locorũ, inf. eod. Indeque ager deſertus appellatur, qui à nullo ſeritur, & a nemine colitur,

T &ſic.

& ſic deſeritur,&relinquitur à do-
mino, & poſſeſſore, vt interpreta-
tur Iſidorus.lib.14.Ethym.c.pe-
nult. Luc.de Pena,hic dicitur etiã
ager non cultus, vel incultus, l. 5.
infrà eod.à contrario ſenſu ibi, &
culta poſſideant,&c. & deſtitutus
cultore,l.qui agros, inf.eo. & etiã
deſpectus,l.12.inf.eo. Eſt autẽ diſ-
5 crimen maximũ inter agrum,ſeu
fundũ deſertũ, & derelictũ: nam
qui agrum dereliquit, non recu-
perat illũ ex pœnitentia,l.1.ff.pro
derelicto: at qui deſerit poterit, ſi
vellit,intra tempus recuperare,d.
l.qui agros,vbi Batt.num.1.hanc
differentiã traddit,quã probat hic
Cuia. & omnes ſequuntur.Sanè
6 ager, ſeu fundus ſterilis dicitur,
qui ſine fructu eſt, & ex deſertio-
ne ſterilis fit, ex quo enim deſeri-
tur ſterilis, & abſq; fructu reddi-
tur vt exponit Penenſis hic:diffe-
runt tamen deſertus,& ſterilis in
hoc quod omnis deſertus eſt ſteri
lis,ex deſertione namq;ſterilis in-
cultus atque infructuoſus fit, vt
modo diximus,ſed non omnis ſte
rilis eſt deſertus ſiquidẽ,deſert' di
citur qui à nullo poſſidetur,ſed
deſeritur,&nõ ſeritur,at ſterilis ta
metſi ſterilis ſit poſſideri poteſt,
&adiungi fertilib':idcircò nõ ſine
myſterio in priori parte pręſentis
rubri de agro deſerto,& in poſte-
riori de ſterili tãtũ,& nõ de deſer-
7 to mentio facta eſt. Ager autẽ,ſeu
fundus fertilis dicitur,qui ſterilis
8 nõ eſt, nec deſertus. Quibus ita
pręiactis intellige, quod ſæpè con
tingebat, vt aliquot agri, vel fundi
ſuper quibus cẽſus rei impoſitus
erat, deſerti atq; ſteriles inculti, &
infructiferi redebãtur, ideò hic ti-
tulus oſtendit quãdo huiuſmodi
agri alijs fertilib', & fructiferis im
ponãtur, ideſt, adiungãtur adhoc,
vt ſuper omnibus, tũ fertilibus, tũ
etiã deſertis, & ſterilibus poſſit fie
ri iuſta, & ęqua cẽſus rei impoſitio
taxatio, & cõtributio per pręfatos
cẽſitores, peræquatores, & inſpe-
ctores, iux.tex.in l. omne territo-
riũ ſup.tit.proximo, & quæ ibi di
9 xim'. Itaq; is titulus agit de his prę
dijs prouincialiũ deſertis, ſterilib'
& fertilibus, quibus cẽſus rei nõ cẽ
ſus capitis imponitur, qua de re ſe
quẽtia docet, & cõſtituit. Primò,
vt quilibet propria auctoritate poſ
ſit occupare agrũ ſterilẽ, & deſer-
tũ, ita vt ei' cẽſum, & tributũ exol
uat, & dominis qui illum deſeruit
poſſit intra bienniũ, nõ vltra recu
perare reſtitutis expẽſis culturæ,
d.l. qui agros: item ſiquis ſuſcipiat 10
fundũ ſterilẽ, & deſertũ ab Impera
tore ſub certi cẽſus ſeu penſionis
præſtatione, & ipſum excultura
meliorẽ reddat, nõ debet pẽſio ſeu
cẽſus augeri, l. pen. Ruſus ſiquis
a peræquatore ſeu cẽſitore prędiũ
deſertũ, & ſterile acceperit duplici
tributo ſuppoſitũ, ſcilicet, naualis
functionis, & cẽſus, nõ tenetur cẽ
ſum exoluere, ſed tantum naualẽ
functionem ſubire, in l. ſiquis. Vn-
de obiter notandum eſt, quod tri-
pliciter

Digitized by Google

pliciter prędia deſerta poſſunt occupari, vel cōcedi ex his trib⁹ legibus. Primò, propria autoritate, d. l. qui agros. Secūdo à Principe concedi, d. l. pen. Tertio à peræquatore aſſignari, d. l. ſiquis, quod notat gloſ. hic, & Ioan. de Plat. in d. l. qui agros in fi. & ſic ea iura pertinere videtur ad primā partē noſtræ rubricæ, ibi de omni agro deſerto. Circa ſecūdā autē partē ibi, & quādo ſteriles, &c. Definit hic titulus, quod prædia deſerta decurionib⁹ loci aſsignari debent cū immunitate triennij, quod ſi minus idonea ſint ad cēſ' onera ſupportāda, diuidēda ſunt, & alijs fundis fertilibus imponi, & adiūngi. Item quòd ſi quis emat prędia tributaria fertilia omittatq; oſterilia, & deſerta, nō ſolū pro fertilibus, ſed etiā pro ſterilibus, tenetur cenſum atq; tributū ſoluere, l. 2. decernit, & alia quę breuitatis gratia omittimus. Differt etiā titulus iſte de fundis patrimonialibus Imperatoris deſertis, & ſterilibus in emphiteuſim conceſsis in d. l. 2. 6. 7. 9. penu. de quibus nobis agendū eſt in tit. de fūdis patri. infr. hoc li. 11. Sat ſit hæc
10 indicaſſe pro iſtius tituli intētione, & ſumma pręcipiēda, ex quibus, & ſuperioribus colligi poteſt hęc ad eius rubrū expoſitio interpretatio, & cōſtructio, titulus. 58. qui agit de omni agro deſerto, & oſtēdit quādo ſteriles agri fertilibus imponuntur, ideſt, de omni agro ſeu fundo deſerto, qui nō ſeritur, nec colitur, cui tributū cēſ impoſitū eſt docens a quo, & cui auctoritate occupari, & apprehēdi poſsit, vt eius cēſus, & tributū ſoluatur, demonſtratq; quādo, & in quibus caſibus ſteriles fundi, & in fructiferi, qui ex deſertione ſteriles fiūt, fertilib⁹ imponātur, ideſt, adiungātur; videlicet, vt omniū: tū ſterilium, tū etiam fertiliū cēſus rei, & tributi, fiat ſolutio, & contributio.

Titulus LIX.

De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis limitaneis, vel caſtellorum.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica ſectio.*
2 *Fundus, quid ſit.*
3 *Quid limina, & limites.*
4 *Limitanei milites, qui dicātur.*
5 *Fūdi limitrophi, qui appellētur.*
6 *Fun. di limitanei qui.*
7 *Caſtellum, quid. & nu. 8.*
8 *Caſtra caſtrorum, & caſtrū caſtri, quid ſignificet.*
9 *Caſtellani, & milites Caſtellani, qui dicantur.*
10 *Huius tituli ſumma, & intētio.*
11 *Huius rubri ſumma, & explanatio.*
12 *Rubrum quādoq; eſt generalius nigro.*

1 PRO planiori expli-
cationes, duas in par-
tes diuidi poteſt ru-
brica noſtra. Prior eſt,
ibi de fundis limitrophis: poſterior
2 cætera verba cõplectitur. Et ad v-
triuſq; intelligentiã, ſciendũ eſt, ꝙ
fundus integrũ aliquid eſt, agrũq;
cũ ędificio, & villa ſignificat, l. 60.
l. 211. ff de verb. ſign. & modicus lo
cus fundus, etiã dici poteſt ſi eum
fundi animo habuerimus, cõſtitu
tione enim & deſtinatione noſtrá
fundus efficitur, d. l. 60. & traddit
Briſ. lib. 6. de verb. ſig. fol. 242. ad
3 verbũ fundus. Itẽ eſt prænotandũ,
ꝙ limites, à liminibus dicti ſunt,
quemadmodũ etenim limina in-
troitus, exituſq; locis præſtant, ſi-
militer introitus, exituſq; agrorũ
limites appellãtur, vt ait Siculus
Flac. in lib. de cõdi. agrorũ: limina
autẽ vulgo interpretamus. *Los lũ-
brales de las puertas*, & limites, *las
lindes, y rayas q̃ diuiden los termi-
nos, cãpos, tierras, prouincias, y Rey-
nos*. Indeq; limites Romani Impe
rij fines appellantur, qui à barba-
ris prouincijs ipſum ſeparant, &
diuidunt, l. 5. de annon. & tribut.
ſub li. 10. vnde Illyricanum, Ægi
ptiacũ, reticũ limitẽ legimus, l. 1.
C. quibus muneribus, aut præſta.
l. 13. de aduoc. diu. iu. l. 13. de excu.
mun. ſup. li. 10. inde etiã limitanei
4 milites vocãtur, qui in limitibus,
ſeu finibus Imperij excubabãt eo-
rũq; defenſioni operã dabant, in-
curſus vicinorũ hoſtiũ arcebãt, &
in prȩſidio cõſtitutierãt, l. vl. C. de
officio prȩfecti prȩt. Africȩ, l. fi. C.
de offi. mil. iu. & traddit Lãpridi⁹.
in Ale. & Suidas Grȩcè pleniſsimè
exponit, vulgò. *Los ſoldados de
guarnicio q̃ eſtã en los preſidios de*
5 *alguna frõtera de enemigos*. His ita
cognitis intellige, ꝙ fundi limitro
phi appellãtur, qui ſiti ſunt in li-
mitibus, ſeu finibus Imperij Ro-
mani, & militib⁹ limitaneis ad eo-
rũ ſubſtẽtationẽ aſſignãtur, vt do
cẽt Acu. Pla. & in antiquiores alij
hic, & Bri. verbo, milites: quorũ ta
mẽ ſentẽtia diſplicet Alc. & Cuia.
hic qui aiunt limitrophos fundos
appellari, quorũ domini, & poſſeſ
ſores frumẽta ex his prouenietia,
& annonã, ad limitaneorũ militũ
alimoniã deferre tenebãtur, cũ in-
finibus Imperij eſſent, l. nulli, l. 8.
inf. de fundis patrim. hoc li. 11. non
tamẽ aſsignabãtur ipſis militibus,
vt ab eis poſsiderẽtur, & eorũ ope
ra colerẽtur, vt volebat Acu. qui
inter fundos limitrophos, & fun-
dos limitaneos nullã differẽtiã cõ
ſtituit, cũ lõga, lataq; ſit, vt ſtatim
videbimus, & hãc Alciati, & Cui.
opinionẽ ſequimur, ſecundũ quã
accipiẽda eſt hæc 1. pars rubricæ
quã quidẽ legit Cui. de fũdis meto
trophis, alij metrophis, ſed crebri⁹
placuit, limitrophis, legendã eſſe.
6 Pro ſecũdę partis intellectu expo
nẽda erãt ei⁹ ſingula verba, ſed quia
illę particulę, & terris, & paludib⁹,
& paſcuis, planæ ſunt. Reliquas
exponamus: limitanei fundi appe
llantur

Digitized by Google

lantur, qui cum ſint in finibus Imperij, ad milites limitaneos pertinent, ipſiſq; aſsignantur, vt eos colant, pacificè poſſideant, ex his fructus præcipiant, & alantur, nec ex illis tributa aliqua ſoluere teneantur, l. fin. infra eod. vnde apparet differentia inter fundos limitrophos, & limitaneos, quòd illos milites non poſsident, ſed alij ſunt poſſeſſores, qui ex eorũ fructibus milites limitaneos tenentur alere; ſed iſtorum milites limitanei, ſunt poſſeſſores, atq; cultores, eorumq; fructuum perceptores, vt auctores ſunt Alciatus, & Cuia. hic qui Lampridium in Alex. hac de re agentem referunt: quo fit, vt illa particula, limitaneis, non ſolũ ad illam particulã, fundis, quæ eſt in prima parte rubricæ, ſed & ad reliquas particulas huius ſecundę partis, ſit referẽda, nẽpè, ad terras, paludes, paſcua, & Caſtella: vt inferius dicemus: quid autẽ ſint terrę, paſcua, & paludes exploratũ eſt, vt ſupra diximus. Nunc reliquũ
7 eſt, quid ſit caſtellũ explicemus, caſtellum iure quandoq; aquæ receptaculum ſignificat, l. 1. §. ait prætor. ff. de aqua quot. & æſti. & traddit Briſ. verbo, caſtellũ, in quo ſignificatu nõ accipitur in hoc ti. ſed in alio: pro quo precipiẽdo ſcire debemus, quod in iure inuenitur
8 hęc vox, caſtra caſtrorũ, in nu. plurali, & tunc ſignificant loca in quibus milites tẽtoria fingunt, l. 3 §. emanſor. ff. de re milita. vulgò. *El Real, y tiẽdas del exercito de la guerra*. Reperitur etiã caſtrum caſtri, in num. ſingulari, & tũc eſt locus muris vallat⁹, & munitus, vulgò. *Lugar, o villa cercada de muralla*. Vt exponit Caleopinus, de quatuor Linguis, verbo, caſtrum; cuius diminutiuũ dicitur, Caſtellũ, quaſi paruũ caſtrũ, & paruus vicus muris circũdatus: vulgò. *Caſtillo, o fortaleza*. Secũdum Caleopinũ, verbo, caſtellũ: indeq; Caſtel
9 lani appellãtur quihuiuſmodi Caſtellis præſunt, vt ea cuſtodiãt, & ab hoſtibus defendãt, l. 2. inf. eo. & traddit Prat. in leg. iuris, verbo, à Caſtello, Pet. Gre. de Synta. iuris li. 6. c. 3 n. 13. cũ ſeq. & c. 11. n. 10. cũ ſeq. vulgò, *Caſtellanos, ò Alcaydes, q̃ eſtã pueſtos para guardar los Caſtillos, y fortalezas*: & Caſtellani milites qui in ipſis Caſtellis cuſtodiẽ diſaſsiſtũt, & d̃ Caſtellis iſtis loquitur titul⁹ iſte: aſsignabãtur etenim militibus limitaneis fundi, & agri ſimul cũ terris, paludibus, & paſcuis caſtellorũ, quę ſita erãt in finibus, & limitibus Imperij, & eorũ cuſtodię traddita, d. l. 2. inf. eod. & in hoc ſenſu accipi debet hæc rubricę particula, vel caſtellorũ, quę referẽda eſt ad terras, fundos, paludes, & paſcua, quemadmodum d̃ particula, limitaneis, ſupra dixim⁹ quaſi dixerit, de fundis, & terris, & paludib⁹, & paſcuis caſtellorũ, quę 11
ſunt in limitibus Imperij, quãuis Alciatus hic vellit, hãc particulã legendam eſſe, vel Caſtellis, non

 caſtello-

Digitized by Google

caſtellorum, ſed præfata inter-
pretatione retenta nihil intereſt
inter vtramque lectionem, de ca-
ſtellijs autem eſt hodie integer ti-
tulus.18.p.2.& titulus 5. lib.6.no
uæ recopill. & ex his manet expli
cita tota hæc poſterior, & ſecun-
da rubri pars:& quia duę ſunt prę
10 ſentis rubricæ partes,ita duo ſunt
quæ hoc titul. definiuntur,quàm
primum cõfirmat Imperator Ti-
beriani, præfecti prætorio diſpoſi
tionem,per quam deputauit cer-
tos fundos, ex quorum fructibus
milites fines ac limites Imperij cu
ſtodientes,à poſſeſſoribus aleren-
tur,dict.l.1.& ne agri, & fundi li-
mitanei,vllo titulo in priuatos ho
mines tranſeant, nec vlla tempo-
ris pręſcriptione adquirantur,ſed
a limitaneis militibus firmiter poſ
ſideantur, cum terris, paludibus,
& paſcuis, & omni iure ſine vllo
tributi onere, d.l.fin.quæ lex de li
mitaneis fundis,terris, paludibus,
& paſcuis loquitur,& d. l.1. de li-
mitrophis, vtraque tamen primæ
parti rubricę correſpõdet.Rurſus
& ſecundo definitur, vt ſoli mili-
tes Caſtellani poſſideant caſtella,
fundos,terras,paſcua, & paludes,
quæ Caſtellijs ipſis ſunt deputata,
non priuati, nec milites alij, alio-
quim pęna capitali, & bonorũ pu
11 blicatione puniẽtur,d.l.2.Quę ſe-
cũdã rubricę partẽ reſpicit,& hęc
eſt totius tituli diſpoſitio, & ſum-
ma,ex qua & his quę ſuperius ex-
poſita ſunt talis ad eius rubrũ ad-
aptatur cõſtructio, & explanatio,
tit.59.in quo tractatur de fundis li
mitrophis&c.Limitrophis(in quã
hoc eſt de fundis ſitis in finibus,ac
limitibus Romani Imperij,quorũ
poſſeſſores frumẽta ex his precep
ta ad alimoniã militum eoſdẽ li-
mites cuſtodientiũ deferre tenen
tur, & terris,& paludibus,& paſ-
cuis limitaneis, ideſt,quæ ſunt in
eiſdẽ limitibus Imperij ipſis mili-
tibus aſſignatis, vt ab eis poſſideã
tur, collãtur, & ex eorũ fructibus
alantur,vel caſtellorũ,quaſi dixe-
rit de fundis,terris,paludibꝰ,& paſ
cuis caſtellorũ:militibus Caſtella-
nis pro eorũ alimonia deputatis,
videlicèt,vt hęc omnia in alios pri
uatos nõ milites transferri neque-
12 ant vllo tit.vel pręſcriptione. Ad-
uertũt tamen, quod de paſcuis,&
paludibus nihil in hoc tit.expreſ-
ſim memoratur,ſed in tit. primò
ſequẽti:vnde ſæpè cõtingit, quod
rubrum ſit generalius nigro, &
quod ex rubro generali fiant poſ-
tea ſpeciales tituli:argum.tex.in l.
ſi ſeruus ſeruum.ff.ad l. Aquil. vt
in tit.ff.de in integrum reſtitu. cũ
ſequentibus,& in titulo ſupra de
iure fiſci lib.10.cum ſeq. vti rectè
aduertit Platea hic, & perti-
nent ad hunc titulum leges
Regiæ,quas citat Xi-
menez hic.

(.?.)

Titulus

Titulus LX.

De paſcuis publicis, & priuatis.

SVMMARIVM.

1 *PAſcua, quid ſint, èxponitur.*

2 *Quæ publica, & quæ priuata ſint, declaratur.*

3 *Præſentis tituli ſummaria intentio colligitur, & numero, quarto.*

4 *Saltus, qui ſint, remiſsiuè.*

5 *Rubrum explanatur.*

6 *Vtiles remiſsiones auctorum, & legum regiarum, hunc pertinentes allegantur.*

1 PASCVVM paſcui, inuenitur in numero ſingulari, a quo paſcua paſcuorum in plura liderinantur, & ſunt loca in quibus pecudes, & animalia paſcuntur, ſiuè ager ſit, ſiuè pratum, ſiuè mons, aut colis, aut valis, vel ſaltus, l. nulla infra, titul. 1. l. 3. §. ſaltus, ff. de acqui. poſſeſ. l. 1. 2. 3. infr. hoc titulo, vulgò. *Paſtos, prados, y deheſſas:* vt docet Caleopinus, de 4. Linguis, ad verbum, paſcuum.
2 Et ſunt in duplici differentia: quędam publica, alia priuata: publica appellantur, quæ vel ad propriū, priuatumque patrimonium Imperatoris, vel ad Imperiū, vel fiſcum pertinent: priuata quę ad priuatos homines expectant, vt planè colligitur ex Azo. hic, & Acur. in d. l. 1. & 2. infra eodem, & in his ſignificationibus in hoc titulo accipiuntur, licet enim aliàs paſcua publica dicantur, quæ vſui communi incolarum alicuius oppidi, vel ciuitatis deputata ſint; vti explicuimus in titulo de vendend. rebus ciuita. ſupra hoc libr. 11. Et colligitur ex traditis à Couarru. in pract. qq. c. 37. Tamen in hoc titulo paſcua publica, ſolum appellantur ea quæ, vel ad ipſum Imperatorē tāquā Imperatorem pertinent (quia eius Imperij ſunt,) vel tāquā priuatū hominē, non vt Imperatorē, iuxta ea quæ de duplici Imperatoris patrimonio reſoluimus in tit. ff de offi. proc. Cæſaris, & in ti. 1. ſeq. poſſunt nihilominus huius tituli leges, etiā induci ad paſcua cōmunia cuiuſuis oppidi, vel ciuitatis: de his igitur paſcuis publicis, & priuatis loquitur titu-
3 lus iſte, quo quidē hęc ſequētia cōtinētur. Primò, quod ſiquis cōduxerit certa pēſione, paſcua, ſaltus publici, vel patrimonij ipſius Imperatoris appoſito pacto, q. vbi paſcātur animalia Principis, vel militū, nō poterit poſtea peſsio augeri prętextu nouę cōditionis, ſcilicet, ne eadē animalia depaſcātur, ibi, nec id à decurionib' fieri debet, d. l. 1

 (quid

(quid autem ſint ſaltus in dict. titul. 1. ſequenti ad vnguem explicamus) de inde quod prata publica, ſeu priuata, nõ debent ab equis militum deuaſtari ſub certa pœna: prouinciales tamen tenentur eis alia paſcua conuenientia aſſignare. l. 2. & 3. & hæc eſt totius tituli ſummaria intentio: ſecundum
5 quam, & quæ antea dicta ſunt, ita præſens rubrum explanabis, titulus 60. in quo tractatur de paſcuis publicis, hoc eſt, Imperatoris quę ipſi, vt Imperatori, vel etiam vt priuato competunt, & priuatis, ideſt, ad homines priuatos ſigillatim pertinentibus: oſtenditur enim qualiter ſint depaſcenda, vel nõ, & quomodo eorum locatio pro antiqua mercede conſtituta
6 ta procedat. Et de materia paſcuorum, & iure paſcendi, vidẽdi ſunt Couarruu. vbi ſupr. dict. capit. 37. Cœpola, de ſeruitut. ruſtic. titul. de ſeruitute iuris paſcendi. Bobadilla, in Polit. lib. 4. capit. 1. num. 27. Petrus Gregor. de Syntagm. libr. 4. cap. 15. Et facit titulus. 7. libr. 7. nouæ regiæ compila.

(.?.)

Titulus LXI.

De fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphiteuticis, & eorum conductoribus.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Duplex Principis patrimoniũ, remiſſiuè.*
3 *Fundi patrimoniales, qui dicantur.*
4 *Fundi ſaltueſſes qui ſint, quidque ſaltus appellentur.*
5 *Fundi emphiteutici qui.*
6 *Conductores qui.*
7 *Huius tituli intentio, & ſumma, & nu. 8.*
9 *Rubri conſtructio, & expoſitio.*

1 PRO iſtius tituli introductione, nonnulla fundamenta præiacenda ſunt, quàm primum quid ſit patrimonium: à patrimonio namque fundi patrimoniales denominãtur: qua de re faſi ſumus in titul. de muneribus patrimon. ſupra libro.

bro.10.num.4.vbi legendum eſt.
2 Deinde, & ſecundo,quod Princeps,Rex, vel Imperator duplex habet patrimonium. Alterũ quod poſſidet tanquam Rex,Princeps, vel Imperator,quia tale patrimonium eſt ipſius Imperij, vel Regni,aut Principatus,non ipſius Imperatoris,quod fiſcale dicitur. Alterum eſt priuatum; quod aliquo titulo ſpeciali,non vt Rex,vel Imperator, ſed tanquã priuatus poſſidet, & adquiſiuit ante Imperiũ, vel Regnum adeptum,vel etiam poſt, vt latius diximus in titulo de iure fiſci,ſupra libr. 10. numer. 4.& 5. & alibi ſæpè, & tràddit Couarruu. in regul. poſſeſſor. 2. p.relection.§.2.ex numer. 7.cum ſequentibus, Petrus Gregor. de Syntagm. iuris lib. 31.cap. 31.numer.3 Et hæc eſt verior,clariorq; diſtinctio bimembris patrimonij Principis, quam alia tràddita à Gregor.in l.10.tit. fin.p. 6.gloſſ.2.
3 & in l.1.titul. 17.p.2. gloſſ. 4.Qui in tria membra ipſum diuidere intẽdit.Quibus ita præiactis,quia huius tituli inſcriptio, diuerſas particulas continere videtur, de ſingulis exponendis àgẽdum eſt. Et primo intellige,quod fundi patrimoniales,de quibus fatur is titulus, ſunt omnes ad vtrumque Imperatoris patrimonium pertinentes, nempè ad fiſcale,& ad priuatum,vt conſtat ex l. 1. l. 2. cum alijs infra eo. & docent hic Curt. Plat.Reb. & Cuia. àduerſus alios putantes: de priuatis fundis Imperatoris tantum iſtum titulũ agere. Saltuẽſſes fundi appellãtur fundi inculti, & ſyluestres,in quibus animalia depaſcuntur, & qui aliũ
4 fructum præter paſcuum non ferunt,vt exponut Platea, & Cuia. hic.De nominanturq; ſaltuenſſes à ſaltu:ſaltus autem veteres Græci appellabant paſcua,loca,& paſtionibus accommodata l.penult. §.1.ff.ſi ſeruitus vindi. l. 8.ff.de fundo inſtructo, & traddit Varo. lib.4.de Lingua Latina: noſtri autem interpretes nemora inculta dicunt, vt Ælius Gallus apud feſtum lib.17.& Briſſon. verbo, ſaltus,cum ſequentibus,Petrus Gregor.de Syntagm. iuris lib. 4.cap. 15.num.3:& ſaltus dicitur, quia in incultis campis arbores in altum ſaliunt,vt interpretatur Lucas de Pena in l. 1. titul. 1. ſuper : & de huiuſmodi fundis ſaltuenſibus; qui etiam ſunt in vtroque Imperatoris patrimonio fiſcali,& priuato, accipienda eſt illa rubricæ particula,& ſaltuenſibus, l.penult.&
5 vlt.inf. eod.Fundi emphiteutici, in hoc titulo dicuntur,qui advtrũ Imperatoris patrimonium pertinent, & in emphiteuſim ab Imperatore alijs conceduntur, vel per Imperatorem ab alijs in emphiteuſim accepiuntur, ſiue ſaltuenſſes ſint, ſiue non,l. fundi infra eodem(quid autem ſit emphi teuſis,

teuſis, in titul. ff. ſi ager vectiga. & in tit. C. de iure emphiteu. nobis dictum eſt,) & de his intelligēda eſt illa rubri particula, & emphi-
6 teuticis. Conductores, qui ſint ex plicuimus, in tit. ff. locati, & C. eo. Cęterùm in huius tituli tractatione accipiuntur pro emphiteutis, qui fundos vtriuſque patrimonij Principis in emphiteuſim accepe runt, ſiuè ſaltuenſſes ſint, ſiuè nō, & de ijs loquitur illa rubricæ noſtrę particula, & eorum conductoribus: itaq; hic titulus agit de fundis patrimonialibus, ideſt, qui
7 ſunt in vtroque Imperatoris patrimonio fiſcali, vel priuato, ſaltuēſibus, vel non ſaltuenſibus in emphiteuſim ab Imperatore conceſſis, vel per Imperatorem ab alijs in emphiteuſim acceptis, & de eorum conductoribus, & emphiteutis: & circa hæc omnia conſtituit.
8 Primò, quod qui fundum fiſcalē in emphiteuſim perpetuam accepit, poteſt alteri ipſum donare, etiā non requiſito fiſco, ſalua tamen pēſione, l. 1. infr. eo. Item ſi penſio fundi patrimonialis Imperatoris debito tēpore ſoluta non ſit à minore, qui talem fundum in emphiteuſim habebat, non debet hoc ad minoris damnum redundare, ſed eius tutoris, vel curatoris, l. 2. Rurſus, quod emphiteuta Principis ob ſterelitatem remiſsionem penſionis petere nequit, & reſcriptū ſuper hoc impetratum, nullius eſt momenti, & fundus emphiteuticus, non poteſt per ipſum Principem emphiteutæ auferri, licèt alius meliorem conditionē, maioremque penſionem offerat, nec valet reſcriptum in contrarium indultum, l. 3. Præterea, quod fundis ſaltuenſes, & limitrophi patrimoniales, qui ſunt in oriente alienari, vel in emphiteuſim dari non poſſunt, etiam ſalua penſione, & contrà facientes puniuntur, l. penultima. Tandem in l. fi. agit de præſcriptione fundi patrimonialis Principis, & templorum, & pēſionis eius, vel cannonis. Conſtituit & alia, quæ breuitatis cauſa omittimus: ſufficiant hęc prohui⁹
9 tituli ſumma: ex qua & ſuperioribus hæc dari poteſt ad eius rubrū expoſitio, titulus 61. in quo tractatur de fundis patrimonialibus, &c. ideſt, qui ſunt in vtroq; patrimonio Imperatoris, fiſcali, vel priuato, ſaltuenſib⁹, hoc eſt, incultis, & qui alium fructum præter paſcuum non ferunt, & non ſaltuenſibus, ideſt, fructiferis, & cultis emphiteuticis, ideſt, ab Imperatore alijs in emphiteuſim cōceſsis, vel acceptis, vel etiam non emphiteuticis: & conductoribus eorū, ideſt, emphiteutis eorum fundorum. Oſtēditurque, qualiter procedat emphiteuſis illorum, & quando tēpore compleatur præſcriptio. Et legendus eſt Alciatus in dict. l. fin. & in l. omnes fundi, infra eodē

&

& Couarru. vbi ſupra ex dict. nu. 7. ad materiam præſcriptionum rerum Imperatoris, vel Regis. Videnda ſunt etiam quæ ſcribimus in titulis. *62. 63. 64. 65. 66. 67.* infra hoc lib. 11. quæ hunc pertinere videntur.

Titulus LXII.

De mancipijs, & colonis patrimonialium, ſaltuenſium, & emphiteuticorum fundorum.

SVMMARIVM.

1 *Fundi patrimoniales, ſaltuenſes, & emphiteutici qui ſint, remiſsiue.*
2 *Mancipia quid ſint, declaratur.*
3 *Coloni qui ſint, explicatur.*
4 *De quibus colonis loquatur is titulus, oſtenditur.*
5 *Eius ſumma, & intentio traditur.*
6 *Rubri conſtructio, & interpretatio demonſtratur.*
7 *An coloni adſcriptitij iure Regio, & cannonico ſint approbati, & an ſerui, vel liberi ſint, remiſsiue.*

1 De duobus videtur agere titulus iſte in rubro & nigro. Primò de mācipijs fundorū patrimonialium, ſaltuenſium, & emphiteuticorum. Secundò de colonis eorundem fundorum, qui autem ſint fundi patrimoniales, ſaltuenſes, & emphiteutici, expoſitum
2 nobis eſt in titul. 1. ſuperiori. Mācipia verò, ſunt ſerui, qui agriculturę huiuſmodi fundorum deputati ac præpoſiti ſunt, l. 2. infra eodem: & vnde mancipium appellētur diximus in titulo. C. ſi manci-
3 pium ita venierit, ne proſtitu. Coloni autem ſunt in duplici differētia: alij enim dicuntur coloni ſimplices: alij verò adſcriptitij, vel cēſiti, vt fuſius nobis explanatum eſt in titulo de agricolis, & cenſitis, ſupra hoc libr. 11. quo loci diximus: ſimplices colonos eſſe, qui prædia ruſtica colenda ad tempus ſuſcipiunt ſub annua mercede in pecunia conſiſtente, & adſcriptitios, vel cenſitos, qui perpetuæ agriculturæ prædiorum adſcripti, adſtricti, & obligati ſunt. Qui quidem quodammodo quaſi ſerui reputantur. Et an de ſim-
4 plicibus, vel de adſcriptitijs tantum, vel de vtriſque ſimul loquatur

tur is titulus rectè dubitari poteſt, & antiquioribus placuit de vtriſque agere, qui legem .1. & 3. in ſimplicibus colonis procedere intelligunt, & l. vltimam in adſcriptitijs, vt in eiſdem locis opinantur Acurſ. Penenſis, Platea, & alij, Cuiacius verò in dict. l. 1. ſenſit de adſcriptitijs colonis, dumtaxat tractari. Ego antiquorum opinioni adhæreo, exiſtimoque hūc titulum de vtriſque colonis eſſe intelligendum, ſecundum cuiuſque legis contingentiam, & caſum, vt ex eiſdem huius tituli le-
5 gibus ſatis manifeſtum eſt. Quibus ita prænotatis in hoc titulo, hæc definiuntur. Primò, quod ſi Imperator, vel fiſcus locauerit fundos alicuius villæ ſuæ colonis ſimplicibus, ſub certa penſione, vel mercede in pecunia conſiſtente, & poſteà concedat alteri totam illam villā in emphiteuſim, præfati coloni nequeūt occupare, niſi tantum ea prædia dictæ villæ, quæ ipſi ex locatione coluerunt, nec aquas ad rigandum vſurpare poſſunt, nec eis vti, niſi ad vſum neceſſarium in præiudicium emphiteutæ. Aliàs tenentur eiſdem emphiteutis debitam mercedem exoluere, d. l. 1. Item quod coloni ſimplices mancipijs fundorū patrimonialium libertatem præſtare non poſſunt, quod ſi præſtiterint, à procuratore Cæſaris, vel a procuratore fiſci reuocatur, & reſcinditur, l. 2. (quæ lex tantum de mancipijs iſtis loquitur, cæterę autem de colonis.) Rurſus quod emphiteuta, vel emptor fundi patrimonialis Principis tenetur ſtare locationi antea factę, quod ſi colonum expulerit, poſſeſsione fundi priuatur, l. 3. Tandem, quod ſi coloni adſcriptitij fundorum patrimonialium Imperatoris ad militiam aliquam adſpirauerint, reuocandi ſunt ad antiquam agriculturā, & adſcriptitiam conditionē, cui ipſi, eorumuè patres, & aui adſtricti erant, & obligati, & ne milites veterani militia miſi operas ruſticales exerceant, l. fin. & hæc eſt huius tituli breuis ſumma, ex qua & ſupradictis adaptari poteſt, ad eius rubrum huiuſmodi interpretatio, & cōſtructio, titulus 62. qui
6 agit de mancipijs, &c. De mācipijs (inquam,) ideſt, ſeruis, & colonis, ſcilicèt, ſimplicibus, & adſcriptitijs fundorum patrimonialium, qui ſunt de vtroque, vel altero Principis matrimonio in emphiteuſim, vel locationem datorum, ſaltuenſium, ideſt, incultorum, & qui alium fructum præter paſcuū non ferunt, videlicet iubet is titulus, ne iſti coloni fundos vltra quā debeant occupēt ſeruos ipſorum fundorum, ne manumittant, & terram non deſerant: eſt igitur iſta rubrica planè intelligenda detracta copulatiua, & ibi poſita, & emphiteuticorum, quaſi iuris cōpilatores

pilatores,ita inſcripſerint de mãcipijs, & colonis patrimonialium fundorum,ſaltuenſium, vel non ſaltuenſium,qui in emphiteuſim à Principe conceduntur, vel locantur.Porrò de ſaltuenſibus fundis ſpecialis mentio in legibus huius tituli non fit,ſed tacitè facta videtur potiſsimum in præfa.l.fi. An autem coloni adſcriptitij, &
7 cenſiti à iure cannonico,& Regio ſint approbati,& an liberi,vel ſerui ſint,explicitũ nobis eſt in d.titulo de agricolis, & cenſitis, ſupra hoc libr. 11. Et videnda ſunt quæ ſcribimus in titulo primo inferiori, nec non in titulo, infra de agricolis.& mancipijs dominicis, hoc libr.11.

Titulus LXIII.

De fugitiuis colonis patrimonialibus,ſaltuenſibus, & emphiteuticis.

SVMMARIVM.

1 *Coloni qui ſint, & quotuplices,remiſsiuè.*
2 *Fundi patrimoniales, qui ſint,remiſsiuè.*
3 *De quibus colonis loquatur is titulus.*
4 *Eius ſumma, & concluſio.*
5 *Rubricæ expoſitio.*
6 *Legis Regiæ huic pertinentis allegatio.*

1 VT ſingula verba præſentis rubricæ percipere poſſis, lege quæſumus quæ ſcripta reliquimus in titulo de agricolis,& cenſitis, & in titulo primo ſuperiori, vbi diximus, qui ſint coloni, & quod alij ſunt ſimplices,alij adſcriptitij,vel
2 cenſiti: necnon quę ſcripſimus in titulo de fundis patrimonial. ſup. hoc lib.11.vbi qui ſint fundi patrimoniales Imperatoris, & fundi ſaltuenſes,& emphiteutici,ad vnguem explicuimus. Quibus ita
3 cognitis dicendum eſt,quod is titulus loquatur de colonis fugitiuis, qui adſcripti ſunt perpetuæ agriculturæ fundos patrimonialium Imperatoris,vel fiſci, ſiuè tales fundi ſint ſaltuenſes, ſiuè non, ſiuè emphiteutici,ſiuè non.& ſic dumtaxat agit de colonis.adſcriptitijs eorum fundorum, non de ſimplicibus, quod patet, ex l. 1. quæ loquitur de colonis adſcriptitijs originarijs, & ex l.2.& 3.ibi,
4 Fortuna teneat adſcriptos,&c.Quarum legum ſumma, & concluſio hæc

hæc eſt, ſi filius, vel nepos coloni adſcriptitij fundi patrimonialis Imperatoris, vel fiſci tranſtulit ſe ad aliud officium, vel militiam, & ſtipendia pro eo receperit, nihilominus reuocandus eſt ad agriculturã, cui eius pater, vel auus erat adſtrictus, vel obligatus, dict. l. 1. Item ſi quis ſuſceperit, & celauerit colonum patrimonialem adſcriptitium Principis, aut fiſci illũ reſtituere cogitur, & in vna auri libra condemnatur, d. l. 2. Rurſus ſi coloni adſcriptitij patrimoniales Imperatoris auffugerint, & agriculturam deſeruerint, adducẽdi ſunt ad prouinciæ Præſidem, cuius iudicio priſtinæ culturæ agrorum ſunt reſtituendi, dict. l. 3. Ex qua
5 ſumma, & ſuperioribus præmiſſis, hæc dari poteſt ad rubrum præſens expoſitio, titulus 63. qui agit de fugitiuis colonis, &c. id eſt, de fugitiuis colonis adſcriptitijs fundorum patrimonialium Imperatoris, vel Principis, ſaltuenſium, vel non ſaltuenſium, emphiteuticorum, vel non emphiteuticorum, oſtendens qualiter eiuſmodi coloni, ad culturam eorum fundorũ à qua auffugerint, reuocãntur, & celantes eos, & occultãtes puniantur, & facit, l. 28 titu. 14. part. 7.

Titulus LXIIII.

De collatione fundorum patrimonialium, & emphiteuticorum.

SVMMARIVM.

1 *Fundi patrimoniales, qui ſint, remiſſiuè.*
2 *Collatio, quid ſignificet, declaratur.*
3 *Huius tituli ſcopus, & intentum demonſtratur.*
4 *Eius ſumma refertur.*
5 *Epilogus eius traditur.*
6 *Rubricæ tenor explicatur.*
7. *Quò diſtet is titulus ab illo de collatione fundorum fiſcal. infra hoc libr. 11. remiſſiuè, oſtenditur.*

1 SCIENDVM eſt in primis, qui ſint fundi patrimoniales, & emphiteutici, qua de re nobis actum eſt in titulo. 61. ſupra
2 hoc libr. 11. Collationis autem vox plura complectitur ſignificata, vt etiam diximus in titulo, ne

operæ

operæ à collatoribus exigantur, ſupra lib. 10. Sed in hoc titulo collatio, idem eſt quod ſolutio, & contributio tributi pertinentis ad fundos patrimoniales, qui dati ſunt alijs ab Imperatore, vel eius rationali in emphiteuſim, l. 1. 2. 3. infra eodem. & diximus in dict. titulo ne operæ à collatoribus exigantur, ſupra libr. 10. & in titulo infra de colla. fundorum fiſcaliū, hoc libr. 11. Accipitur etiam hic collatio pro exolutione, & contributione cannonis, ideſt, pēſionis, quæ pro contractu emphiteutico Imperatori annuatim penditur ab emphiteutis, l. 4. l. 5. infra eod.
3 Et ita hic titulus oſtendit ad quæ tributa, & munera realia teneantur hi, qui fundos patrimoniales Imperatoris habent in emphiteuſim, ratione eorundem fundorū: Rurſus per quos iudices exigi debeat penſio ipſius contractus emphiteutici, quotque ſolutionibus debeat præſtari Imperatori, eiuſuè officialibus, & ſuſceptoribus ab ipſis emphiteutis: & hic eſt pręcipuus huius tituli ſcopus.
4 Et hoc intentum quidem circa hoc ſequentia definit. Primò vt emphiteutici poſſeſſores patrimonialium fundorum Imperatoris excuſentur ab extraordinarijs muneribus, ideſt, tributis, non tamen à tributo, quod imponitur pro munitione itinerum, & conſtructione, ac reparatione viarum & pontium, dict. l. 1. (Quę autem ſint tributa ordinaria, & extraordinaria, diximus in titulo ſupra de indiction. & ſupra de cannone largitio. tit. libr. 10.) Item, vt idem patrimonialium fundorum emphiteutæ, & poſſeſſores ad tributa extraordinaria non teneantur in totum, vel in partem, ſed tantum ad tributa ordinaria, vt putà cenſus, indictiones, & alia, d. l. 2. Deinde, vt idem emphiteutæ in ſolidum, vel pro parte, prout quilibet poſsidet patrimoniales fundos conueniantur ad tributa ordinaria exoluenda, vel ad penſionis ipſius emphiteutici contractus præſtationem, dict. l. 3. Pręterea, quod eiuſmodi emphiteutæ poſsint ſoluere per partes cannonem, ſeu penſionem ipſius emphiteutici contractus, & etiam cenſus, vel functiones, aliaque tributa ordinaria ad quæ tenentur, ratione ipſorum fundorum patrimonialium, dummodo hæc particularis ſolutio tres vices non excedat, & in his tribus vicibus tota penſio, & totum tributum ordinarium ſolutum ſit intra idus Ianuarias cuiuslibet anni: ſuſceptores autem, & exactores debent apocham ſolutionis particularis collatoribus emphiteuticis dare, qui ſi non fecerint proteſtatione contra eos facta, puniantur, dict. l. 4. vbi videndus eſt Platea, & Cuia. nec non Ant. Gomez. 2. tomo,

mo varia. capit. 3. num. 13. ad medium primi verſiculi. Tãdem, vt prouinciarum Præſides teneantur in ſuis prouinciis exigere canonem, ſeu penſionem, quæ ratione fundi patrimonialis emphiteutici ab ipſis emphiteutis Principi debetur, & ita exactũ ad ærarium Principis deſtinare, nec ad vllum alium vſum conuertere poſſunt, alioquin ſeuerè puniuntur, dict. l. 5. Et iſta eſt totius tituli ſumma, ex qua, & ſuperioribus colligitur. Primò, quod de duobus in hoc titulo tractatur, ſcilicèt, de collatione, ideſt, ſolutione, & contributione tributi fundi, patrimonialis, in emphiteuſim ab Imperatore, vel eius fiſcali, vel rationali, alijs, conceſsi, dict. l. 1. 2. 3. 4. & 5. quæ in hoc ſenſu accipi poſſunt: deinde de ſolutione cãnonis, ideſt, penſionis, quæ ex ipſo contractu emphiteutico debetur Imperatori, dict. l. 3. 4. 5. quę etiam in iſto ſenſu accipi poſſunt. Secũdò colligitur plana ad præſens rubrũ expoſitio, hoc tenore concepta, titulus. 64. qui agit de collatione fundorum patrimonialium, & emphiteuticorum, ideſt, de contributione, & ſolutione tributi, quæ ratione fundorum patrimonialium Principis in emphiteuſim datorum, eidem Principi debetur, & de collatione, hoc eſt de ſolutione penſionis, quæ ratione ipſius contractus emphiteutici, eidem Principi, vel Imperatori debetur, videlicèt oſtendit ad quę tributa exoluenda teneantur, vel non emphiteutæ poſsidentes fundos patrimoniales Imperatoris, ratione ipſorum fundorum, & per quos iudices eadem tributa, & penſiones emphiteuſis contractus exigi debeat, & quot ſolutionibus præſtari. Et in quo differat hic titulus ab illo infra de collatione fundorum fiſcalium, hoc libr. 11. in ibi explicamus.

5 (left margin, beside "colligitur. Primò")

6 (left margin, beside "titulus. 64.")

7 (margin, beside "nibus præſtari")

Titulus LXV.

De fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus.

SVMMARIVM.

1 *Duplex Principis patrimonium.*
2 *Duplex fiſcus Imperatoris.*
3 *Res priuata, quæ dicantur.*
4 *Fundi rei priuatæ, vel rei dominicæ, qui ſint.*
5 *Coloni, agricolæ, & ſerui dominici, qui appellantur.*
6 *Saltus, & fundi ſaltuẽſes, qui ſint.*
7 *De quibus fundis loquatur is titulus.*

8 Diuina

8 *Diuina dom⁹ quid ſit,exponitur.*
9 *Huius tituli ſumma,& intentio,oſtenditur.*
10 *Rubrum explicatur.*

D Re iacendum eſt,quod
1 Princeps, Rex,& Impe
rator duplex patrimo
nium poſsidet, fiſcale , & pri-
uatum . Fiſcale dicitur, quod ha-
bet tanquam Imperator,vel Rex,
quia eſt Imperij, vel regni, vt pu-
tà omnia tributa aliaque iura re-
galia,& Imperialia.Priuatum eſt,
ſubſtantia priuata , quam aliquo
titulo Imperator ipſe non vt Im-
perator,ſed tanquam priuatus ac-
quiſiuit ante Imperium, vel reg-
num adeptum,vel etiam poſt, vt
fundi,prædia, & alia ſimilia,vt fu
ſius expoſitum nobis eſt in titulo
ſupra de fundis patrimonial. hoc
libr. 11.& in titulo. ſupra de iure
fiſci,libr.10.numer.4.& 5.& in lo-
cis ibi relatis.Quo loci etiam dixi
2 mus , quod quemadmodum Im-
perator duplex habet patrimo-
nium,ita publicem habet fiſcum,
vel ſacum publicum, qui conſtat
patrimonio fiſcali , & priuatum,
quo continetur priuata ſubſtan-
tia, vel patrimonium priuatū ip-
ſi⁹ Imperatoris.Quo ſuppoſito di
3 cendū eſt,quod bona, quæ ſunt in
patrimonio priuato Imperatoris,
appellantur res priuatæ,& priua-
ta ſubſtantia,l.bene Azeno. C.de
quadriennis præſcri. & bona diui
næ domus,vt in titu.C.vbi cauſæ
fiſcales,vel diuinæ domus,ſic acci
piendo,& d.l.bene Azeno.atque
res dominicæ,l.dominicis, C.vbi
cauſæ fiſcales,& in tit.C.ne rei do
minicæ,vel tēplorū,vbi diximus,
& tradit Piſcator in rubrica , de
iur. fiſci, ſup.li.10.n.25.26. Sūt ete
nim eiuſmodi bona in proprio pe
culariq; dominio ipſius Imperato
ris,vel regis de iiſq; libere diſpone
4 re poteſt. Inde etiā fundi rei priua
tę,de quibus eſt pręſens tractatio,
ſunt illi,qui cōtinentur in priuato
Imperatoris patrimonio,quos ipſe
tāquā priuat⁹, nō vt Rex, vel Impe
rator habuit aliquo titulo extra Im
periū, vel regnū, vt planè indicat
rubrica noſtra , ibi , rei priuatæ,
ideſt,priuatæ ſubſtātiæ.& l. 2.ibi,
priuatæ rei,& l. 3. ibi, rei priuatæ
noſtræ,inf.hoc tit. quos etiā fun-
dos rei dominicę,vocat titulus pri
5 mus inferior. Indeq; coloni agri-
colæ,& ſerui,qui aſsignati ſunt ho
rū fundorū culturæ,appellātur do
minici, & fiſcales,fiſci priuati non
publici,de quibus eſt titul⁹ de agri
colis,& mācipijs, dominicis, vel fiſ
6 calibus,infr.hoc libr.11. Sunt autē
huiuſmodi fundi rei priuatę,& di
uinæ domus in duplici differētia:
quidam qui coluntur,& fructus
ferunt, aptique ſunt culturæ , &
fructuum productioni, & hi pro-
priè appellantur fundi in ru-
brijs horum titulorum : alij ſunt
inculti , & ſyluestres , in qui-

Digitized by Google

bus animalia depaſcuntur, nec
alium fructum preter paſcua, ferunt, & hi appellantur, fundiſaltuenſes, vt in titul. 61. 62. ſupra hoc libr. 11. & ſaltus, vt in hoc titulo, & ſequenti, & cur ſic appellẽtur, in dict. titulis modo allegatis nobis explicitum eſt. Ex quibus
7 intellige, quod hic titulus, & proximus inferior dumtaxat loquuntur de fundis, & ſaltibus, qui ad priuatum patrimonium Imperatoris pertinent, non autem de his, qui ad fiſcale patrimonium expectant, vt ſentit Penenſis hic, quidquid contra, & inuolute velint Acurſ. Platea, & alij hic, qui quidem de fundisfiſcalibus, etiam hunc titulum agere aſſeuerant, contra quos inſurgit hæc ratio: nam ſi de vtriſque ageret, ſuperflueret titulus iſte, cum de omnibus ſit titulus, ſupra de fundis patrimonialibus: vnde ſi de eiſdem hic, & illic ageretur, non diuerſis verbis vterque titulus inſcriberetur, l. ſi idem, C. de Codicill. nec obſtat, l. 1. infra eodem, quæ eorum opinioni ſuffragari videtur, quia loquitur de priuato fiſco, & ſaco Imperatoris, non de publico, vti rectè intellexit Lucas de Pena hic, vnde iam habemus explicitum, qui ſint fundi rei priuatæ, & ſaltus, de quibus
8 rubrica noſtra eſt inſcripta. Reliquum eſt, quid ſit diuina domus, cognoſcamus, vt tota ſeries ipſius rubricæ percipiatur, & diuina domus, in iure noſtro pro aula, & palatio Imperatoris accipitur, l. vnica, C. in quibus cauſis militantes fori præſcript. vti non poſ. vbi Caſtrenſis notat, nu. 2. & in tit. C. vbi cauſæ fiſcales, vel diuinæ domus, ſic intelligendo, dict. l. bene Azenone, C. de quadriennij præſcript. at in hoc titul. non ſumitur in hac ſignificatione, ſed pro Eccleſia, & tẽplo Deo ac eius ſanctis dedicato, l. vniuerſi.
9 inf. eo. titul. Vnde conſtat, quod is titulus eſt de fundis patrimoni priuati Imperatoris, & diuinæ domus, id eſt, Eccleſię, vel templi cultis, & fructiferis, vel incultis, & infructiferis. De quibus hoc tit. hæc definiuntur. Primò, quod ſi Imperator, eiuſuè fiſcus priuatus, fundos rei priuatæ ſemel alienauerit, nõ poterit eos à poſſidente auferre, d. l. 1. Item ſiquis ſuo nomine cõducat ad tempus, vel in emphiteuſim accipiat fundum rei priuatę, eumque ad alium non idoneum transferat, ad ſolidam penſionem manet obligatus, l. 3. Rurſus, quod non tantum fundi rei priuatæ Imperatoris pertinent ad curam procuratoris Cæſaris, vel rationalis, verùm etiam fundi tẽplorũ, & Eccleſiarũ, d. l. vniuerſi: proponuntur, & alia quæ vitandæ prolixitatis gratia omittimus.
10 Vnde iam dari poteſt hæc ad præſens rubrum expoſitio, titulus,

Digitized by Google

65, qui agit de fundis rei priuatæ, & ſaltibus diuinæ domus. De fundis, (in quam) rei priuatæ, ideſt, patrimonij priuati Imperatoris, & diuinæ domus, ideſt, templorum, & Eccleſiarum cultis, & incultis paſtionibus, tamen accommodatis: nam illa particula, & ſaltibus, non ſolum referri debet ad particulam ſequentem, ibi, diuinæ domus, ſed etiam ad præcedentes, ibi, rei priuatæ, quaſi velit dicere Tribonianus. de fundis, & ſaltibus rei priuatæ, & diuinæ domus. Quamuis autem nulla expreſſa mentio de ſaltibus fiat in legibus huius tituli. Tamen ex quo generaliter de fundis rei priuatæ, & templorum in eis tractatur, tacite de illis tractari videtur, ſiquidem huiuſmodi fundi rei priuatæ, & templorum poſſunt eſſe, vel culti, & fructiferi, vel ſaltueſenſes inculti, & infructiferi paſtionibus tamen accomodati, vt ſupra dictum eſt. Et videnda ſunt quæ ſcribimus in duobus titulis primis ſequentibus.

Titulus LXVI.

De ſundis, & ſaltibus rei dominicæ.

SVMMARIVM.

1 *Fundi, & ſaltus rei dominicæ, qui ſint.*

2 *In quo conueniant, & in quo differat hic titulus, & proximus ſuperior, & an alter eorum ſuperfluus ſit, nec ne.*

3 *Huius tituli ſumma traditur.*

4 *Rubrum explanatur.*

5 *Diſcrimina inter hunc titulum, & primum ſuperiorē ex vna parte, & titulū ſupra de fundis patrimonialibus, ex alia.*

1 PRO præſentis tituli intelligentia, omnimodo legenda ſunt, quæ ſcripta reliquimus in titulo proximo præcedenti, vbi diximus, qui ſint fundi, & ſaltus rei dominicæ: diximus etiā quod fundi, & ſaltus rei priuatæ, de quibus agit titulus ille, & fundi, & ſaltus rei dominicæ, de quibus eſt titulus iſte, idem ſunt: nam rei dominica, & re priuata, idē valet, l. pen. & vl. d. ti. 1. ſuperiori. l. 9. de iur. fiſc. ſup. li. 10. & notat Cuj.
2 hic: vnde videtur. ꝙ vel hic titulus, vel ille, ſit ſuperfluus, & per conſequens ꝙ omnes leges illi⁹, & huius tituli ſub illo, vel iſto rubro ſitum

 ſorti

fortiri deberent, quod fateri videtur Cuiacius ipſe hic. Nihilominus tamen defendenda eſt huius tituli ſeparata inſcriptio, nam licèt vterque titulus in hoc conueniat, quod agit de fundis rei priuatæ, vel dominicæ, ideſt, de his qui ſunt in priuato Imperatoris patrimonio. Differunt tamen in hoc, quod ille diſſerit de fundis rei priuatæ, qui ab Imperatore, vel eius procuratore alijs iuſto titulo dantur, veluti, venditionis, conductionis, emphiteuſis, vel alio: iſte verò de fundis rei priuatæ, vel dominicæ Imperatoris, qui nullo iuſto titulo ab alijs occupantur, vt docet Platea, hic & conſtat ex l. 1. infra eodem:
3 qua cauetur, quod ſi quis immittat animalia in ſaltus rei dominicæ, vt ibi paſcantur ea perdit, & procurator Cæſaris, qui id conſentit, ſeuerè punitur. Et ex l. 2. qua definitur, quod ſi fundos rei dominicæ per vim quiſquam occupauerit, vel in emphiteuſim acceperit ſub minore penſione, vel cenſu, quam alius habebat, cogitur, tales fundos emphiteuticos priori emphiteutę reſtituere, non obſtantibus longi temporis præſcriptione, aut reſcripti impetratione, & nouæ penſionis, vel cenſus ſolutione. Et hæc eſt totius ti-
4 tuli ſumma, ſecundum quam, & quæ ſuperius dicta ſunt, ita rubrũ eius explanabis titulus 66. in quo tractatur de fundis, &c. Ideſt, de fundis cultis, & fructiferis, & ſaltibus, hoc eſt fundis incultis, & infructiferis paſtionibus, tamẽ accõmodatis rei dominicę, ideſt, priuati patrimonij Imperatoris iniuſte ab alijs occupatis. Sanè non abs re dubitari poteſt, quò diſtet titulus de fundis patrimonialibus, ſupra hoc libr. 10. à titulo iſto, & ſuperiori, ſiquidem in illo de fundis patrimonij fiſcalis, & patrimonij priuati Imperatoris tractatur, & in his de fundis etiam priuati patrimonij, & dici poteſt in hoc verſari differentiam, quod ille titulus agit de fundis rei priuatæ generaliter ſimul, & de fiſcalibus, vt ibi dictum eſt: at hi duo tituli ſpecialiter tantum de fundis rei priuatæ diſſerunt. Item quod titulus ille potiſsimum de fundis fiſcalibus, & rei priuatæ in emphiteuſim alijs conceſsis agit, nec non de illis, quos Imperator in emphiteuſim ab alijs accepit: iſti autem tituli, etſi de emphiteuticis tractent, agunt etiam de alijs fundis rei priuatæ, qui alio titulo iuſto, vel etiam nullo ab alijs occupati ſunt, & poſſeſſi. Et vide quæ ſcribimus in titu. 1. ſequent.

(.?.)

Titulus

Titulus LXVII.

De agricolis, & mancipijs dominicis, vel fiſcalibus rei priuatæ.

SVMMARIVM.

1 *Duplex rubricæ lectio.*
2 *Agricolæ, & coloni, qui ſint. Item, & mancipia, remiſsiuè.*
3 *Duplex Principis patrimonium & fiſcus, remiſsiuè.*
4 *De quibus agricolis, & colonis, in hoc titulo tractatur, & de quibus mancipijs.*
5 *Agricolæ, & ſerui dominici, & fiſcales, qui dicantur.*
6 *Differentia, & conuenientia inter [illegible] titulum, & titulum 62. ſupra hoc lib. 11.*
7 *Huius tituli ſumma.*
8 *Rubri expoſitio.*
9 *Remiſsiones regiæ.*

1 DVpliciter legi ſolet rubrica noſtra. Primò, prout hic apperet. Secundò d agricolis, & mancipijs dominicis, vel fiſcalibus reipublicę, vel priuatæ: ſed prior lectio verior eſt, & ſanior, nec enim addẽda eſt illa particula, reipulicę, cum in hoc titul. tãtũ de agricolis, & ſeruis, qui culturæ fundorum rei priuatæ, & nõ publicę Imperatoris agatur, vt inferius probauimus, & hanc lectionem ſequuntur Ant. Contius, & Cui. hic & alij. Pro cuius intelligẽ
2 tia prȩiacenda ſunt, imprimis, quę ſcripta reliquimus in tit. de agricolis, & cẽſitis, ſup. hoc lib. 11. vbi diximus, qui ſint agricolæ, & coloni, & quotuplex corũ differentia, & quod ex illis quidã ſunt coloni ſimplices, alij adſcriptitij, & cẽſiti, quod etiã obiter explicuimus in tit. 62. ſup. hoc lib. 11. vbi etiam oſtendimus quę dicãtur mãcipia.
3 Deinde, & ſecundò præmittenda ſunt quæ diximus in tit. de fundis patrim. & in duobus titulis proximis ſuperioribus, vbi expoſitũ nobis eſt, quod Imperator, vel Princeps duplex habet patrimoniũ fiſcale, ſcilicèt, & priuatũ. Rurſus, & duplicẽ fiſcũ, ſeu duplex ȩrariũ publicũ, & priuatũ. Diximus etiã, ꝙ res priuata, & res dominica, idẽ valent, & quod vtraq; ſignificat priuatũ patrimoniũ, & priuatũ fiſcũ,
4 vel ærariũ Imperatoris. Quibus, ita præiactis, intellige, quod is titulus tractat de agricolis, vel colonis, tã ſimplicibus quã adſcriptitijs ſeu cenſitis fundorũ, quæ tãtũ ſunt in priuato patrimonio Imperatoris, & ad eius priuatũ fiſcũ, vel ærariũ pertinent: de ſimplicibus (in quã) qui eoſdẽ fundos ad tẽpus habent conductos certa mercede, in l. 2. & vlt. infra eod. & de adſcriptitijs, &

ceſſitis qui ſunt ad ſtricti perpetuę agriculturæ eorūdē fundorū, in l. 1.3.4. inf. eo. agit etiā de mācipijs, ideſt, ſeruis qui eidē agriculturæ
5 ſeruiunt, in d.l.3. & 4. Huiuſmodi autem fundi, vel agri appellantur fundi rei priuatæ, vt in titulo de fundis rei priuatæ, & etiam fundi rei dominicæ, vt in titulo proximo ſuperiori, ideſt, qui pertinent ad priuatum patrimonium dominium, & fiſcum Imperatoris, vt ibi diximus: indeque agricolæ coloni, & ſerui, qui horum fundorum culturæ intendere tenentur, vocantur dominici, vel fiſcales rei priuatæ, dict. l. 1. 2. & fin. infra eodem: & in præſenti rubrica ſic accipienda: nam dominici, & fiſcales rei priuatæ, idem ſunt, vti rectè aduertit Platea hic. Vnde quemadmo
6 dum ſtatim poſt titulum de fundis patrimonialibus, ſupra hoc libr. 11. ſubijcitur titulus de mancipijs, & colonis fundorum patrimonialium, qui ſunt in vtroque Imperatoris patrimonio fiſcali, & priuato, pari ratione poſt dict. titulum de fundis rei priuatæ, & dict. titulum de fundis rei dominicæ proximos ſupetiores annectitur titulus iſte de colonis ſeu agricolis, & mancipijs fundorum, qui tantum ſunt in priuato, peculiarique Imperatoris patrimonio, fiſco, & dominio, vtí rectè animadtuertit Cuia. hic, licèt non ita diſtinctè, & ita differunt in hoc is titulus, & ille, tametſi in alio conueniant, nempè, quod in vtròque non ſolum de ſimplicibus, ſed etiam de adſcriptitijs colonis agitur. Summa au-
7 tem quæ iſto titulo cōtinetur hęc eſt, ne coloni rei priuatæ Imperatoris ad honores, vel munera ciuitatis eligantur, l. 1. aut alienam, priuatamque adminiſtrationem ſuſcipiant, l. 2. Rurſus ſi adſcriptitij ſint, vel ſerui, eorumque filij, vel nepotes, & occultè agriculturam deſerant, ac militiam armatam ſumant, ad priſtinam conditionem ſunt reducendi, omniq; militię cingulo exuendi, & degradandi, l. 3. continentur & alia, quæ breuitatis cauſa omiſſa facimus.
8 Sat ſit hęc dixiſſe, ex quibus, & ſuperioribus, talis adaptari poteſt ad pręſens rubrum interpretatio, & expoſitio, titulus 67. in quo tractatur de agricolis, &c. De agricolis (inquam,) ideſt, de colonis ſimplicibus, & de adſcriptitijs præpoſitis, & aſsignatis culturæ fundorū, qui ſunt in patrimonio, dominioque ptiuato Imperatoris ad eiuſq; fiſcū, & ſacum priuatum pertinet, vnde illa particula, vel fiſcalibus rei priuatę, exponenda eſt, ideſt, fiſci, & ęrarij priuati Imperatoris.
9 Et pertinēt ad hunc tractatū regię leges, & conſtitutiones, earumq; gloſſemata, quas citat Ximenez hic.

Titulus

Titulus LXVIII.

De prædijs tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis, alijſq; liberę conditionis procreantur.

SVMMARIVM.

1 *PRæludia, remiſsiuè.*
2 *Prædia tamiaca, quæ dicantur.*
3 *Coloni dominici, qui appellẽtur, & prior rubri pars explicatur.*
4 *Secũda rubricæ pars exponitur.*
5 *Summaria huius tituli intentio demonſtratur.*
6 *Rubricæ tenor explanatur.*

1 EAdem fundamenta ſunt præiacẽda
pro huius tituli in
troductione, quæ
eſſe præmittenda
Pro introitu tituli primi ſuperio-
ris ibi diximus, nu. 2. & 3. nempè,
qui ſint agricolę, & coloni, & quo-
tuplex eorũ conditio, & differen-
tia, quidq; ſit Principis patrimo-
niũ, & quotuplex, nempè publi-
2 cũ, ſeu fiſcale, & priuatũ. Quibus
pręnotatis, videndum eſt, quę ſint
prædia tamiaca, & Acur. hic quę
antiquiores ſequũtur, quã plures
tradit expoſitiones, quæ ſomnia
viſa ſunt Alciato, hic aſſerenti prę;
dia tamiaca dici, quæ publico Im-
peratoris diſpenſatori præſtabant
annuos fructus, & vectigales, qui-
bus ille poſtea in domo Imperato
ris cibaria diſpẽſabar, eratq; cuſtos
penus in domo, & cellario Impe-
ratoris, quẽ vulgo. *El deſpenſero
mayor, y guardamangel del Empe
rador.* Appellare poſſumus, & prę
dia tamiaca. *Las tierras, y hereda-
des q̃ tiene el Emperador, ò Rey co-
mo particular, para q̃ de los frutos,
y rentas dellas, ſe prouea ſu deſpen
ſa de los manjares neceſſarios para
ſu perſona, y los de ſu caſa.* Et hanc
Alciati opionẽ libẽter ſequimur,
quia veriſsima eſt, præter tãti viri
3 auctoritatẽ, & fidẽ. Erant autẽ de-
putati agricolę, coloni, & ſerui cul
turæ horũ prædiorũ, ſiuè ſimpli-
cis, ſiuè adſcriptitij, & cenſiri eſ-
ſent, qui quidẽ ſimul cũ prędijs ip
ſis tamiacis erãt in prouincia Capa
dociæ, eorũq; cura pertinebat ad
comitẽ domorũ, & præpoſitũ ſa-
cri cubiculi, de quo eſt titulus de
præpſ. ſacri cubiculi, inf. lib. 12. vt
tradit hic Cui. & in tit. C. vbi cau
ſæ fiſcales, qui idẽ eſt, quod diſpen
ſator publicus, quod enim domui
Imperatoris deputatur cellario ei⁹
& penui etiã deputatũ, videtur ſe
cũdũ eũdẽ Cui. hic erat enim co-
mes iſte, & præpoſitus, ac diſpẽſa
tor publicus ſub diſpoſitione pro
curatoris Cęſaris, & veluti pars ip
ſius, de quo eſt ti. ff. de of. pro. Cęſ.
vbi diximus. Quid autẽ ſit penus,

& quæ eo contineantur luculenter oſtendimus in titu. ff de penu lega. Porrò huiuſmodi prædia tamiaca, eorumq; coloni ac ſeruierant in priuato, non in fiſcali Imperatoris patrimonio ; & dominio, indeq; prædia ipſa dominica, & coloni ac ſerui, qui eorũ culturę operam dabant, dominici appellitur, vt manifeſte indicat rubrica noſtra ibi, & de his qui ex colonis dominicis, & probat, l. 1. & 2. infr. eodem: & adhuc manet explicita prior rubricæ pars, ibi de prædijs
4 tamiacis. Pro ſecundæ autem explicatione, ibi & de his qui ex colonis, &c. Animaduertimus, ꝙ coloni pręfati prędijs tamiacis collẽdis prępoſiti tamiaci vocãtur, d. l. 1 ſuntq; homines liberi, & nõ ſerui, ac liberi ſtatus, & cõditionis, ſiuè ſimplices, ſiuè adſcriptitii ſint, vt fuſius, & generaliter loquendo expoſitũ nobis eſt in titu. de agricolis, & cenſ. ſupra hoc libr. 11. ac per conſequens omnes filij, & nepotes ac cæteri, qui ex his naſcuntur, & procreantur, tamiaci dicũtur, & liberi ſtatus, & conditionis erunt, de quibus loquitur hæc ſecunda rubri pars: & de his ac ip-
5 ſis prædijs tamiacis eſt huius tituli tractatus; quo quidem hęc continentur, & definiuntur. Primò, quod natus ex colono libero, ideſt, non tamiaco, & tamiaca fœmina, vel è cõtra tamiacus erit: natus verò ex colono adſcriptitio, vel ſeruo alieno, & tamiaca fœmina, vel è contrario matris ſequitur ſtatum, & conditionem, dict. l. 1. Quæ ſecũdam rubri partem reſpicit, deinde confirmantur quædam venditiones prædiorum tamiacorum, & gomatici, ſeu gonatici ſaltus, quæ factæ antea fuerunt ſaluo cannone, ſaluiſque tributis, quæ ex eiſdem prædijs Imperatori debebantur, in l. fin. infr. eodem: quæ priori parti rubricæ correſpõdet: (qui autem ſint gomatici ſeu gonatici ſaltus, explicat Cuiacius hic verius quàm Acurſ. & Alciatus:) & iſta eſt to-
6 tius tituli ſummaria concluſio, & intentio, ſecundum quam, & quæ paulo antea dicta ſunt tenor præſentis rubri ita explicari poterit titulus. 68. qui agit de prædijs tamiacis, ideſt, de prædijs, quorum annui fructus, & vectigales diſpẽſatori publico Imperatoris præſtabantur, vt ex his in domo Imperatoris penum ipſius prouideret, & cibaria, eſſui, potuique neceſſaria ibi expenderet, ſcilicet, cõfirmat venditiones quaſdam de huiuſmodi prædijs factas, agit (in quàm,) & de his qui ex colonis dominicis, &c. Hoc eſt, de his qui ex altero parente deputato colendo agro tamiaco, & ex altero colono, contamiaco, vel mancipio alieno naſcuntur, & procreantur, oſtendens, cuius ſtatum, & conditionem ſequantur, an patris, vel matris,

Digitized by Google

matris: conducit autem ad preſentem ſpeculationem, l. 11. & 13. titul. 9. p. 2.

Titulus LXIX.

De diuerſis prædijs vrbanis, & ruſticis templorum, & ciuitatum, & omni redditu ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Prædia vrbana, & ruſtica, quæ ſint, remiſſiuè.*

2 *De tribus tractat is titulus.*

3 *Prædia templorum, quæ dicantur.*

4 *Prædia ciuitatum, quæ, & quotriplicia ſint, oſtenditur, & de quibus is titulus loquatur.*

5 *Redditus ciuilis, quid ſit, declaratur.*

6 *Iſtius tituli ſumma refertur.*

7 *Rubrum conſtruitur, & explanatur.*

8 *Lex regia huc pertinens citatur.*

1 QVÆ ſint prędia vrbana, & prædia ruſtica, oſtendimus in titulo, ff. de ſeruitu. vrbanorum; prædior. & in titul. ff. de ſeruitu. ruſticorum præd. Ibi legendum eſt;
2 quo ſuppoſito intellige, quod de tribus in hoc titulo tractatur: Primò de prædijs vrbanis, & ruſticis templorum: Secundo de prædijs vrbanis, & ruſticis ciuitatum. Tertio de omni redditu ciuili; vt rubrica noſtra demonſtrat de qui-
3 bus ſingulis diſpiciamus. Prædia ergo templorum; in hoc titulo ſunt prædia Eccleſiarum; nec enim accipiuntur, ibi templa, pro paganorum templis; vt in titulo C. de paganis, ſed pro Chriſtianorum fidelium Eccleſijs; quæ autem ſint Eccleſiæ, & quæ dicantur res, & bona earum; expoſitum nobis eſt in titul. C. de Sacro
4 ſanct. Eccleſi. & in titul. extr. de rebus Eccleſiæ. Prædia ciuitatum appellantur ea quæ non ſingulorum ciuium, ſed ipſius vniuerſæ ciuitatis; vel vniuerſitatis ſunt, quæ quidem ac cætera bona ipſius in duplici differentia inueniũtur: quædã communia, quæ alienari nequeunt: alia propria, quæ alienari poſſunt, vt fuſius, latiuſque declarauimus in titulo. ff. de rerum diuiſione, & in titulo de prædijs decurion. & in titul. de venden-

vendendis rebus ciuita. ſupra hoc lib. 11. vbi videndum eſt, ſed in hoc titulo nō de prædijs ciuitatū communibus, ſed de proprijs tātum agitur, vulgo, *de heredades, que ſon proprios de Concejo* Quod probatur, quia hæc alienari poſſunt, vt in locis ſupra relatis oſtendimus, & tamen in hoc titulo de eorum venditione, & alienatione aliquantulum tractatur, in l. 4. & 5. infra eod. ergo de illis, non verò de communibus agitur: communia etenim alienari nequeunt, vt ſupra diximus. Et quæ in hoc titulo prædia ciuitatum dicuntur in titul. 1. ſequenti ciuilia appellantur. Redditus ciuilis dicitur omnis prouentus, qui reſultat ex iſtis
5 prædijs, & bonis proprijs ciuitatum, l. 1. l. penult. & vltim. infra eodem, vulgo. *Las rentas de los proprios de Concejo.* His ita præcog-
6 nitis, hæc ſunt quæ de huiuſcemodi prædijs templorum, & ciuitatis, ac de reddito ciuili, hoc titu. ſtatuūtur, & definiuntur. Primò, vt ſuperficiarij, qui in ſolo proprio ciuitatis, vel reipublicæ ędificauerint, penſionem ſolariam quotānis reipublicæ præſtent eo modo quo conuenerit. l. 1. Item quod ciuitates prouinciæ Pamphiliæ; & etiam aliæ poſsint ſibi bona propria adquirere ac firmo iure poſſidere, l. 2. Rurſus, vt tertia pars cānonis, vel penſionis, quæ colligitur ex redditibus prædiorum, & locorum reicuplicæ, deputata ſit mœnium, & murorum ciuitatis inſtaurationi, & reparationi, l. 3. Præterea qui patrimonialia, vel templorum prædia emerit ea firmo iure poſsideat, nec ſecunda maioris pretij admittitur licitatio, l. eos qui. Deinde, quod ſi quis emat prædium emphiteuticum ciuitatis, dempto canone, vel dempta penſione, nihilominus cōſultam penſionem tenetur ſoluere, & idem erit ſi agonotheticas, vel ab emphiteuta Cęſaris emerit poſſeſsiones, l. ſi quis ex titulo, infra eodem, (quæ autem ſint agonotheticæ poſſeſsiones, explicat Alciat. in l. iubemus de fundis pa-
7 trimonial. ſupra hoc lib. 11.) Definiuntur & alia in l. fin. quæ conſultò omittimus ſatis ſit hæc expreſsiſſe pro præcipua iſtius tituli ſumma præcipienda, & colligēda, ex qua, & paulò antea expoſitis deduci poteſt ad eius rubrum conſtructio, & declaratio, quæ hoc tenore ordinatur, titulus. 69. in quo diſſeritur, & tractatur de diuerſis prædijs vrbanis, & ruſticis templorum, id eſt, Eccleſiarum fidelium, Chriſtianorū, & ciuitatum, hoc eſt de prædijs quæ ſunt propria, non communia reipublicæ, Concilij vniuerſitatis cuiuſuis ciuitatis, populi, & municipij, & omni redditu ciuili, id eſt, de redditibus eorundem prędiorum propriorum ciuitatis, & de diuerſis:

dicitur

Digitized by Google

dicitur in rubrica, quia eiuſmodi prędia, de quibus agit is titulus, di uerſa, & diſtincta ſunt ab illis de quibus ſunt tituli proximi ſuperiores, quæ ad Principis patrimonium priuatum, vel fiſcale pertinent, huc reſpicit, l. 23. titul. 32. p. 3. & videnda ſunt quæ dicimus in titul. 1. inferiori.

Titulus LXX.

De locatione prædiorum ciuilium, vel fiſcalium, ſiuè templorum, ſiuè rei priuatę, vel dominicæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio dicendorum & eorum quæ in hoc titulo tranctā tur.*
2 *Prædia ciuilia, quæ ſint.*
3 *Et quæ prædia fiſcalia, & priuata rei, vel dominicæ.*
4 *Et quæ prædia templorum.*
5 *Locatio eſt duplex, temporalis, & perpetua, & quæ vtraq; ſit, exponitur.*
6 *Huius tituli ſumma, & diſpoſitio oſtenditur.*
7 *Rubri tenor declaratur.*
8 *Leges regiæ, & alia theorica huc pertinentes allegantur.*

1 De locatione prædiorum ciuilium, fiſcalium, templorum, & rei priuatæ, vel dominicæ, in hoc titulo tractatur, vt rubrica eius indicat manifeſte. Vnde quæ ſint prædia ciuilia, quæ fiſcalia, quæ templorum, & quæ rei priuatæ, vel dominicę, ſigillatim nobis diſpiciendum eſt. Et primò,
2 vt intelligamus quæ ſint prædia ciuilia, præiacendum eſt, quod prædia, cæteraque bona ciuitatis ſunt in duplici differentia: quædam enim ſunt communia, communique vſui ciuium, & incolarum deputata: alia propria ipſius vniuerſitatis reipublicæ, & ciuitatis, vt longè, latèque, & difuſè diximus in titul. ff. de rerum diuiſ. & in titulo de prædijs decurion. nec non in titulo de vendendis rebus ciuita. ſupra hoc libr. 11. & in titul. 1. ſuperiori tetigi. Quo ſuppoſito, de locatione prædiorum propriorum dumtaxat non communium ciuitatis, vel populi hic titulus intelligendus eſt, vt probat, l. 2. 3. 4. infra eod. vulgo, *de los arrendamientos de los proprios de Concejo.* Quæ quidem prædia ciuitatum appellantur in titul. 1. ſuperio-

periori,vt ibi diximus,nec nõ fundi reipublicæ,fundi publici,& loca reipublicæ,vt in dict.l.2.3.4.infra eodem:&de his accipienda eſt illa rubricæ noſtræ pars, ibi prædiorum ciuilium. Deinde,vt cognoſcamus quæ & qualia ſint fiſcalia prædia,prænotandum eſt duplex eſſe Imperatoris, vel Principis patrimonium, duplicemque eius fiſcum, & ſacum publicum, ſcilicèt,& priuatum,vt fuſo,latoquè ſermone,reſoluimus in titulo de iure fiſci,ſupra libr. 10.& in titulo de fundis patrimon. & in titul. de fundis rei priuatæ, ſupra hoc libr.11 & in alijs pleriſque locis,vbi videre licèt.Quo præmiſſo aſſeuerandum eſt in hoc titulo,tãtummodo tractari de locatione prædiorum fiſcalium,quæ ad priuatum patrimonium, priuatumquè fiſcum Imperatoris pertinẽt, quæ ipſe tanquam priuatus, non vt Princeps,vel Imperator acquiſiuit: quæ quidem prædia etiã rei priuatæ, & rei dominicæ appellantur, vt in dict. titulo de fundis rei priuatæ, & in titulo de fundis rei dominicæ,latius explicuimus: vnde prædia fiſcalia,& prædia rei priuatæ, vel dominicæ,quorum in rubro noſtro mentio fit,eadem ſunt in eodemque ſenſu accipiuntur,omniaque ad priuatum Imperatoris patrimonium,dominium, & fiſcum pertinent, tametſi in d. rubro ſeparatim videantur inſcripta, idque manifeſtè probat dict. l.1.infra eodem,ibi;ex re priuata, iuncto verſicul.& inde fiſcalis indemnitas,& ex l. vltim. infra eodem, ibi, prædia domus noſtræ: agitur enim ibi de iſtorum prædiorum locatione,quæ auctoritate comitis rerum priuatarum fit, ideſt , procuratoris Cæſaris, ad cuius curam pertinet priuati patrimonij Imperatoris, non verò fiſcalis adminiſtratio,vt ſuſius diximus in titulo. ff.de officio procuratoris Cæſaris,& in titu.C.de officio comitis rerum priuatar. Præterea probatur, nam in dict. l. vltima non nihil etiam differitur de alienatione horum prædiorum, res autem quæ ad fiſcale, & publicum Imperij patrimonium, expectant alienari nequeunt , vt tradit ibi Ioannes de Platea, ex num. 6. Igitur de locatione prædiorum,quæ ad fiſcum priuatum Imperatoris pertinent,non autem quæ publicum reſpiciunt, hic titulus intelligendus eſt, & in hoc ſenſu accipi debet illa rubricæ noſtræ particula,ibi,vel fiſcalium,idque verius eſt, quàmuis probabile ſit,etiam de locatione prædiorũ publici patrimonij tractari, vt indicare videtur generalitas,text.in l.4. infra eodem,quod ſenſit Cui. in rubrica tituli primi inferioris. Prædia templorum, ſunt prædia Eccleſiarum, fidelium Chriſtianorum, vt diximus in dict. titulo

primo

5 primo ſuperiori. Locatio autem huiuſmodi omnium prędiorum, de quibus adhuc faſsiumus, & de qua agit is titulus, duplex eſt, temporalis, ſcilicèt, & perpetua, l. viā veritatis, C. de locato, & cōducto. Temporalis eſt, quæ ad certum limitatumq; tempus fit. Perpetua idē eſt, quod emphiteuſis, vt voluit Acurſ. in l. 3. verbo, conductoribus, & in præfa. l. fin. verbo, perpetuo, infra eodem, quem antiquiores ſequuntur, aduerſus quos inſurgit Cuiacius, in præalleg. l. 1. infra eodem, qui conſtanter aſſerit, aliud eſſe emphiteuſim: aliud locationem perpetuam, illamque inter vtramque conſtituit differentiam, quod conductores perpetuarij, non ſunt domini, etenim mancipia ipſi conductioni annexa manumittere nequeunt; emphiteuticarij autem ſunt domini, & mancipia emphiteutico prædio annexa, rectè poſſunt manumittere, & ideò (inquit ipſe) perpetuarium ius ab emphiteutico rectè ſeparatur, in l. 2. C. de officio comitis rerum priuat. ibi perpetuarij: vt emendatiores Codices habent; & hanc Cuiaci opinionē libenter ſequimur, quæ hac & ratione corroboratur, nā in titul. 62. 63. 64. ſupra hoc libr. 11. de emphiteuſi horum prędiorum actum eſt, vnde ſuperfluus videretur titulus iſte, ſi de ea quoq; prin-
6 cipaliter ageret. Igitur de locatione temporali, & de locatione perpetua huiuſcemodi prædiorum, is titulus eſt, cuius ſummaria diſpoſitio, atque intentio hæc eſt: vt fundi patrimonij priuati Imperatoris periculo officialium Palatinorum perpetuarijs conductoribus addicantur, dato idoneo fideiuſſore, dict. l. 1. & quod à perpetuarijs conductoribus non auferantur fundi reipublicæ, vel ciuitatis, quos perpetuo conductos habent, etiamſi alius meliorem penſionis offerat adiectionē, l. 2. Rurſus, vt prędia ciuitatum perpetuò poſsint locari ei qui in licitatione ſuperior extiterit, in qua locatione ſubhaſtatio exigitur, ſicuti in venditione l. 3. Itē ſi finita locatione temporali prædiorum publicorum, primus conductor offerat idem pretium, quod offert nouus in locatione erit præferendus l. 4. quæ nimis generalis eſt, & de locatione prædiorum ciuilium fiſcalium priuatæ rei, & templorum intelligi poteſt, cum hæc omnia publicorum appellatione in hac tractatione contineri debeant: deciduntur, & alia in l. fin. quæ ex propoſito omiſſa facimus, dum brebiores eſſe curamus: ſat ſit hæc dixiſſe pro iſtius tituli ſummaria
7 diſpoſitione percipienda. Iuxta quam, & ea quę ſuperius prænotata ſunt, ita eius rubrum venit cōſtruendum, & declarandum titulus 70. in quo tractatur de locatione,

ne,ſcilicèt,perpetua, & temporali prædiorum ciuilium,ideſt,eorũ quæ ſunt propria cuiuſuis populi,Concilij,& ciuitatis,vel fiſcaliũ, hoc eſt ad priuatum Imperatoris patrimonium,& fiſcum pertinentium,vel templorum,ideſt, Eccleſiarum Chriſtianorum , ſiuè rei priuatæ,vel dominicę,hoc eſt eorundem prędiorum, quę in priuato patrimonio Imperatoris, & dominio ſunt,& quæ ad fiſcum priuatum eius pertinẽt.Et quatenus
8 de locatione prędiorum ciuilium, hic titulus agit habet conſimiles, l.3.& 4. titul.5.libr.7.& l.23.titu.6.lib.3.nouæ recopilatio.& videndus eſt Auend.de exequend.mandat. lib. 1. c.12. Videndaque ſunt quæ in tribus titulis primis inferioribus tradimus.

Titulus LXXI.

De conductoribus, & procuratoribus, ſiuè actoribus prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Præludium, remiſſiuè.*
2 *Prædia fiſcalia, de quibus fatur is titulus, quæ ſint, & numer. 3.*
3 *Domus Auguſta, quæ dicatur.*
4 *Conductores in hoc titulo, qui appellentur.*
5 *Qui procuratores, & actores.*
6 *Huius tituli ſummaria diſpoſitio, traditur.*
7 *Rubrum declaratur.*

1 PRæiacẽda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo primo ſuperiori, num. 3. vbi diximus duplex eſſe Imperatoris patrimonium,duplicẽque eius fiſcum,priuatum,videlicèt,& publicum, vt in locis ibi citatis fuſius explicuim°.Quo ſup-
2 poſito dicendũ, eſt quod prædia fiſcalia,de quibus fatur is titulus, ſunt illa,quę vel ad publicum, vel ad priuatum Imperatoris patrimonium, & fiſcum pertinent; de vtriſque namque hic titulus poteſt intelligi. Et primò, quod de publici fiſci,& patrimonij prædijs loquatur, indicat rubrica noſtra in illa particula,fiſcalium, quæ in hoc ſenſu eſt accipienda.Deinde,
3 quod etiam loquatur de prædijs priuati Imperatoris patrimonij, & fiſci, probat pars illa rubricæ, domus Auguſtæ. Eſt autem domus Auguſta,domus Imperialis, ideſt,domus Imperatoris Auguſti,

Digitized by Google

ti, & Imperatricis Auguſtæ vxo-
ris eius: adiectiuè namque, illud
nomen Auguſtæ,tam pro Augu
ſto Imperatore,quàm pro Augu-
ſta Imperatrice, non ſubſtantiuè
ponitur,vt inquit Acur ſ.hic.Vn-
de prædia domus Auguſtæ di-
cuntur,quę ad ipſam domum Au
guſtam, ideſt, ad priuatum Au-
guſti, Auguſtæq; patrimonium,
& fiſcum pertinent:& in hoc ſen-
ſu accipi debet pręfata rubri pars
ibi,domus Auguſtæ: quo reten-
to interponenda eſt in rubro co-
pulatiua,&,ibi, & domus Augu-
ſtæ. Et quod de vtriuſque patri-
monij prædijs intelligatur, etiam
probatur,quia in vtriſque eadem
ratio huius tituli diſpoſitionis mi-
litat. Rurſus quoniam de omni-
bus in duobus titulis ſequentibus
tractatur, & probabile eſſe,etiam
in titulo. 1. ſuperiori tractari, ibi
diximus:vnde conſentaneum eſt,
vt eadem materia continuetur.
Igitur de conductoribus, procura
4 toribus, & actoribus huiuſmodi
prædiorum is titulus eſt: condu-
ctores ſunt, qui eadem prædia ha
bent conducta,ſiuè ea priuati,ſiuè
publici patrimonij, & fiſci Impe-
ratoris ſint: procuratores autem,
& actores, in diuerſa, variaque fe-
runtur ſignificata, vt diximus in
titul.ff.de procurat. Et videre li-
5 cèt apud Briſ. & Frateium verbo,
procuradores, & verbo, *actores*.
Sed in hoc titulo, ſunt adminiſtra-
tores eorundem prædiorum fiſ-
calium,vel patrimonij priuati Im
peratoris, aliarumque rerum ad
domum regiam, & Imperialem
pertinentium, ſecundum Lucam
Penenſem,in l.vnic. infra eodem,
quos exiſtimo eſſe miniſtros, &
officiales procuratoris Cæſaris, ſi
agatur de patrimonij priuati prę-
diorum adminiſtratione, vulgo.
Los tinientes, oficiales, miniſtros, y fatores del mayordomo mayor, y de los demas moyordomos del Rey, y Reyna.Et etiam procuratoris fiſ-
ci,ſi de prędiorum patrimonij pu
blici, & fiſcalis ad miniſtratione
tractetur,vulgo. *Los que oy llamamos tinientes de fiſcales*, iuxta ea
quæ diximus in titul. 1.ſuperiori,
numer.3.& in titul. ff. de officio
procurator.Cæſaris, & in titulo,
C.vbi cauſæ fiſcales, & in titulo,
C.de offi.comitis rer. priuatar.&
de iſtis loquitur,l.vnica in fra titu
lo.1.vbi Cuiacius,& l.2.infra titu
lo.2.hoc libr.11. Sanè huiuſmodi
procuratores,& actores vocantur
homines prædiorum fiſcalium,&
6 domus Auguſtæ in præfata.l.vni
ca infra hoc titul. Qua cauetur,vt
tales conductores, procuratores,
ſiuè actores in exercendis litibus,
ſiuè agant,ſiuè conueniantur,cō-
muni, & ordinario iure vtantur,
& ne alienarum litium procura-
tionem,vel patrocinium, vel exe-
cutionem ſuſcipiant, vel quem-
quam deferant, alioquin grauius
ipſi

ipſi punientur, quàm cæteri, qui mandatis Principum non obtemperant: & hæc eſt totius tituli
7 ſumma. Ex qua, & paulò antea dictis colligitur talis ad eius rubrum expoſitio, titulus 71. qui agit de conductoribus, qui prædia publici, vel priuati patrimonij, vel fiſci Imperatoris habent conducta, & procuratoribus, ſiuè actoribus, ideſt, ad miniſtratoribus prædiorum fiſcalium, quę ad publicum, & fiſcale patrimonium expectant, & domus Auguſtæ, hoc eſt, prædiorum, quæ ad domum Imperialem Imperatoris, & Imperatricis, eorumquè priuatum patrimonium, & dominium pertinent, oſtendens qualiter ſuper his debeant in iudicio litigare, & quo iure, & ordine, Et prohibens alijs litigantibus patrocinium, vel procurationem præſtare. Et videnda ſunt à nobis ſcripta in duobus titulis primis inferioribus.

(.?.)

Titulus LXXII.

Quibus ad conductionem prædiorũ fiſcalium accedere non licet.

SVMMARIVM.

1 *Præludium, remiſſiuè.*
2 *De quorum prædiorum conductione loquatur hic titulus.*
3 *Perſonæ quibus prohibetur talis conductio.*
4 *Rubricæ conſtructio, & declaratio.*
5 *Leges regiæ huc reſpicientes citantur.*

1 Remittẽda ſunt quæ ſcripta reliquimus in duobus titulis proximis ſuperioribus, vbi diximi prædia fiſcalia eſſe in duplici differentia: quędam, quæ pertinẽt ad publicum, & fiſcale Imperij patrimonium. Alia, quæ ad priuatam Imperatoris ſubſtantiam, priuatumque fiſcum expectant.
2 Quo ſuppoſito de vtriuſq; patrimonij

monij prædiorum conductione,
hunc titulum agere aſſeuerandũ
eſt:nam de vtriſque prædijs loqui
tur titulus proximus ſuperior, &
etiam proximus inferior, inter
quos,& iſtum plana datur conti-
nuatio eiuſdẽ materiæ. Docemur
3 igitur hoc titulo,quibus perſonis
huiuſmodi prædia fiſcalia condu-
cere non licèt,cuiuſmodi ſunt Pa
latini, qui in officio rei priuatæ
Imperatoris militant, ideſt,mini-
ſtri,atque officiales procuratoris
Cæſaris,ſeu Comitis rerum pri-
uatarum,eiuſque apparitores, de
quibus quidquam diximus in ti-
tulo.1. ſuperiori. Rurſus,& mili-
tes armatæ militiæ,vulgo. *Loscaualleros ſoldados*, & curiales,vul-
go,*regidores*, qui omnes ab iſtorũ
prædiorum conductione arcen-
tur,l.vnica,infra eodem.Cuius,&
totius tituli hæc eſt ſummaria cõ
4 cluſio,&intentio.Ex qua,& antea
dictis, talis dari poteſt ad eius ru-
brum conſtructio , & explicatio,
titulus.72.quo docemur, quibus
ad conductionem prædiorum fiſ-
calium accedere non licèt . Fiſca-
lium (inquam,) ideſt,ad vtrumq;
Imperatoris fiſcum, & patrimo-
nium publicum,& priuatum,per
tinentium . Huc reſpicere viden-
tur,l,2.titul.12.p.5.vbi Grego
5 rius,gloſſ.1.& 2. & l.3.titu.
5.libr.7.nouæ Recopila.
Vbi Aceuedus.
(. ? .)

Titulus LXXIII.

De collatione fundorum fiſcalium, vel rei priuatæ, vel dominicæ, vel ciuitatis, vel templi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio,quid ſit.*
2 *Fũdi Fiſcales rei priuata, vel dominica, & ciuitatis, & templi, qui ſint,remiſsiuè.*
3 *Huius tituli ſumma , breuiter refertur.*
4 *Ex ea illatio quadam deducitur.*
5 *Rubrica tenor exponitur.*
6 *Multiplex differentia inter hunc titulum , & titulum, 64. ſupra hoc libr. 11. traditur.*

1 COLLATIOnis
ſignificata varia,di-
uerſaque in iure no
ſtro inueniuntur,
vt diximus in titul.
de operæ a collatoribus exigantur.
Verũ in huius tituli tractatione, col
latio eſt tributorũ,quæ Imperatori,

regi,vel Principi, aut reipublicæ debentur,ſolutio, & contributio, l.fin.infra eodem, & in hac ſignificatione accipitur, etiam in titul. 1.inferiori. Capitur etiam in hoc titulo pro ſolutione penſionum, ad quas tenentur cōductores prędiorum fiſcalium, & rei priuatæ, vel dominicæ,& ciuitatis,& templorum,ratione ipſius contractus conductionis,l.1.l.2.infra eodem.
2 Qui autem & quales ſint fundi fiſcales,& fundi rei priuatæ, vel dominicæ,ac fundi ciuitatis,& templorum,de quibus hic titulus inſcriptus eſt, diffuſe oſtendimus in titulo.69.& in titulo.70. ſupra hoc libr.11.& alibi ſæpè. Quibus
3 præcognitis, quæ de collatione horum fundorum, hoc titulo definiuntur,& tractantur, hæc ſunt. Primò, vt Præſes prouinciæ, & ſui miniſtri, & officiales poſſint mercedes, ac penſiones exigere ab illis, qui prædia rei dominicæ habent conducta,debentque fauorem impartiri officialibus procuratoris Cæſaris, vel fiſci fiſcalia debita exigentibus,dict.l.1.item, vt Palatini miſſi per Comitem rerum priuatarum ad Præſides prouinciarum cum literis, vt diligenter ſe habeant circa exactionem penſionum fiſcalium modeſte,ac temperate ſe gerere debent, l.2. (Qui autem ſint huiuſmodi Palatini, in duobus titulis proximis ſuperioribus dixi.) Rurſus ne prædia rei priuatæ, & confiſcata excuſentur à præſtatione annonarum, & opinionis, id eſt, cenſus, nec à curſu debito tranſuectionis publicarum ſpecierum, l. fin. Et iſta eſt totius tituli ſum-
4 ma. Ex qua, & ſuperioribus colligitur. Primò, quod in legibus illius tituli nulla de prædiorum ciuitatis, & templi collatione expreſſa mentio fit, ſed rubrica noſtra indicat, idem ius in eiu[illegible]eſſe conſtituendum, quod in cæteris.
5 Secundò,colligitur ad præſens rubrum huiuſmodi interpretatio, & constructio,titulus. 73. in quo tractatur de collatione fundorum, &c. De collatione, id eſt, de ſolutione, & contributione penſionum,& tributorum,quas,quęuè præſtare tenentur conductores prædiorum fiſcalium, id eſt, ad publicum, & fiſcale Imperij patrimonium pertinentium, vel 4
rei priuatæ, vel dominicæ, hoc eſt, quæ in priuato Imperatoris patrimonio, & dominio continentur, vel ciuitatis, id eſt eorum prædiorum: quæ ſunt propria cuiuſuis populi, & ciuitatis, vel templi, id eſt, Eccleſiæ Chriſtianorum: oſtenditur quidem per quos eiuſmodi penſiones,& tributa, & quo moderamine exigantur, & ad quæ tributa tales fundi teneantur. Diſtat autem hic titulus multipliciter à tit. de collatione fundorum patrimonialium

ſupra hoc lib. 11. Primò, quod ille agit de fundis patrimonialibus, ideſt, ad vtrumq; Imperatoris patrimonium pertinentibus in emphiteuſim conceſsis: hic autē de locatis, & conductis. Secūdo, quod ille dumtaxat loquitur de fundis patrimonialibus Imperatoris, iſte verò non tantum de illis, ſed etiā de fundis ciuitatum, & templorū. Differt, & alijs modis, vt oſtendit Platea, hic.

Titulus LXXIIII.

De priuilegijs domus Auguſtæ, & rei priuatæ, & quarum collationum excuſationem habeant.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, quid ſit.*
2 *Quid excuſatio, remiſſiuè.*
3 *Domus Auguſta, quid.*
4 *Quid res priuata.*
5 *Collatio, quid.*
6 *Quæ tractentur hoc titu. ſummatim oſtenditur.*
7 *Rubrica tenor, ac ſeries conſtruitur, & exponitur.*

1 PRO præſentis tituli introductione de ſingulis rubricæ verbis exponendis, quā primum nobis differendum eſt, priuilegium quid ſit, & quot ſignificatibus contineatur, oſtendimus in rubriaca, extra de priuilegijs, ſed in hoc titulo accipitur pro aliquorum munerum, vel tributorū excuſatione, vt infra videbimus, & probat. l. 1. & fin. infra eodem,
2 Et quid ſit excuſatio, diximus in titulo de excuſationibus muner. ſupra lib. 10. & ff. de vocatione, & excuſa. muner. & quid ſit domus Auguſta, explicuimus in titulo. 71. ſupra, hoc lib. 11. vbi diximus
3 quod eſt domus Imperialis, ſcilicèt, Imperatoris Auguſti, & Imperatricis Auguſtæ vxoris eius: etenim Imperatores omnes Auguſti appellantur, vt patet in rubrica prohemi. ff. veteris, & inſuperſcriptione tituli, C. de nouo C. facien. & in inſcriptione prohemi inſtitution. Iuſtiniani, vbi gloſſa, & interpretes rationē, & Etymologiam huius cognominis do
4 cent. Res priuata, eſt priuatum patrimonium, priuataq; ſubſtantia ipſiꝰ domꝰ Auguſtæ, ꝙ quidē Imperator, vel Imperatrix tāquā priuatus, vel priuata poſsidet, nō vt Imperialis perſona. Duplex namquè eſt Principis patrimonium, videlicèt, publicū, ſeu fiſcale, & priuatū

vt fuſius reſoluimus in titulo de
iur. fiſci, ſup.lib.10.& in tit.de fun
dis patrimonial.ſupra libro. 11.&
in multis alijs locis,& non de fiſca
li,& publico,ſed de priuato loqui
tur titulus iſte, quod res priuata
in præſenti rubro appellatur, &
res dominica, vt in titulo de fun-
dis rei priuatæ,& in titul. de fun-
dis rei dominicæ expoſitum no-
5 bis eſt. Collatio autem, & ſi plura
ſignificet,vt diximus in titulo ne
operę à collatoribus exigantur,ſu
pra lib. 10.& in titul. 1. ſuperiori.
Tamen in hoc titulo, idem eſt
collatio, quod tributorum ſolu-
tio, & contributio,ac munerum
præſtatio,in quo ſenſu etiam capi
tur in dict.titul.ne operæ à colla-
tor.& in dict.titul.1. ſuperiori, vt
ibi diximus, & alijs pleriſque lo-
6 cis. His ita explicitis,quæ hoc tit.
tractantur, hęc ſunt.Primò,quod
prædia Imperatoris, vel Impera-
tricis, quæ ad eorum priuatum
patrimonium pertinent, eorum-
que conductores,& Coloni,à ſor-
didis muneribus,& tributis ſuper
indictis,& extraordinarijs,priuile
gium habeant excuſationis, l. 1.l.
fin.inf.eo. Deinde quod huiuſmo
di à prædia eorumque conducto-
res,& Coloni a tranſuectione pu-
blicarum ſpecierum,non excuſan
tur,l.2.nec à collatione ſtipēdij mi
litibus aſsignati, l.3.nec ab inſtru-
ctione,aut reparatione viæ publi-
cæ,& pontium,& ſtratarum, l.4.
Et iſta eſt præſentis tituli diſpoſi-
tio,ſummariaque intentio,ex qua
& ſuperius dictis patens deduci-
7 tur talis ad eius rubrum conſtru-
ctio, & interpretatio, titulus.74.
in quo tractatur de priuilegijs do
mus Auguſtæ,ideſt,domus Impe
rialis,ſcilicet, Imperatoris,& Im-
peratricis, & rei priuatæ, hoc eſt
prædiorum, quæ ſunt in priuato
Imperatoris, vel Imperatricis pa-
trimonio, & dominio. Oſtendi-
turq; quarum collationum,ideſt,
quorum munerum, & tributo-
rum pręſtationis,& ſolutionis ex-
cuſationem habeant, ſcilicèt,ipſa
prædia domus Auguſtæ,& priua
tæ rei, vel priuati patrimonij ip-
ſius.

Titulus LXXV.

De grege dominico.

1 *GREX quid ſit, exponitur.*

2 *Quid grex dominicus, & de quo grege loquatur is titulus, declaratur.*

3 *Huius tituli ſumma, & intentio, traditur.*

4 *Rubrum explicatur.*

5 *An in caſu l. vnica infra eodem locum habeant pœna furti per remiſsionem, traditur.*

Grex

1 GREX eſt animalium paſcentium congregatio, l. 2. ff. ad l. Aquil. vbi Iuriſconſultus ait, oues, capras, boues, equos, mulos, aſinos, gregatim paſci poſſe, & tradit Cicero, in Phil. 1. Et gregem ex Græca voce appellari docet, Feſtus li. 7. gregem autem faciunt decem oues, & quinque, vel quatuor porci, vel
2 ſues, l. 2. ff. de abigeis. Verùm in præſenti titulo tantum agitur de grege dominico equorum, vel equarum, & non aliorum animalium, vt probat, l. vnica infr. codẽ, vbi Ioan. de Platea notat. Dicitur autem grex dominicus, grex Imperatoris, vel Principis, qui eſt in eius priuato dominio, & patrimonio, nõ publico, vel fiſcali: id enim ſignificat illud adiectiuum, dominico, vt in ſimili diximus in titul. de fundis rei dominicæ, ſupra hoc libr. 11. & de hoc propriè iſtum titulum agere intrepidè aſſerendum eſt: nihilominus tamen, ſi Imperator haberet gregem ad publicum, & fiſcale patrimonium eius pertinentem, huius tituli diſpoſitio in eo quoque procedere poſſet, Imperator enim dominus appellatur, l. 3. ff. de in teſtamento delen. l. deprecatio. ff. ad l. Rodhiam, de iactu qui duplex habet patrimonium, duplicemq; fiſcum, publicum, ſcilicèt, & priuatum, vt fuſius reſoluimus in titul. de iure fiſci, ſupra lib. 10. & in tit de fundis patrimonia. ſup. hoc
3 li. 11. & ſæpiſsimè alibi. Propriè tamen de grege, qui in eius priuato patrimonio, & dominio cõtinetur loquitur titulus iſte, quo quidem definitur, & cauetur, vt qui equum, vel equam ex grege dominico ſubtraxerit, nec vltro reddiderit in vna libra auri mulctetur, ſi ex alio grege quàm dominico in ſemi libra, l. vnica infra eodem, vbi Alciatus, & Cuia. exponunt, qui ſint equi Hermogeniani, & Palmati, quorum ibi mentio fit. Et
4 hęc eſt totius tituli ſumma mens, atque intentio. Ex qua, & paulò antea dictis hęc dari poteſt ad eius rubrum interpretatio: de grege dominico, id eſt, titulus. 75. qui agit de grege dominico, hoc eſt, de grege equorum, vel equarum domini Imperatoris, oſtendens qua pœna plectantur equos, vel equas ex tali grege ſubtrahentes, nec vltrò reſtituere volentes. An autem in caſu dict. legis vnicæ, infra eodem, habeant locum aliæ pœnæ furti, necne? diſputant ibi Bartol. Platea, & alij.

Digitized by Google

Titulus LXXVI.

De Palatijs, & dominibus dominicis.

SVMMARIVM.

1 *Præludium.*
2 *Palatium dominicum, & domus dominica, quid ſit, & num. 3.*
3 *In quo differant.*
4 *Tituli ſumma.*
5 *Præſentis rubri expoſitio.*

1 Duplex eſt Imperatoris patrimonium, publicũ, vel fiſcale, & priuatum, qua de re ſæpiſsimè faſi ſumus in titulo ſuperiori, & in alijs pleriſque, quorum aliquot ibi citauimus, vbi videndum eſt pro iſtius tituli fundamento.
2 Quo præiacto intellige, quod Palatium dominicum, & domus dominica, de quibus agit is titulus, propriè appellatur ædes Principis, vel Imperatoris, quæ ad eius priuatum non publicum patrimonium, atque dominium pertinent. Vt putà ſi ipſe conſtruxerit, ædificauerit, aut emerit, vel alio titulo acquiſierit, id enim ſibi vult adiectiuũ illud dominicis, quemadmodum idem diximus de grege dominico in titul.1.ſuperiori, & de fundis rei dominicæ in titulo de fundis rei dominicæ, & agricolis & colonis dominicis in titulo. 67. ſupra hoc lib. 11. Fateor tamen, quod ſi Rex, vel Imperator haberet ædẽ, quæ ſit in eius publico, & fiſcali patrimonio, in ea quoque procederet pręſentis tituli diſpoſitio ex rationis identitate, quia Imperator dominus appellatur, l. deprecatio, ff. ad l. Rodian. de iactu. & diximus in dict. tit. 1. ſuperiori: propriè verò de æde Principis, quę ad eius priuatum dominium, & patrimonium expectat, loquitur titulus iſte, vt modo dictum eſt. Porrò in pręſenti rubrica, Palatium, & domus, vt diuerſa ſeparatim ponuntur: nam differunt inter ſe in hoc, quod Palatium eſt ampla domus Regis, vel Imperatoris, in qua multi vagantur, & quæ eſt ipſius Principis habitatio, & dicitur Palatium à Palla-
3 de Archadium Principe, in cuius honorem Archades oppidum cõſtruentes domũ ipſius Regis Palatium vocauerunt, vt interpretatur Penenſis, hic, ſed Cyrillus Græcus interpres à Palatiuo mõte deriuari aſſerit, vel appellatur Palatium, quia omnia ibi patent, l.29.ti.9.p.2. Indeq; Palatini dicũtur, qui ſunt de Palatio, vt voluit Platea hic. Domus autẽ eſt quælibet alia domus, etiam ſi ampla non

nõ ſit:itaque Palatium dominicũ accipitur pro ipſius Principis habitatione,&domus dominica pro qualibet eius domo,quæ eius habitatio ordinaria non ſit, & tam domus quàm Palatium ædiũ appellatione continentur,l.vnica infra eodem : qua cauetur priuatis
4 perſonis,non licere habitare in Palatijs , & domibus Imperatoris, nec illa ad eorum vſum conuertere . Et hæc eſt tituli ſumma, ex qua,& ſuperioribus datur ad eius rubrum talis expoſitio,titulus 76.
5 qui agit de Palatijs , & domibus dominicis,id eſt, ad priuatum Imperatoris patrimonium,& dominium pertinentibus,prohibens ea ad habitationem,vel vſum priuatorum conuerti,& deputari.

Titulus LXXVII. De cupreſsis ex Lucodaphnenſi,vel Perſeis,per Aegytũ, non excidendis, vel vendendis.

SVMMARIVM.

1 *Lvcuſdaphnenſis,vbi ſit,& prior rubri pars declaratur.*

2 *Secunda rubricæ pars,ibi, vel Perſeis,exponitur.*

3 *Tertius tituli definitio, & ſumma,traditur.*

4 *Rubri tenor,explanatur.*

5 *Ratio deciſionis prohibitiuæ huius tituli per remiſsionem, redditur.*

1 Lvcuſdaphnenſis erat ſuburbis ciuitatis Antiochię,in Syria cupreſſis obſitus,& abundans omnium, qui ſub cœlo ſunt amenisſimus, vt tradit Nicephorus Caliotus, lib. 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſ.c.28. Alciatus, in l.fin.inf.eo.& hic Cuia. in l.1.infr.eod.quæ l. id manifeſte probat,ibi ſi quis Daphnenſis Luci in Syria, & præfa.l. fin. vulgo, *Boſque que ſe llamaua Daphnenſe, ameniſſimo, y deleytoſo*. Et de hoc loquitur prima pars rubricæ, ibi,de cupreſsis ex Lucodaphnenſi,pro alterius partis explicatione
2 ibi, vel Perſeis, &c. Animaduertimus,variam eſſe eius lectionem, & inſcriptionem . Quidam enim ibi Perſeis, legunt Perſeidis: aſſeruntq; nomen eſſe regionis Perſarum vbi cupreſſi ; alijq; multi arbores creantur, in quam ſententiam ire videntur Accurſ. & antiquiores, & Alciatus, alijque ab ipſo relati hic . Quidam verò, Perſeis) legendum eſſe putant , & nomen eſſe arborum ; non regionis , cuius ſententiæ videntur eſſe , idem Aurſius, Ioannes de Platea , & anti-

antiquiores alij, & Soſomenus, citatus per Alciatum, hic & Cuia. in dict. l. 1. infra eodem. Sed prior lectio crebrius placuit, & veriſsima eſt, vt nomen ſit regionis, non arborum: vnde corrigeda eſt illa particula, Perſeis; de qua in rubrica noſtra, & in dict. l. 1. & pro Perſeis, legendum eſſe Perſeidis, ſitque genitiuus, huius nominis Perſeis, qui eſt nominatiuus, quod ita inflectitur per tertiam declinationem, Perſeis, Perſeidis, vt tenent 4 Acurſ. & Alciatus, hic. Eſtque nomen regionis in Ægypto, non in Perſia, vt aliquot ex auctoribus, ſupra citatis voluerunt, idque patet ex præfa. l. 1. ibi, vel Perſeis in Ægypto, & in hac rubrica, ibi, vel Perſeis per Ægyptum. Ex quibus
3 ita expoſitis colligitur, quod in preſenti rubro, & titulo de duobus tractatur. Primò de cupreſsis Lucidaphnenſi, qui eſt in Prouincia Syriæ, in ciuitate Antiochiæ. Secundò de cupreſsis, qui ſunt in quadam regione Ægypti, 5 quæ appellatur, Preſeis, & hæc definiuntur, quàm primum, quod ementes, & vendentes cupreſſos, ex Lucodaphnenſi. qui eſt in Syria, vel ex regione Preſeidis, quæ eſt in Ægypto, quinque libris auri multandi ſunt, dict. l. 1. Deinde, vt nullus poſsit in Lucodaphnenſi incidere cupreſſos, nec in eo collapſas in alium locum tranſportare, ſine licentia præfecti prætorio, & plantans cupreſſum ſeu cipreſſum, non poteſt loco eius aliā amputare, ſed pro tali planta vnam libram auri a fiſco conſequitur, d. l. 1. Et iſta eſt totius tituli ſummaria definitio, mens, & intentio, ex qua, & ſupra dictis deduci poteſt ad eius rubrum huiuſmodi expoſtio, titulus 77. qui agit de cupreſſis non excidendis, nec vendendis, nec emendis ex Lucodaphnenſi, qui eſt in prouincia Syriæ, in ciuitate Antiochiæ, nec ex regione Preſeidis, quæ eſt in Prouincia Ægypti, hoc eſt, qui vetat cupræſſos excidi, vel amputari, vel vendi aut emi, quę in ijs locis naſcuntur. Rationem autem huius prohibitionis tradit Penenſis, hic. Et Pineda. 1. par. libr. 7. de la Monarchia Eccleſiaſti. c. 27. §. 2.

(.?.)

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis, ex repetita prælectione, liber duodecimus.

TITVLVS PRIMVS.

De dignitatibus.

SVMMARIVM.

1 *DIGNITAS accipitur multipliciter, & nu. 2.*
2 *De qua dignitate loquitur titulus iſte.*
3 *Dignitas, & nobilitas, an ſint idem.*
4 *Dignitatis definitio traditur, & exponitur, & numer. ſequentibus.*
5 *Dignitas attenditur ex conſuetudine, regionis.*
6 *Quis poteſt dignitates conferre.*
7 *Quatuor ſunt gradus dignitatum, & quales.*
Altiati opinione exploſſa.
8 *Quo diſtet hic liber. 12. a lib. 1. C. & ff. veteris.*
9 *Iſtitulus ad ſequentes huius libr. 12. generalis eſt.*
10 *Huius tituli ſumma.*
11 *Rubri interpretatio.*
12 *Allegantur leges Regiæ huc pertinentes.*

1 DIGNITAS accipitur multifariam, vt docent Penenſis, & alij, hic,

hic,& Bartol.in repeti. l. 1.num. 44. cum ſequentib. infr. eodem, vbi Platea,num.3. gloſ. in cap.2. extr. de cleric. non reſid. Primò, pro officio, quod habet dignitatem annexam,c.de multa,& toto titul.extr.de præbend. l. 1.ff.ad l. Iul. de amb. vbi gloſ l. honor in princ.ff.de muner.& honor. & de hac dignitate non loquitur titulus iſte. Secundò,ſumitur dignitas pro quadam qualitate alicui perſonæ inhærenti, per quam 4 ipſa perſona diſtinguitur a plebeis & hæc conſideratur dupliciter. Primò, in genere,prout ipſa ſtat in nomine generis ſui,nō autem ſub ſpeciali gradu dignitatis, vt eſſe Decurionem, militem clericum,&c.l.ſpurij in principio,ff. de Decur. l. ne quis, C. vt nemo priuatus.Secundò, prout profertur ſub ſpeciali gradu dignitatis, vt puta ſuper illuſtrium, illuſtriū ſpectabilium, & clariſsimorum: (hi etenim ſunt gradus dignitatum, & de iſta dignitate hoc duplici modo accepta, & conſiderata eſt præſentis tituli tractatus, & ferè totus hic liber. 12. vt tenent præfati ſcriptores:qui quidem cōſtanter aſſerunt, quod eiuſmodi
3 dignitas quatenus eſt qualitas inhærens perſonæ ſeparata ab officio,& adminiſtratione, idem eſt quod nobilitas;per eam enim dicitur quis, vt nobilis differre à plebeio.l.1.in fin.l.3.§. tutores, ff. de ſuſpect.tutor.& de hac intelligitur illud Matthæi, cap.11. Venit Ioſeph Abarimatia, nobilis Decurio,&c.Quaſi dicat,erat nobilis, quia poſitus erat in dignitate Decurionatus. Vnde ſecundū communem vſum loquendi paſſim nominamus,eam dignitatem à qua procedit nobilitas,vt Reges Duces,Comites,Marchiones,&c. Vt inquit Bartol.vbi ſupra, num. 46.& ibi Platea,numer.4. Et quatenus huiuſcemodi dignitas conſideratur, idem quod nobilitas plures patitur definitiones,quas tradunt Bartol. & Platea vbi ſupra, Caſaneus.8. part.in princip. Otalor.de nobili. 2. par. cap. 4. Sed ea plus mihi placet, quam docet Bartol.vbi ſupr.numer.61.his verbis.Dignitas ſeu nobilitas, eſt qualitas illata per principatum tenentem,qua quis, vltra honeſtos plebeios, acceptus oſtenditur. Quam ſequuntur Platea, & alij ſcribentes,in dict. l. 1.infra eodem quamuis ab illa diſcedat Otalora, in loco citato. Dixi in definitione,qualitas,quia nobilitas,ſeu dignitas,eſt qualitas,quæ poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, quod probatur:nam mulier plebeia nupta nobili,ſtatim efficitur nobilis, l.mulieres infra eodem, l. fœminę, ff. de ſenat. & per contrarium mulier nobilis ſi nubat plebeio,deſinit eſſe nobilis,dict.l.1. infra eod. ad

ad fin.verſic. non priuatæ conditionis:rurſus patet in eo cui Princeps denuo dignitatem concedit, vt in toto iſto lib.12.& in eo quoquè,qui propter delictum dignitatem perdit,l.iudices.l.quotiens §. in criminalibus, infra eodem.
5 Item ex conſuetudine regionis attenditur,& introducitur dignitas ſeu nobilitas,argum. l.fin. ff. de muner. & honor.c. de multa, vbi gloſſ. & Innoc. extr. de præbend. quemadmodum officium reputatur vile, vel honorabile,ſecundum conſuetudinem regionis,vt tradit Bartol. in l. vnica de mulieribus, & in quo loco, ſupra lib.10.Dixi,illata, quoniam à ſe
6 ipſo nullus poteſt ſibi ipſi dignitatem aſſumere, nam incidit in pœnam falſi,l.eos.§.fin.ff. ad l. Cornel.de falſ. & rurſus,illata dicitur ex mera gratia cōcedentis,quamuis poſſent præcedere cauſæ impelentes ex congruo ad dignitatem concedendam,vt tradit Bartol.vbi ſupra,numer. 64. & 65.& Platea,numer.7. ſequitur in definitione per principatum tenentem : nam Princeps ſolus, & qui obtinet Principatum ſolū confert dignitates,l.ſi conſtat,de appella. cap.2.de electione,& tradit Bobadilla,lib. 3. cap. 2.numer.1.ſiuè ſit Princeps cœleſtis,vt Deus optimus maximus,qui dignitates ordinauit,vt patet 3.Regum per totum,ſiuè terreſtris,vt Papa,Imperator,Rex,cap.ſolitæ, de maioritate,& obedient. vel alius magnus vir,qui conferendi dignitates habeat poteſtatem à Princepe, lege,vel conſuetudine:argum. l. 1. C.de emancipa.liber. l. 1. l. fin.ff. de muner.& honor. & docet Platea, in loco modo citato,nume. 8. Tandem dixi,vltra honeſtos plebeios, acceptus, quia ex plebeis quidam ſunt honeſti,quidam viles,l.nequis infra eodem,l.capitalium.§.1.ff.de pœnis, & licèt honeſti ſint magis accepti, quàm viles, non tamen ſunt nobiles, nec deſinunt eſſe plebei, vt docent Bartol.& Platea,vbi ſupra. Vnde à plebeis diſtinguitur nobilis,&in dignitate poſitus, vt ſupra diximus.
7 Porrò dignitatum quatuor ſunt gradus,videlicet, ſuper illuſtres,illuſtres ſpectabiles,& clariſſimi,gloſſ.in prohemio, inſti. §. cumque hoc, & tradit Lucas Penenſis hic,& Rebuffus,in dict.l. 1. infra eodem,& diximus latè in titulo.C.vbi ſenatores, vel clariſsimi,vbi rem cum exemplis clariorem luce meridiana fecimus, quod tamen non procedit ſine contradictione: extat enim ea de re Alciati opinio aduerſa, libr.3. diſpunct.cap.4. qui quidem gradus dignitatum ad clariſsimatus, equitatus,& perfectiſsimatus ordines reducit,idque pluribus auctoritatibus probare contendit, ſed nihilominus verior eſt præfatus

tus ordo dignitatum, ex his quæ
ſcribimus in dict.titu. C.vbi Sena
tores,vel clariſsimi, & probat, l.
clariſsimis, vel ſpectabilibus, l.
quotiens,l.Senator inf.eo. l.2.lib.
10. infra de metatis, lib.12.cum
alijs huius libr. quæ harum dig-
nitatum mentionem faciunt, &
tradit Bobadilla, lib.1.cap.9.num.
14.& 15.Caſaneus in Cathalogo,
gloriæ mundi. 6.& 7.part.Petrus
Gregorius de Syntagm. iuris lib.
47.cap.12.ad fin.n.18. Aliquando
tamen earum certa definitio non
eſt,nam eoſdem clariſsimos, aliàs
ſpectabiles appellare Imperatori
bus placet: crecit enim,vel dimi-
nuitur officij dignitas arbitrio
Principis ex ipſa rerum acceſsio-
ne, vel deciſione, vt docet Cuia.
in l.fin.infra de ſilentiarijs,hoc li-
br.12.Menochius de arbitra.cent.
1.caſu 68.Nec oberunt Alciati au
ctoritates:ſunt etenim intelligen-
dæ ſecundum hanc Cuiacij, Pe-
tri Gregorij, & Menochi reſolu-
8 tionem.Sanè non abs re,quis po-
teritdubitare quo diſtet is titulus:
imò totus hic liber. 12. à primo
libr. Codicis,& à primo lib.ff.ve-
teris,in quibus etiam de dignitati
bus tractatur. Cui obiectioni reſ-
pondetur,quod in illis librispotiſ-
ſimum agitur de officijs magiſtra
tuum,ex quibus ſequitur digni-
tas,puta de officio Senatorum, de
officio præfecti prætorio, de offi-
cio Proconſulis,de officio Comi-
tis rerum priuatarum, de officio
Præſidis, & de alijs. Sed in hoc
libro principaliter tractatur de ip
ſa dignitate,& de priuilegijs,quæ
ratione ipſius dignitatis compe-
tunt, l.4.5.7. cum alijs infra eod.
Propriè enim loquendo, aliud eſt
officium,&aliud dignitas,quæ ex
ipſo oficio ſequitur, verbi gra-
tia,poteſt quis haberedignitatem
ſenatoriam, vel conſulatem, quã-
uis,non ſit ſenator aut conſul, di.
l.1.infra eodem l. 4.infra de con-
ſulibus hoc libr. 12.Et per contra
rium poteſt quis habere officium
ſenatoris,vel conſulis, & non ha-
bere dignitatem,vt docet Barto.
in præfa.l.1.numer.37.& in l. quo
tiens, infra eodem, & Rebuffus
9 hic. Igitur magiſtratus maiores
dicuntur habere dignitatem ra-
tione officij ſibi iniuncti, vt ſena-
tores,prætores,conſules,præfecti
prætorio,præfecti vrbi, & pleri-
que alij alia officia publica poſsi-
dentes,de quibus datus eſt titulus
iſte,quorum aliqui ſuperilluſtres,
quidam ſpectabiles,alij clariſsimi,
alij illuſtres appellantur, vt ſupra
diximus,& in dict. titulo. C. vbi
ſenatores,vel clariſsimi, & tradit
Menochius,& PetrusGregorius,
vbi ſupra,& ſic hic titulus de dig-
nitatibus inſcriptus, generalis eſt
ad omnes titulos ſequentes: qui
quidem ſequentia docet,& conſti
10 tuit. Primò,quod mulier nobilis
ex progenie ſua,retinet ſui gene-
ris

ris nobilitatem,& dignitatem, vt patris,vel aui,etiamſi nubat nobili viro inferioris dignitatis, dict.l. 1. Item, vt infamia iuris,vel facti notatis,vel ſcelere, aut vitæ turpitudine inquinatis nullæ pateant portæ dignitatum, l. 2. Et quod dignitas maior ſuperueniens non tollit priuilegia minoris dignitatis præcedentis,l.3. Deinde quod ſenatores,eorumque bona,& homines à ſordidis, & extraordinarijs muneribus excuſentur, l.ſenatorum,neque ad publica ædificia extruenda teneantur conferre, l. quoniam, ab omnique iniuria defendantur, l. ius ſenatorum. Rurſus, quod negotiatores artium viliſsimarum ad dignitates nequeant adſpirare, l. nequis,& vt conſtituti in dignitate etiam clariſsima torqueri non poſsint,l. ſeueram.Præterea, quod mulieres mariti ſui matrimonio coruſcant, & nobilitantur,ac viri priuilegijs, nobilitate,& dignitate gaudeant, atque eorum forum,& domiciliũ ſequantur,l.mulieres, infra eodē.
11 Docet, & alia,quæ breuitatis ſequendæ gratia omittimus ſatisſit hæc in mediũ attuliſſe pro quali quali præſentis tituli ſumma percipienda,ex qua, & ſupra expoſitis datur ad eius rubrum huiuſmodi interpretatio, titulus primus, qui agit de dignitatibus,quas,ſcilicet, habent ſenatores, & præſides,alijque magiſtratus maiores ratione ſui officij. Et de dignitatibus etiã, quæ ſeparatæ ſunt ab officio, & adminiſtratione,in quibus, & nobilitas includitur, oſtenditque, quæ ſint harum dignitatum pri-
12 uilegia. Huc reſpicere videntur l.7.& ſequentes titul. 18.p.4.

Titulus II.

De prætoribus,& honore præturæ, & collatione glebæ,& folli,& ſeptem ſolidorum functione ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica diuiſio.*
2 *Officium, & dignitas prætoris, remiſsiuè.*
3 *Gleba,quid ſit,quidque glebæ collatio.*
4 *Ex ſenatoribus eligebantur prætores,& quo tempore.*
5 *Follis,quid ſit,& num. 6.*
6 *Differentia inter glebam, & follem.*
7 *Semptem ſolidorum functio, quid ſit.*
8 *Tituli ſumma & intentio.*
9 *Rubri conſtructio,& declaratio.*

10 *Iſtius*

Digitized by Google

10 *Iſtius tituli ad proximum ſuperiorem continuatio.*

1 DVas in partes di
uidi poteſt ru-
brica noſtra. Pri
ma continet ver
ba illa de præto
ribus,& honore
Præturæ. Secunda reliquum teno
2 rem complectitur . Et pro primæ
explicatione agendum erat hic de
officio prætorum, & honore prę-
turæ,ideſt,de dignitate prætoris,
ſed ea de re latiſsimè expoſitum
nobis eſt in titulo. ff.de officio prę
tor.& C.eodem,vbi videndum eſt,
& quamuis hæc prior pars lega-
tur in aliquibus Codicibus de
prætoribus, & honore præfectu-
ræ: verior tamen & ſanior eſt le-
ctio præturæ, ex infra dicendis: &
hactenus de priori parte rubricæ.
3 Pro ſecundæ autem partis intelli-
gentia videndum eſt,quid ſit gle-
ba,& glebę collatio,quid follis,&
quæ fuerit ſeptem ſolidorum fun
ctio,quæ omnia variè ab interpre
tibus declarantur:nam ea vno mo
do intelligunt Acurſ. Lucas de
Pena,Ioan. de Platea, Rebuff. &
alij in l.2.infra hoc titulo:& aliter
exponit Alciatus,hic qui,hac, &
illac fluctuans, varius exiſtit, nec
ſatis conſtans in vna opinione re-
manet: aliterque intelligit Cuia.
in dict. l. 2.quorum opinionibus,
nunc ſilentio relictis , ſciendum
eſt, quod gleba , propriè capitur
pro ceſpite terræ,& dicitur gleba.
quaſi globus,l.certo generi, ff. de
ſeruitu.ruſt.præd.tradit Prateius,
in lex.Iuris,verbo,gleba. Sed in
hoc titulo accipitur pro glebali
præſtatione,ſeu functione, ideſt,
pro quodam tributo,quod ratio-
ne glebæ,ideſt,terræ,hoc eſt fun-
dorum,& poſſeſsionum conferre
preſtare , & ſoluere tenebantur
prætores, cum ex ſenatoribus ad
præturæ dignitatem euocabātur,
& diligebantur, vti pluribus legi
bus Codicis Theodoſiani, alijſq;
auctoritatibus probat Cuiat. in
præfata,l.2. infra eodem , vbi ait
aurum glebale nuncupari, quod
pro poſſeſsionibus penditur fiſ-
4 co.Ex ſenatoribus namque elige-
bantur prætores, ſeculo Impera-
torum Conſtantinopolis, l. 2.C.
de officio præt. & ſenſit Cuia. in
l.1.infra eodem,indeq; huiuſmo-
di tributi ſolutio. Dicitur glebæ
profeſsio,l.12.C. Theodoſ. in tit.
de annon.& tribut.& glebalis pē-
ſio,l.4.eiuſdem,C.Theodoſ.titu.
de indulg.deb.vocatur etiam col-
latio glebæ, vt in pręſenti rubri-
ca, ideſt, contributio, & ſolutio
huius tributi glebalis: collatio nā-
que, idem eſt, quod tributorum
publicorum ſolutio, & contribu-
tio, vt multis in locis probauimus
ſpeciatim in titulo, ne operæ à
collatoribus exiga. & in tit. de col
latione æris, ſupra lib. 10. & alibi
ſæpè,

ſæpè:& hactenus de gleba,& glebæ collatione. Follis autem, vel
5 ſcribitur abſque litera, h, follis, vel cum ea,fhollis,& ſemper inflectitur per quartam declinationē, follis,follis,eſtque generis maſculini,vt docet Alciat.hic. Sed crebrius legitur abſque litera, h, & ita legunt omnes antiquiores, & nouiores,(& quidquid vellit Alciat. hic plures huius vocis tradens ſignificationes,)follis eſt aurei nummi genus,qui etiā à ſenatoribus in præturam electis pendebatur:nec inter follem,& glebā
6 aliquod intereſſe diſcrimen, putat Cuiat.in dict.l.2.quod hunc titulum,idque aliquot auctoritatibus probat : in hoc tamen differunt, quod ſenatores in præturam electi,quibus nulla erat poſſeſſio,nullus fundus,nullumque prędium,duos folles, ideſt, duos aureos nummos fiſco ſoluebant:glęba autem non niſi ex poſſeſsionibus,& prædijs præſtabatur,vt ſenti Cuia.ipſe, ex quibus intellige, quod illa particula folli rubricæ, ponitur in ablatiuo caſu,regiturq; ab illa particula ſublata, & in hac ſignificatione accipitur in hoc titulo, follis:de qua hæc dixiſſe ſufficiat. Sequitur in rubro, & ſeptem
7 ſolidorum functione : pro quorū verborum expoſitione, animaduertimus,quod hæc ſeptem ſolidorum præſtatio tenuiſsimos ſenatores obligabat, eratque tributum,& onus perſonale,non reale, nec ratione glebæ, vel poſſeſsionis pendebatur,ſed ratione perſonæ a ſenatoribus certi ordinis pręſtabatur fiſco,cum in prætores eligebantur, vt oſtendit Cuiat. in d. l.2.(de valore autem,& ſolidi æſtimatione agit Couuar. in tract. de veterum numiſma.collation. c.3. §.2.num. 5.) Igitur glebam, follem , & ſeptem ſolidorum functionem, nomina eſſe extraordinarium tributorum putat Alciatus, hic,quibus ſenatores in prætores electi tenebantur, vt ſupra explicitum eſt:nec mirum videri debet,cum etiam Conſules tempore ſuæ electionis teneantur aliquid ſoluere in opus publici aquęductus,l.2.l.3.infra titul.1. His ita
8 pro præſentis rubri expoſitione prænotatis , iā ad tituli ſummam, & intentum accedamus.Duo ergo hoc titulo proponuntur , & definiuntur per Imperatores.Primò,ne viri clariſsimi, & ſpectabiles ex prouincijs,in quibus ſedes ſuas, & habitationem conſtituerunt ad præturæ dignitatem , vel munus deuocentur, dict.l. 1.quæ priori parti rubricæ correſpōdet. Deinde,& ſecundò, quod omnes iſte præſtationes glebæ, follis, & ſeptem ſolidorum,quibus ſenatores in prætores electi tenebantur, penitus in poſterum tollātur,eiſque ſenatores in prætores electi, ſint exempti,& liberati, dict. l.2. quæ

quæ poſteriorem rubricæ partē
6 reſpicit. Et hæc eſt huius tituli ſumma, & mens, ſecundum quā, & quæ ſuperius expoſita ſunt, ita rubri tenorem per partes poſſumus conſtruere, & declarare, titulus 2. in quo tractatur de prætoribus, & honore præturæ, ideſt, in quo prohibetur viros clariſsimos, & ſpectabiles in Prouincijs degentes, in prætores vrbis eſſe eligendos, & de collatione glebæ, hoc eſt de præſtatione tributi: quod ratione glebæ, ideſt, terræ, & prædiorum ab eiſdem ſenatoribus in prætores electis fiſco pendebatur. Et folli, hoc eſt nummo aureo, qui quidem ab ipſis ſenatoribus in præturam vocatis, nullaque prædia poſsidentibus, ſoluebatur fiſco. Et ſeptem ſolidorum functione, ideſt, tributo quodam perſonali ſeptem ſolidorum, quod à ſenatoribus tenuiſsimis certi ordinis in prætores vocatis ſimiliter ſoluebatur. Oſtenditur nempè, qualiter hæc omnia tributa ſublata ſint, vnde rectè inſcribitur rubrica, & collatione glebæ, & folli, & ſeptem ſolidorum functione ſu-
10 blata, ideſt, tollendis. Prætura autem, de qua is titulus eſt, reputatur vna ex dignitatibus, de quibus agit hic liber. 12. Vnde poſteaquàm in titulo. 1. ſuperiori de dignitatibus in genere actum eſt, in hoc titulo ſpecialiter de hac præturæ dignitate tractatur.

Titulus III.

De conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, & de præfectis, & magiſtris militum, & patricijs.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ ſectio.*
2 *Conſulum origo, officium, & dignitas, remiſsiuè.*
3 *Præfecti, & magiſtri militum, qui fuerint, remiſsiuè.*
4 *Patricij, qui dicantur.*
5 *Huius tituli ſumma, & intentio, & an pecunias conſulibus ſpargere liceat, necne.*
6 *Rubri conſtructio, & declaratio.*
7 *Leges regiæ huc pertinentes, citantur.*

1 DVAS continet partes rubrica noſtra, Prior eſt, ibi, de conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunijs, Poſterior, ibi, & de præfectis, & magiſtris militum

tum, & patricijs, ad primæ intelligentiam inueſtigandum erat hic,qui ſint Conſules,& quæ fuerit eorum origo. Quod officium,
2 & quæ dignitas,quæque differentia ſit inter Conſulem, & Conſularem, ſed hac de re longè,lateque diſſeruimus in Rubrica.ff.de officio Conſulis, vbi legendum eſt:deinde ſciẽdum eſt,quod cum olim in Conſulatus dignitatem qui,quàm eligebantur ſe conferebant per vrbem, & lętitiæ cauſa pecunias,aliaque miſsilia ſpargebant, vt occupantium fierent. §. hoc amplius,inſtit. de rerum diuiſion, tuncque concurrebat totus populus, potius cauſa conſequendi hæc miſsilia, & pecunias ſparſas, quàm gratia Conſules honorandi, ſed quoniam fiebant oppræſsiones, & conculcationes gentiũ, & potius auaritiæ, quàm honoris cauſa ad id concurrebant, prohibentur eiuſmodi pecuniarum,& miſsilium proiectiones, & ſparſiones, vt indicat rubrica, ibi, & non ſpargendis ab his pecunijs, & tradit Petrus Gregorius, de Syntagmat. iuris libr. 47. capit. 15. numer. 16. Et hactenus de prima parte rubricæ
3 proſecundæ explicatione. Primò, videndum erat hic, quis ſit præfectus, in quo articulo intellige, quod hoc rubrum loquitur de præfectis prætoriorum Orientis, & Illyrici, l. nemini, infra cod. quorum officia,originem, & dignitates diffuſè declarauimus in titulo,C. de officio præfecti prætorio Orient. & Illyrici. Secundò, quis ſit Magiſter militum, qua de re latè faſi ſumus in titu. C. de officio Magiſtri militum.
4 Deinde, & tertio,ſciendum eſt, qui fuerint patricij, in quo articulo animaduertimus, quod patricij apud veteres Romanos, aliter accipiuntur, & aliter in hiſcæ legibus Imperatorum Conſtantinopolis: nam apud veteres Romanos, primi ſenatores, quique ab ipſis progeniti erant, patricij dicebantur, vt ſcribit Liuius, lib. 1. ab vrbe cond. & Suetonius Trãquil. in Auguſt. & diximus ex Pomponio læto, & Lutio Feneſtela, & alijs in tit ff. de ſenato. & tradit Alcia. hic. Sed apud Gręcos, & ſic apud Imperatores Conſtantinopolitanos, quorum is titulus eſt patriciatus dignitas maior erat, nõ ex ſucceſsione, aut progenie debita, ſed quæ ab Imperatore cõcedi ſolebat, vt ex Sidonio Appollinari, Caſſia. Procopio, & alijs docet idẽ Alc. hic, Pet. Greg. de Synt. iur. li. 47. c. 16. à n. 2. ad 6. qui reprehẽdit. Acurſ. eo quod in §. filius fam. in quibus modis ius patriæ poteſt. ſolu. hanc patriciatus dignitatẽ cũ veteri Romanorum confundit: patricij ergo, de quibus is titu. eſt dicũtur, quaſi patres Imperatoris, l. fi. inf. eo. quia in prębẽdis Cõſilijs

Y Impe-

Imperatori patres erant, vt diximus in ti.ff.de ſenator.quos hodie æquiparare poterimus. *A los conſejeros del Conſejo Real de Caſtilla, que ſon de la Camara del Rey y à ſu Preſidente, y aſsi los llama Conſejeros del Rey*, la ley.7.titul. 18.part. 4. & ſic explicita manet poſterior rubricæ pars, imò tota
5 ipſa rubrica eſt expedita. Nunc reliquum eſt huius tituli intentionem, & ſummam percipiamus, quæ ex ſequentibus colligitur. Primò, quod inter habentes eandem dignitatem, præferendus eſt ille qui prius eam dignitatem fuerit conſecutus: tametſi poſterior eandem dignitatem plureis obtinuerit, prior tamen Conſul proponitur ſecundo maiorem dignitatem, ſcilicèt, patriciatus adepto, niſi ipſe prior Conſul eandem patriciatus dignitatem conſequatur, l.1. Item quòd Conſules tempore ſuæ electionis, prohibentur ire per vrbem ſpargentes pecunias, ne lucri cupiditate populus eos ſequatur, ſed potius eorum meritis, & honore, & vt pecunia, quæ per eos iactabatur in opus publici aquæductus expendatur, ad cuius reparationem quilibet Conſul, centum pondo auri præſtare debet, l.2. nemini. l. ſancimus, infra eodem. Iure tamen nouiorí authenticorum, eſt in arbitrio Conſulum ſpargere, vel non ſpargere pecunias in vulgus, dummodo aurum non proijciant, quia illud ſpargere ad ſolum Principem pertinet: vnde quantum ad hoc præfata iura remanent correcta per textum, qui hæc probat in authentico de Conſulibus. §. ſpargere, collect.4. & docent gloſ. & omnes in dict.l.2. infra eodem. Rurſus, & tertiò, vt nullus poſſit ad patriciatus dignitatem aſcendere, niſi prius aut Conſul factus fuerit, aut præfectus prętoriorum Orientis, vel Illyrici, aut Magiſter militum, vel aliam adeptus fuerit dignitatem, ex contentis in dict.l. nemini infra eodem, ex qua notandum eſt minus rectè holoandrum ſuſtulliſſe de rubrica noſtra, illa verba, & de præfectis, & Magiſtris militum, ſiquidem de ipſis tractatur, & aliquid dicitur in eadem, l. nemini vti, rectè aduertit Cuiatius, hic. Præterea, & quarto, vt filius familias in patricium electus à patria poteſtate eximatur, l.fin. Proponuntur, & alia
6 in dict.l. ſancimus, & hæc eſt breuis præſentis tituli ſumma, ex qua & paulò antea dictis elici poteſt: hæc ad eius rubrum conſtructio, & declaratio, titulus. 1. qui agit de Conſulibus, & non ſpargendis ab his pecunis, ideſt, vetat à conſulibus ſpargi pecunias tempore ſuæ electionis, & de præfectis, &c. Hoc eſt ſtatuit nullum eligi poſſe patricium, niſi qui prius fuerit, vel Conſul,

Conſul,vel præfectus prætoriorũ Orientis,vel Illyrici,vel Magiſter
7 militum alatus: & vt filius familias Patritius electus patria poteſtate ſit exemptus, huc pertinent, l.7.9.ii.tit.18.p.4.

Titulus IIII.

De præfectis prætorio,ſiuè vrbi,& Magiſtris militum in dignitatibus exequandis.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus prætorio, quis fuerit, remiſſiuè.*
2 *Qui præfectus vrbi, remiſſiuè.*
3 *Qui magiſter militum, remiſſiuè.*
4 *Huius tituli ſcopus, ſumma, & intentio, & num. 5.*
5 *In quibus conſiſtat dignitatum adæquatio, & prælatio.*
6 *Rubri expoſitio, & conſtructio.*
7 *Leges Regiæ congruentes citãtur, & vtiles Theoricæ allegantur.*

1 DE tribus Magiſtratibus in dignitatibus exequandis tractat titulus ille, vt rubrica eius indicat manifeſtè, nempè de præfecto prætorio,& de præfecto vrbi, & de magiſtro militum. Quis autẽ fuerit præfectus prætorio eiuſque origininem officium,&dignitatem,explicuimus in tit.ff.de officio præfect.prætor.Et in tiulo.C.de officio præfect. prætor. Orient. vel Illyri. nec non in titulo,C.de officio præfecti prætor. Africæ, & in titulo.C.de ſententijs præfecti
2 prætor. Et quis fuerit præfectus vrbis, quæque eius dignitas, & officium,diximus in titulo, ff.de officio præfecti vrbi, & in ti-
3 tulo. C. eod. Rurſus quis fuerit Magiſter militum, & quæ eius origo, & dignitas, & quale officium eius,expoſitum nobis eſt in titulo. C. de officio Magiſtri milit. In quibus locis legendum eſt, & his perlectis animaduerte,
4 quod is titulus intendit exequare iſtos tres Magiſtratus in ſuis officijs,&dignitatibus,itavt qui prior ſit temporo,potior ſit iure,&prælatione.Circa quod primò conſtituit,quod præfectus prætorio, & prefectus vrbi,&Magiſter militũ, quãuis habeãt ſeparata officiã, & diſcretas dignitates, ſunt tamẽ in pari gradu dignitatũ,ideò ille præ

ferẽdus erit qui primo ad ſuũ offi
ciũ& dignitatẽ fuerit electus,l. 1.
Deinde quod etiam dignitate de-
poſita inter plures,qui in pari gra
du dignitatis extiterunt, præfer-
tur ille qui prius ad ſuam dignita-
5 tem fuit electus,l. 2. Ex qua notant
omnes quod finita dignitate nihi-
lominus remanet effectus ipſius
dignitatis,nempè honor,& hono
ris prælatio,quæ conſiſtit in ſeden
do,incedendo,loquendo,decernẽ
do,& in alijs, non ſolum durante
officio,& dignitatis adminiſtratio
ne,vt in dict.l.1.Sed etiam ea fini-
ta,dict.l.2. Hæc autem prælatio-
nis regula procedit inter plures
æqualis dignitatis, quando omnes
in actu adminiſtrationis dignita-
tis exiſtunt, vel quando omnes
eam depoſuerunt: ſi verò vnus
ſit in adminiſtratione, & alij eam
depoſuerint, tunc ſemper admi-
niſtrans præfertur cæteris,etiam
ſi poſtremo ſit ad ſuam dignita-
tem electus, l. 2. §. Sed admini-
ſtrationes infra, vt dignitatum
ordo ſeruetur, hoc libro, 12. &
docent Acurſius, Platea, & alij
in præfacta, l. 2. infra eodem. Et
is eſt huius tituli ſcopus, & fi-
6 nis, & hæc ſumma, & intentio.
Ex qua & antea dictis talis ad eius
rubrum colligitur expoſitio, ti-
tulus quartus, qui quidem agit
de præfectis, &c. quaſi diceret,
de præfecto prætorio, & præfe-
cto vrbi, & Magiſtro militum in
ſuis officijs, & dignitatibus adæ-
quandis, in hoc, vt qui prior ſit
tempore, id eſt, primò electus,
potior ſit iure in ſedendo, loquẽ-
do incedendo, &c. ſiuè ſint in ac-
tu adminiſtratonis dignitatis,ſiuè
ea iam depoſita, intelligendo, vt
ſupra. Ex qua expoſitione iam
intelliges quorſum iuris compo-
ſitores in hac rubrica vtantur nu-
mero plurali, ibi de præfectis:re-
fertur enim ad præfectum præ-
torio, & præfectum vrbi: idcir-
cò poſuerunt, & inſcripſerunt
de præfectis prætorio, ſiuè vrbi,
& congruit huic tractationi. l. 8.
l. 9. l. 11. titulo. 18. part. 4. Et vi-
dendus eſt Bobadilla, in Politic.
7 libr. 1. capit. 9. numero. 11. &
12. Huc etiam pertinet materia
præcedentiarum, de qua legen-
dus eſt Boerius, in tractatu de or-
dine grad. & Bobadilla, libr. 3.
capit. 2. per totum, ſpeciatim nu-
mero. 23. & aliquos, ibi, nuncu-
patim citat litera, D. & E. & in
locis allegatis in ſuo reper-
torio, verbo, Præce-
dencias.

Titulus

Digitized by Google

Titulus V.

De præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacrum cubiculum, quid ſit.*
2 *Cubicularij, qui ſint.*
3 *Qui excubicularij.*
4 *Qui præpoſiti ſacri cubiculi.*
5 *An præpoſiti ſacri cubili, & cubicularij, habeant dignitatem aliquam necne.*
6. *Præſentis tituli ſumma.*
7 *Tenor rubricæ conſtruitur, & declaratur.*
8 *L. regia huc pertinens, allegatur.*

1 SACRVM cubiculum eſt, camera vbi cubat, comedit, & frequentius reſidet Princeps, Rex, vel Imperator, vel vxor eius Auguſta, & ſic eſt duplex, Auguſti, & Auguſtę, l. final infra eodem: & dicitur ſacrum, eo quod omnia quæ ibi aguntur, debent eſſe ſacra, ideſt, Deo, & Iuſtitiæ grata. Vt docent hic Lucas de Pena, Rebuffus, & alij, vulgò. *La camara, y apoſento del Emperador, ò Rey.* Indeque cubicularij appellantur qui idem cubiculum cuſtodiunt, & ingrediuntur ſine licentia, in eoque parant Principi prandium, & lectum, eique ſeruiunt in prandio, & lecto, & in alijs quæ in eodem cubiculo ſeſe offerunt neceſſario, vt docent ſcriptores præfati, & Platea, in lege prima infra eodem, numero primo, quorũ numero aggregauit Cuia. hic, Comitẽ ſacræ veſtis cartularios, & alios plures cubicularios, & cubicularias adſiſtentes curæ lariũ cubiculi, quos omnes hodie poſſumus appellare: *Camareros de el Rey, ò Emperador, y ayudas de camara.* Ex l. 12. titulo nono, p. 2. vbi Gregorius, gloſ. 2. *Como ſon los caualleros, à quien el Rey ò Emperador haze de ſu camara, los quales le ſiruen en ella, y pueden entrar y ſalir, y aſſiſtir en ella ſin licencia.* Dicunturque cubicularij ad differentiam excubiculariorum, qui quidem ſeruiunt in aula Principis, ſed non in ſacro cubiculo ipſius, vulgò. *Los criados del Rey, que no ſon de la camara, ni le ſiruẽ en ella, ſino fuera,* quorũ

(margin: 2 at "to del Emperador"; 3 at "ella ſin licencia")

meminit text. in l. maximarum, de excuſation. muner. ſupra
4 libr. 10. Porrò præpoſiti ſacri cubiculi dicebantur, qui præfatis cubicularijs, & toti familiæ, & Aulæ Principis, & Auguſtæ præerant, vt docet Platea, in dict. l. 1. infra hoc titulo, qui quidem iuriſdictionem habebant inter priuatos, colonos, & inquilinos, & ſeruos domorum Principis, & Auguſtæ, l. fin. C. vbi cauſæ fiſcales, & docet Cuiat. hic, quos etiam Comites domorum, & publicos diſpenſatores appellat idem Cuiat. in rubrica de prædijs tamiacis, ſupra libr. 11. *Y à eſtos prepoſitos*, ſacri cubiculi, *podremos llamar Sub miller de Corps. O y el camarero mayor del Rey, ò Emperador.* Et non mirum eſt, ſi huiuſmodi æquiparationes, non per omnia procedant: nam poſtquam Imperium vtriuſque Romæ declinauit cuncta ferè eius officia publica. Dignitates, & magiſtratus in deſuetudinem abierunt, eorumque nomina ſunt deleta, vt tradit Lucas de Pena, hic: vnde illius ſeculi conſuetudines, & vſus comparamus his, quæ hac noſtra tempeſtate ſimiliores eſſe videntur. Iſti autem præpoſiti ſa-
5 cri cubiculi dicuntur habere dignitatem, ſunt enim illuſtres, dict. l. fin. infra eodem. Sed cubicularij, quibus ipſi præſunt, nullam dignitatem probantur habere, nam ſerui poſſunt eſſe cubicularij, l. penultima infra eodem: ſerui autem ad dignitatem non admittuntur, l. 2. ſi ſeruus, aut libertus, ſupra libr. 10. Idque alijs rationibus, & fundamentis probat Platea, in l. 2. infra eodem,
6 numero. 1. Igitur de dignitate præpoſitorum ſacri cubiculi, & de priuilegijs, tã ipſorum, quàm cubiculariorum conditus eſt titulus iſte, qui ſequentia conſtituit, primò circa præpoſitos, vt hi eadem potiantur dignitate quam habent præfectus prætorio, & præfectus vrbi, & Magiſter militum. Qua dignitate finita nulla ſit inter eos differentia, niſi quoad obſequium, & reuerentiam ex temporis prælatione, dict. l. 1. Item ſi huiuſmodi præpoſiti, ſe conferant extra vrbem, etiam depoſita dignitate, poſſint vti cingulo dignitatis, dict. l. fin. Et hæc de præpoſitis. Circa cubicularios autem definit, quod etiam poſt depoſitum eorum officium habeant immunitatem extraordinariorum munerum, & hoſpitum receptionis, & Præſides in contrarium aliquid facientes puniantur, l. 2. Rurſus, vt tales cubicularij in ſuis cauſis, & litibus non teneantur reſpondere, niſi coram Magiſtro officiorum, l. 3. Conſtituit, & alia: & iſta

& iſta eſt præcipua preſentis tituli ſumma, iuxta quam, & quæ ſuperius dicta ſunt ſeries, & tenor rubricæ noſtræ, ita poterit declarari, & conſtrui, titulus. 5. qui agit de præpoſitis ſacri cubiculi, ideſt, de his qui præſunt cubicularijs in camera, & cubiculo Principis, & de omnibus cubicularijs, qui ſcilicèt ſeruiunt, & aſſiſtunt Principi in eodem cubiculo, & de priuilegijs eorundem præpoſitorum, & cubiculariorum, ſupple, & de dignitatibus dictorum præpoſitorũ. Et ad præſentem ſpeculationem pertinet. d. l. 12. tit. 9. p. 2.

Titulus VI.

De quæſtoribus, & magiſtris officiorum, & Comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtorum magiſtri officiorum, Comitis ſacrarum largitionum, Comitis rerũ priuatarum officia, & dignitates, remiſsiuè.*

2 *Huius tituli ſumma.*

3 *Rubrica exponitur, & facilis redditur.*

1 De quatuor magiſtratuum differentia inſcribitur titulus iſte. Primò de quæſtoribus, quorum officiũ, dignitatem, & poteſtatem explicui in titul. ff. de officio quæſt. & C. eodem, vbi dixi: de quo quæſtore loquatur is titulus, cum multiplex fuerit eorum genus. Deinde de magiſtris officiorum, de quorũ officio, dignitate, & poteſtate diſputauimus in titulo. C. de officio magiſtri officior. Tertiò de Comitibus ſacrarum largitionum, quorum officium, poteſtatem, & dignitatem expoſuimus in titulo. C. de officio Comitis ſacrarũ largit. Vltimò de Comite rerũ priuatarũ de cuius officio, dignitate, & poteſtate nobis actum eſt in tit. C. de of-
2 ficio Comitis rerũ priuat. Quibus in locis legendum eſt, & de his omnibus, illud hoc tit. definitur, quod ſi in ſuis officijs adminiſtrãdis ſeſe rectè gerãt, debẽt clamoroſis laudibus populi cõmẽdari, & laudari, l. vn. inf. eo. vbi gl. Pla. & omnes intelligũt, ꝙ populares debẽt clamare, & publicè dicere, viuat talis, vi-
3 uat, &c. iuxta. l. iuſtiſsimos, C. de officio rectoris prouinciæ: & hæc eſt

tota huius tituli ſumma, ex qua facilis,& clara reditur rubrica noſtra, quam hoc modo poſſumus exponere,& declarare, titulus.6. in quo tractatur de quæſtoribus, & magiſtris officiorum,& Comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ,ſcilicet, à populo publicæ laudandis, & excipiendis,ſi rectè ſeſe geſſerint in ſuorum muneru administratione.

Titulus VII.

De primicerio, & ſecundicerio, & notarijs.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius, quis dicatur.*

2 *Qui ſecundicerius.*

3 *De quo primicerio loquatur is titulus.*

4 *Notarij,qui ſint.*

5 *Quibus hodie primicerius, & notarij poſsint æquiparari.*

6 *Tituli ſumma.*

7 *De ſecundicerio nihil in nigro tractatur.*

8 *Rubrum exponitur.*

9 *Leges Regiæ huc pertinentes allegantur.*

1 PRIMIcerius idem eſt, quod primus: non enim eſt iniunctum verbum, ſed illa particula,cerius eſt productio verbi,& extenſionis loco addita eſt,vti rectè intellexerunt Briſſonius, verbo, primicerius,& Cuia.hic:vnde generaliter loquendo, primicerius dicitur quicumque in aliquo officio,ordine, dignitateuè, & collegio primum locum obtinet, vt putà primicerius fabricæ armorum appellatur,qui primum locum inter fabricenſes habet, l. 2. C.de fabricenſ. Sic etiam vocatur primicerius domeſticorum, protectorum equitum,l. 2. & vltima, de domeſtic. & protector. infra hoc libr.12.indeque quilibet prælatus,vel ſuperior populi,vniuerſitatis,collegij,vel monaſterij poteſt primicerius appellari,quia primum locum tenet, vt ſentiunt Briſſonius,& Cuia. vbi ſupra, & Petrus Gregorius de Syntagm. iuris libr.15.capit.22.num,5.Pratcius,in lexiconiuris,verbo,primicerius,Luiprandus,lib.6.de rebus
2 per Europam geſtis. Secundicerius autem nuncupatur,qui poſt primicerium ſecundum locum poſſidet, & tertiocerius, qui tertium locum occupabat, & ſic conſequenter, & Cæſarum Conſtantinopolis, ſeculo qui erat hoc anno

no tertiocerius, ſequenti erat ſecundocerius, & tertio primicerius, & ſic de cæteris, l. fi. infra de domeſti. & protectoribus, hoc libr. 12. & notat Cuia. hic. Hinc etiam Diuus Auguſtinus, Sermone. 12. vocat Diuum Eſtephanum, primicerium martyrum, ideſt, protomartyrem, hoc eſt primum martyrem, & Baldricus Dolenſiũ Archiepiſcopus in Hiſtoria Hieruſalem, Diuum Petrum, primicerium Apoſtolorum appellat. Sed in huius tituli tractatione, nõ
3 ita genaraliter accipitur primicerius, ſed ille potius dicitur, qui inter notarios Principis, Regis, vel Imperatoris primum locum obtinet, & ſecundicerius, qui ſecundum locum poſsidet, & ſic deſcendendo gradatim. Itaque primicerius eſt protonotarius, ideſt, primus notarius, hoc eſt qui cæteris Principis notarijs præpoſitus eſt, inter eoſque primum gradum habet, & illis imperat, eoſque regit in officio, & qui cuſtodit archam, & ſcrinium curiæ Imperialis, & ſub cuius cura erat notitia omnium dignitatum, & adminiſtrationum, tam ciuilium, quàm militarium, vt ex Acur. prima expoſitione, & Penenſi, Platea Rebuffo, Alcia. & Cuia. hic, & Petro Gregorio de Syntagm. iur. capit. 41. numer. 5. libr. 47. Colligere li-
4 cet. Sunt autem notarij qui dictãt, & conſcribunt priuilegia, cartas, & ſecreta Imperatoris, vel Regis, vt docent omnes, hic, & Petrus Gregor. in loco modo citato, & hodie probat, l. 7. titul. 9. par. 2. vbi Gregorius gloſ. 1. qui quidem etiam vocantur magiſtri ſcriniorum, ſiuè proximi ſacrorum ſcriniorum, de quibus etiam ſunt titulus 9. & titulus 19. infra hoc libr. 12. & hodie probat, l. 13. & l. 14. titul. 18. part. 4. vulgo. *Secretarios del Rey, ò Emperador*, vt auctores ſunt Flauius Vopiſcus, & Procopius, libr. 2. de Bello Perſico, & Cui. hic, & Gregorius in dict. l. 7. titul. 9. p. 2. gloſſ. 2. & de his notarijs loquitur titulus iſte, qui igitur eis prępoſitus erat primicerius vocabatur, quem vulgo poſſumus nuncupare. *El ſecretario mayor de la camara del Rey, o Emperador.* Cuius Ethymologiam deducit Alciat. hic à tabula cerata, in qua antiqui ſcribere ſolebant ante Chartarum, & membranæ inuẽtionem, vnde qui in ceratis tabulis, & per tranſlationem in alijs ſcripturis in] primo loco alicuius dignitatis ſcriptus erat: primicerius dicebatur, qui in ſecundo ſecundicerius, & ſic de cęteris, vt docet Petrus Gregorius, vbi ſupra, num. 6. Is autem primicerius habet dignitatem ſpectabilem, l. 2. infra eodem, cuius dignitatis etiã ſunt notarij Principis quibus ipſe præpoſitus eſt, l. 1. infra eodem, tã etſi, eo inferiores ſint, qui notarij ſimpli-

ſimplices à Doctoribus appellã-
5 tur,ad differentiã eorum primice
rij,& protonotarij. *Y oy podremos
comparar à eſte primicerio al proto
notario del Conſejo de Aragon, y
al protonotario del Papa*, de quo
agit Gomez,in prohemio regulæ
Chancella. *Y à los ſecretarios que li
bran con el Rey*,de quibus eſt titu
lus 18. lib. 2. nouæ Recopilla. *Y al
ſecretario de conſultas, y a los de-
mas notarios*,quib' ipſe preeſt. *Po
dremos comparar à los ſecretarios
de camara de los Conſejos, y Chan
cillerias de ſu Mageſtad*. De qui-
bus eſt titulus. 19. 20 & 21. libr. 2.
6 eiuſdem Regiæ compila. Igitur
de iſto primicerio, & de notarijs,
quibus ipſe preeſt, eſt tota ſpecula
tio, & tractatio huius tituli, quo
duo proponuntur. Primum, quod
notarij Principis, qui ex cauſa quie
tis, vel ſenectutis, notariatus offi-
cium depoſuerunt, vel maiorem
dignitatem ſine adminiſtratione
obtinuerint, nihilominus nomen
notariorum, & dignitatis ſequen-
tis, retinent priuilegia. Durante
autem officio, nequeunt eſſe diſ-
cuſſores, vel peræquatores, vel
aliam adminiſtrationem aſſum-
mere, aliàs pœna priuationis ple-
ctuntur, dict. l. 1. infra eodem. Al-
terum, quod primicerij vltra bié-
nium in officio ſuo non coguntur
militare, etſi quotannis, vſque ad
quinquennium abfuerint, tot gra
dus ipſius militię amittunt, & per
quinquennium abſentes ab ordi-
ne remouentur, ſolo nomine re-
tento, non tamẽ compelli poſſunt
munera peræquatorum, vel diſ-
cuſſorum ſuſcipere, inter eoſque
ſeruari debet temporis prioritas,
quæ nulla gratia, vel ambitione
auferri poteſt, & poſt officium pri
miceriatus depoſitum conſequi-
tur primicerius dignitatem ma-
7 giſtri officiorum, dict. l. 2. Et hæc
eſt tota huius tituli ſumma, ex
qua nota. Primò, quod nihil ex-
preſſim de ſecundicerio, in hoc ti
tulo tractatur, ob quam rationem
mallet Cuiat. hic, quod hæc rubri
ca, ita inſcriberetur de primice-
rio, & notarijs. Verùm ſæpiſſimè
contingit, vt rubrum, ſit genera-
8 lius nigro. Secundò, ex eadẽ ſum-
ma, & antea dictis infertur ad præ
ſens rubrum eiuſmodi expoſitio,
titulus. 7. qui agit de primicerio,
ideſt, de protonotario Principis,
& Imperatoris, qui reliquis nota-
rijs ipſius præpoſitus eſt. Et de ſe-
cũdicerio, hoc eſt, de illo, qui poſt
primicerium ſecundum locum
obtinet inter eoſdem notarios. Et
de notarijs, ideſt, de ſecretarijs re-
gis, vel Imperatoris, oſtendit: vide
licèt, quæ ſint eorũ priuilegia, & à
quibus muneribus abſtinere de-
bẽt. Huc reſpiciũt leges Regię ſu-
pracitatę. Sanè primicerius in alia
ſignificatione accipitur in tit. ext.
de officio primicerij, vt ibi dixi-
mus, & tradit Pet. Greg. in d. c. 15.

Titulus

Digitized by Google

Titulus VIII.

Vt dignitatum ordo ſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas, quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Ordo, quid.*
3 *Quatuor gradus dignitatuum.*
4 *De quo ordine dignitatum loquatur iſtitulus, & num. 6.*
5 *In quolibet gradu dignitatum tres ordines conſiderantur maioris qualitatis.*
6 *Ordo dignitatum maioris qualitatis, in quibus conſiſtat.*
7 *Huius tituli ſumma.*
8 *Rubricæ expoſitio.*
9 *Vtiles remiſsiones Theoricarum.*

1 QVID ſit dignitas, expoſitũ nobis eſt in tit. de dignitatib', ſupra hoc libr. 12. Ordo in iu-
2 re noſtro variæ ſignificationis eſt, ſed quoad hunc tractatum poteſt ſic definiri, vt ſit apta rerum diſpoſitio, vt ex Cicerone, & Diuo Auguſtino, tradit Prateius, in le-
3 xiconiuris, verbo, ordo. Et vt cognoſcamus de quo ordine dignitatum loquatur hic titulus, prænotandum eſt. Primò, quatuor eſſe gradus dignitatum, nempè ſuper illuſtrum, illuſtrium ſpectabiliũ, & clariſsimorum, vt diximus in dict. titu. de dignitatibus, nec non in titul. C. vbi ſenatores, vel clariſſimi: & colligitur ex traditis à Menochio de arbitr. centur. 1. caſu. 68. Bobadilla, libr. 1. cap. 9. num.
4 14. & 15. cum ſequentibus. Deinde, & ſecundo conſiderandum eſt quod ordo dignitatum dupliciter poteſt conſiderari. Primò, reſpectu temporis, & hic ordo procedit inter habentes æquales dignitates, videlicèt, vt qui prior ſit tempore præferatur poſteriori, & potior ſit iure, iuxta textum in l. 1. de præfectis prætorio, & in l. 1. de præpoſit. ſacri cubiculi, ſupra hoc libr. 12. & de iſto ordine non agit hic titulus. Secundò, reſpectu maioris qualitatis, & hic ordo potior eſt quàm ordo temporis: non enim curandum eſt de ordine tẽporis, vbi adeſt ordo qualitatis, & de hoc ordine eſt præſentis tituli tractatio. Quod vt clarius percipiatur, ſciendum eſt, quod in quo-
5 libet præfato gradu dignitatum, ſcilicèt, ſuper illuſtrium, illuſtriũ ſpectabilium, & clariſsimorum: tres ordines maioritatis, & qualitatis inueniuntur, videlicèt adminiſtrantium, vacantium, & honorariorum. Adminiſtrantes ſunt, qui actu

actu gerunt, & adminiſtrant dignitatem, verbi gratia, in gradu ſuperilluſtrium, ſunt Conſules, & qui actu habent Conſulatus adminiſtrationem, adminiſtrantes, vocantur: vacantes ſunt, qui habuerunt dignitatem cum adminiſtratione, ſed eam depoſuerunt, vt putà ſi Conſules electi cum adminiſtratione ipſius Conſulatus talem adminiſtrationem, & geſtionem depoſuerint, & hi dicuntur, vacantes præſentes. Alij autem ſunt vacantes abſentes, quibus abſentibus miſſum eſt cingulum dignitatis, ideſt, electio dignitatis, verbi gratia, Conſulatus, cum adminiſtratione, ſed nondum eam adminiſtrationem conſecuti ſunt, quia nondum adminiſtrare cœperunt. Honorarij etiam duplici modo conſiderantur, ſcilicèt, præſentes, & abſentes; ſi præſentes, ſunt, qui habent dignitatem ſine adminiſtratione, vt putà, quia quis Conſularis, non Conſul factus eſt, ideſt, qui ſolam dignitatem Conſulatus habet, non tamẽ eam exercet, vel adminiſtrat. Honorarij abſentes ſunt, quibus abſentibus miſſa ſunt inſignia dignitatis honoratiæ ſine adminiſtratione, veluti ſi quis in abſentia factus eſt Conſularis ſine adminiſtratione, vt hæc omnia probantur in l. 2. infra eodem, vbi Platea, Rebuffus, & Cuiat. ita declarant.

6 Ordo autem dignitatum, maioritatis, & qualitatis conſiſtit in hoc, vt ſit inter habentes eiuſmodi dignitates prior ſedes, locus, facultas loquendi, & incedendi, &c. Vt docet gloſſa, in dict. l. 2. infra eodem, vbi Platea, num. 1. Et quamuis in quolibet gradu dignitatum, videlicèt ſuper illuſtrium, illuſtrium ſpectabilium, & clariſsimorum ordo iſte qualitatis, & maioritatis adminiſtrantium, vacantium, & honorariorum ſeruandus ſit, vt modò dictum eſt: tamen hic titulus, dumtaxat, loquitur expreſſim de ordine gradus illuſtrium perſonarum, vt apparet ex d. l. 2. Idem tamen ius intelligendum eſt in

7 reliquis dignitatum gradibus: igitur is titulus tractat, non de ordine dignitatum temporis, ſed de ordine maioris qualitatis, & circa illum ſequentia conſtituit. Primò, vt ſiquis ipſum ordinem perturbauerit, reus ſit ſacrilegij, veluti ſiquis propria auctoritate vſurpat dignitatem alteri debitam, & non ſibi, vel etiã vſurpat ſibi maiorẽ honorẽ, & dignitatem per ſaltum, & non gradatim, vel etiam vſurpat propria auctoritate, & non ex electione, l. 1. ſic accipienda. Deinde quod actu adminiſtrantes aliquam dignitatem, præferuntur omnibus alijs vacantibus, & honorarijs, etiam tempore anterioribus, & poſt illos ſecundò veniunt vacantes præſentes in Comitatu, ideſt, in Palatio ſeu curia Princi-

Principis,& poſt iſtos tertium locum occupant vacantes abſentes, poſt quos, quarto veniunt honorarij præſentes, & tandem vltimũ locum poſsident honorarij abſentes, dict. l. 2. infra eodem. Et hæc eſt totius tituli ſumma, ex qua, &
8 ſupra notatis adaptari poteſt hæc ad eius rubrum expoſitio, titulus, 8. quo præcipitur, vt dignitatum ordo ſeruetur, ideſt, quo declaratur, & definitur, in quibus caſibus ordo maioris qualitatis graduum dignitatuum ſeruandus ſit quoad prælationem inter eos, qui ſunt
9 eiuſdem gradus dignitatis. Et legendæ ſunt, & hic addendę Theoricæ allegatæ in titulo de præfectis prætorio, ſiue vrbi ſupra hoc libr. 12. n. 7.

Titulus IX.

De Magiſtris ſacrorum ſcriniorum.

SVMMARIVM.

1 *SCrinium, quid ſit.*
2 *Sacrum ſcrinium, quid.*
3 *Sacrum ſcrinium triplex eſt.*
4 *Sacrum ſcrinium memoriæ, quid.*
5 *Scrinium Epiſtolarum, quid.*
6 *Quid ſacrum ſcrinium libellorum.*
7 *Magiſter ſacrorum ſcriniorum triplex eſt.*
8 *Quibus hodie ſimiles ſint Magiſtri ſacrorum ſcriniorum.*
9 *Huius tituli ſumma.*
10 *Rubri interpretatio.*
11 *Quo diſtet is titulus à titulo de proximis ſacrorum ſcriniorum, infra hoc libr. 12. remiſſiuè.*
12 *Leges Regiæ huc pertinentes allegantur.*

1 SCRINIVM ſcrinij, idem eſt quod arca in qua res pretioſæ reponuntur, vt auctor eſt Calcop. de quinq; Linguis, verbo, ſcriniũ.
Indeque ſacrum ſcrinium appel-
2 latur, arca Principis, Regis, vel Imperatoris, in qua pragmaticæ ſanctiones, reſcripta, Epiſtolæ adnotationes, priuilegia, & cognitiones Principis recondebantur, & cuſtodiebantur, l. fin. de aquæductu, ſupra libr. 11. l. omnium, C. de teſtam. l. 2. infra de agentibus in rebus hoc libr. 12. & tradit Prateius, verbo, ſcrinium, & Cuia. in titulo de prox. ſacrorum ſcrinior. vulgo. *Las arcas, caxones, ò archiuos, en que ſe guarda aun los regiſtros de las leyes, y pregmaticas, prouiſiones*

uiſiones reales, y priuilegios, y mercedes del Emperador, y de los proceſsos de los pleytos q̃ paſſauã en la Corte y las coſas memorables, y ſuceſſos del Imperio, y de las cartas miſſiuas que eſcriuia o recebia el Emperador. Quod quidem ſacrum ſcriniũ triplex erat, videlicèt memoriæ, ſeu diſpoſitionum, quod idẽ eſt (quidquid alij reluctentur,) Epiſtolarum, & libellorum, l. 5. l. 6. l. 10. l. 11. dict. titulo de proximis ſacrorum ſcrin. & docent gloſſ. & ſcriptores in rubrica illius tituli, memoriæ ſeu diſpoſitionum. Scri-
4 nium erat in quo cuſtodiebantur omnia Imperij geſta, item ſcripturæ, & Hiſtoriæ ad Imperatorem, Imperiumque pertinentes: appellabaturque ſcrinium memoriæ, ſeu diſpoſitionum, quia ibi præfata reponebantur, vt omnium ſucceſſuum, & geſtorum, & rerum diſpoſitionis Imperij memoria eſſet. Scrinium Epiſtolarum erat in
5 quo reponebantur cuſtodiendæ, cuſtodiendauè, Epiſtolæ, & legationes, vel earum tranſumpta, quę Imperatori mittebantur, vel quas ille alijs ſcribebat. Scrinium libel-
6 lorum erat in quo cuſtodiebantur libelli, & acta cognitionum, litiũ, & cauſarum à Principe deciſſarũ. Et hanc triplicem differentiam tradunt gloſſ. & DD. licèt non ita diſtinctè, in dict. titulo de proxim. ſacrorum ſcrinior. infra
7 hoc libr. 10. Potiſsimum Platea, & Cuiat. & quia triplex erat ſacrum ſcrinium: ita triplex erat Magiſter ſcriniorum (quidquid dicat Cuia. in loco modo citato,) nempè Magiſter ſcrinij memoriæ, ſeu diſpoſitionum, ad cuius munus, & officium pertinebat adnotationes omnes, & omnia geſta Imperij, & ſcripturas ad Principem pertinẽtes dictare, & in ſcrinio memoriæ cuſtodire, ac præcibus reſpõdere, l. vltima. C. de diuerſis reſcriptis. ***Al qual llama la ley de la partida notario del Emperador,*** l. 14. titulo. 18. part. 4. Alter erat Magiſter Epiſtolarum cuius muneri, & curæ incumbebat Epiſtolas, vel legationes à Principe receptas, vel ad alios ab eo miſſas dictare, & tractare, & in ſcrinio Epiſtolarum ſeruare. Alter erat Magiſter ſcrinij libellorum, qui acta cauſarum, & litium, quarum Principis erat cognitio, dictabat, tractabat, & in ſcrinio liberorum cuſtodiebat, l. reſcriptum, ff. de diſtract. pignor. & tradit Cuiat. hic, & Petrus Gregor. de Syntagm. iuris libr. 47. capit. 29. numer. 17. quem l. 13. titul. 18. p. 4. vocat Chanciller. Et
8 cur ita appelletur explicat, l. 4. titul. 9. parr. 2. *A los quales podremos oy comparar en alguna manera al regiſtrador de los Conſejos, y Chancillerias reales, y à los Chancilleres del ſello.* De quibus, coruque muneribus, & officijs, eſt titulus 15. lib. 2. nouæ Recopillat. Et nota-

notarios Principis,hos Magiſtros
etiam vocari diximus in titulo de
primicerio,nume. 4. ſupra hoc li-
br. 12. De his ergo Magiſtris tri-
plicis ſacri ſcrinij accipiendus eſt
titulus iſte,quo cauetur eos ſpecta
9 biles eſſe,& immunes,etiã depoſi-
to,& finito officio ab omnibus ci
uilibus muneribus, & quod ea-
dem immunitas concedatur pro-
ximis ſacrorum ſcriniorum viris,
etiam poſt eorum depoſitum of
ficium, ac filijs ſuis, quod ſiquis
quam incontrarium fecerit pu-
10 niantur, l. vnica infra eodem,
cuius iſta eſt breuis,ſummariaque
propoſitio, ac tituli intentio, ex
qua,& ſupra dictis hęc dari poteſt
ad eius rubrum interpretatio, &
declaratio, titulus.9.in quo tracta
tur de Magiſtris ſacrorum ſcrinio
rum,ideſt,de Magiſtro ſacri ſcri-
nij memoriæ Principis, ad cuius
munus, & officium pertinebat,
&c.& de Magiſtro ſcrini Epiſto-
larum, cuius muneri, & curæ in-
cumbebat,&c.& de Magiſtro ſcri
nij libellorum, qui quidem, &c.
quos vulgò. *Chancilleres regiſtra
dores,notarios,y ſecretarios del Rey
ò Emperador.* Appellamus,de Ma
giſtrijs(inquam)ſcriniorum,ſup
ple, eximendis à muneribus ciui-
libus, & publicis, etiam poſt illo-
rum depoſitum officium. Quo
11 autem diſtet is titulus à dict.titul.
de proximis ſacrorum ſcrinio-
rum, infra hoc lib.ibi, Deo duce
explicabimus. Huc petinent Re
giæ conſtitutiones ſupra allega-
tæ. Et de generali Magiſtri ſig-
nificatiõne, vide quæ diximus in
titul. C.de Magiſtro officiorum.

Titulus X.

De Comitibus conſiſtorianis.

SVMMARIVM.

1 *Comites in iure noſtro varij memorantur, remiſsiuè.*

2 *Comites conſiſtoriani, vnde ſic appellentur,& nu.6.*

3 *Conſiſtorium, quid ſit declaratur,& nu.4.*

4 *Conſiſtorium, quo diſtet a tribunalis.*

5 *Conſiſtorium, vnde ſic appelletur.*

6 *Munus, & officium Comitum conſiſtorianorum quale fuit.*

7 *Comites, vnde dicti.*

8 *Tituli ſumma & , intentio.*

9 *Rubri interpretatio.*

1 Multiplicis varijque generis Comites in iure noſtro memorantur, vt

vt conſtat ex titulis, C. de officio
Comitis ſacra.largi. & C. de offi-
cio Comitis rerum priuatar. &
C. de officio Comitis ſacri patri-
monij, & C. de officio Comitis
Orienralis: & ex quatuor titulis
primis inferioribus, & tradunt
Briſſonius,&Prateius verbo,Co-
mites,Gregor.in l.11.titul.1.par.
2.verbo,Conde,Bobadilla,in Poli
tic.libr.2.cap.16. à numer. 28. ad
36.&Petrus Gregor.in locis infra
2 citandis,quorum numero aggre-
gantur Comites conſiſtoriani, de
quibus datus eſt titulus iſte: & cō
ſiſtoriani dicuntur à conſiſtorio.
Eſt autem conſiſtorium locus in
3 quo Princeps ſedet ad audien-
das, & iudicandas lites, & cauſas,
gloſſ.in authentico de appellatio-
nibus.§.ad hæc, verbo, conſiſto-
rium,collat.4.& Penenſis, in l.1.
infra eodem, & patet ex ſacra pa-
gina Sther,cap.5.ibi, Sedebat ſu-
per ſolium ſuum in conſiſtorio
Palatij ſui. In hocque à tribunali
4 diſtat, quod tribunal eſt locus in
quo iudex inferior Papa,vel Prin-
cipe,ſedet ad audiendum,& iudi-
candum,gloſſ.in dict.authentico,
de appellation.§.illud,verbo.Tri-
bunal,collat.4. & tradit Rebuſ-
fus, hic.A quorum ſententia pa-
rum, vel nihil differt, quod ait
AmianusMarcellinus,lib.15.quod
conſiſtorium eſt locus, in quo
Princeps legatos, & quoſcunque
ſe adeuntes admittit, & audit, &
de cauſis cognoſcit inquirentibus
& deſpicientibus conſiſtorianis,
quem ſequitur Cuiat.in l. 1.infr.
eodem, vulgo. *El lugar donde el
Rey, Principe, ò Emperador,da
Audiencia à todos los que vienen
à negociar con el,y donde juzga los
pleytos,y cauſas que ante ſu Ma-
geſtad penden,y de aqui es que las
ſalas,y eſtrados de las caſas,y Pa-
lacios,donde ſe juntan los Preſiden
tes,y Oyderes de los Conſejos, Chā
cillerias,y Audiencias Reales, â
juzgar,ſe llamaran propriamente
conſiſtorio,aunque comunmente no
ſe vſa llamarſe por eſte vocablo.*
Aliquando etiam, conſiſtorium
capitur pro tribunali, vbi iudices
inferiores Papa,vel Principe iudi
cant,cap.Romana, de appellatio.
in 6. *Y de aqui tuuo origen el lla-
marſe caſas de conſiſtorio, las caſas
del Cabildo,y ayuntamiento,don-
de todos los juezes ſuelen hazer ſus
Audiencias,y los Regidores,y jue
zes, ſus Cabildos, y regimientos.*
Proprius tamen conſiſtorium re-
fertur ad Principem, vt ſupra di-
ctum eſt.Sanè conſiſtorium, dici-
5 tur à verbo,conſiſtere, quod ſigni
ficat in iudicio aduerſus aliquem
6 ſtare,l.1.C.qui petant tutores, l.
vix certis,ff.de iudici. Igitur Co-
mites conſiſtoriani, à conſiſtorio
denominātur, qui quidem etiam
Comites ſacri conſiſtorij appellā-
tur,in l.1.§.1.C.de nouo, C.ſaci.
l.4.C.de aduocat.diuerſ. iudic. &
inter

inter ſpectabiles numerantur, l. 1. l. 2. infra eod. quorũ munes, & officium erat litigantes aduocatos, aliaſque perſonas neceſſarias cõuocare, & iuſſu Principis ad Cõſiſtorium introducere, vt docet Penenſis hic, & coram Principe ſtabant, & non ſedebant, vt ex Diuo Ambroſio tradit Cuia. in præfact. l. 1. infra eod. *El qual oficio hazen oy los porteros del Rey, y de los Conſejos y Chancillerias*, de quibus eſt titul. 25. lib. 2. nouæ recopil. & l. 14. tit. 9. l. 3. l. 18. titul. 18. p. 2. Sed verius eſt, quod Comites Conſiſtoriani fuerint viri probi, & ſelecti, quorum Conſilio vtebantur Imperatores, & Principes in Conſiſtorio, In quo ipſos Principes ſemper comitabantur ſtantes in rebus arduis pacis, & belli, vt tradunt Spartinus in Adriano, Lampridius in Alex. Petrus Gregor. de ſintag. iur. 1. p. lib. 6. cap. 8. nu. 2. & ſeqq. & nu. 25. & 3. part. lib. 47. cap. 28. nu. 2. & 3. Bobadilla vbi ſup. dict. nu. 28. ad fin.
7 Dicunturque Comites, à comitãdo, vt tradit Gregor. in dict. l. 1. titul. 1. part. 2. verbo, Conde, & enim Principem in Conſiſtorio comitabantur Conſilium ei præbentes, vt modo diximus. Quidquid aliter horum etimologiam deducat Alciat. in l. 2. de excuſationib. artificum, ſupra lib. 10. *Y aſsi eran Conſejeros del Rey, ò Emperador de los que entrauan en ſu Cõſiſtorio, como ſon oy todos los del Conſejo de Camara y Eſtado.*

8 De illis ergo Comitibus Conſiſtorianis eſt præſentis tituli tractatio: quo duo definiuntur. Primò, quod eiuſmodi Comites viris ſpectabilibus pro Conſulibus æquipärëtur: quod intellige quo ad gradum dignitatis ſpectabilis; dict. l. 1. Secundo, vt in agendo, & excipiendo potiantur eiſdem priuilegijs, quibus vtuntur Principes ſcolæ agentium in rebus, d. l. 2. & hæc eſt tota ſumma, & in-
9 tentio tituli. Secundũ quã, & quæ antea expoſita ſunt, ita rubricæ tenorem explanare poſſumus, titulus 10. in quo tractatur de Comitibus Conſiſtorianis, hoc eſt, de illis, qui Principem ſedentem in Conſiſtorio comitantur ſtantes, & quorum Conſilio ibi Princeps vtitur, ſcilicet de eorum dignitate, & priuilegijs. Hũc pertinent leges Regiæ, ſupra citatæ, quarum non meminit Ximenez in ſua concordantia vtriuſque iuris.

Z Tit.

Titulus XI.

De Comitibus, & Tribunis ſcholarum.

SVMMARIVM.

1 *SChola literaria quæ ſit, & de ſcholæ etymologia.*
2 *Schola non literaria multiplex.*
3 *Scholæ quid propriè ſint quique dicātur Comites, & Tribuni, ac præpoſiti ſcholarum, & num. 5.*
4 *De quibus ſcholis loquatur is titulus.*
5 *Comes vel Tribunus ſcolæ epu larum quis dicatur.*
6 *Qui Comes ſeu Tribunus ſacri ſtabuli.*
7 *Qui Comes ſeu Tribunus fabricæ Palacij.*
8 *Huius tituli ſumma, & inten tio 9. rubricæ declaratio.*
10 *Differētia inter hunc titulū & titulū de priuilegijs ſcholarum, infra hoc lib. 12.*
11 *Comitis etymologia vnde deriuetur, remiſsiue.*
12 *Tribunorum origo, remiſsiue.*

1 SChola in iure noſtro
duplex inuenitur, lite-
raria, & nō literaria. Li-
teraria eſt, in qua diſcipuli vacant
literis, & ſcientijs diſcendis, &
magiſtro docendis, cap. ſedulo,
c. Eccleſtica 38. diſtinctio. Schola
enim Grecè, vacatio, Latinè, ex-
ponitur eo, quod ſtudio ibi vaca-
mus, vt exponit Penenſis hic. Vel
eſt idem, quod otium, vt volluit
Alciā. in rubr. infra, de priuilegijs
ſcolar. quia cæteris rebus omiſsis,
& in otio habitis vacare ſtudijs de-
bemus, vt inquit Feſtus, & de hu-
iuſmodi ſchola nō eſt præſentis ti
2 tuli tractatus. Nō literaria eſt ſcho
la militantium in Palatio Impera
toris, Regis, vel Principis, id eſt
illorum, qui in eodem Palacio offi
cium aliquod gerunt ad ipſius
Principis ſeruitium deputatum:
& eiuſmodi ſchola multiplex re-
peritur in iure, eſt enim ſchola
agentium in rebus, l. penultima,
C. de officio millit. iudi. ſchola do-
meſticorum, l. 3. C. de vbi. Sena-
tores, vel clariſsimi ſchola ſilētia-
norū, l. 42. infra de ſilentiar. hoc.
lib. 12. & plures aliæ quas recen-
ſent Briſſonius, & Prateius, verb.
3 ſchola. Quæ quidem ſcholæ nihil
aliud ſunt, quam ſocietates quæ-
dam hominum ad Principis ſer-
uitium adinuentæ, quibus præ-
ſunt, Comites, Tribuni: vel præ-
poſiti, qui omnes in hac tractatio-
ne idem ſunt, l. vnica infra eo-
dem

dem vbi Cuia. & tenet Platea, &
alij, hic, habentque diuerſos ordines dignitatis: nam quidam ornati ſunt Comitiua, ideſt, dignitate Comitis primi ordinis: alij ſecundi, alij tertij, &c. Inuenti autem fuere iſti tituli honorarij ab Imperatore Conſtantino, vt tradit Euſebius, libr. 4. de Conſtantini vita, & refert Cuiat. in dicta. l. 1. infra eodem: & in quolibet ordine plures erant perſonæ, quibus præerat Comes vnus, præpoſitus, vel tribunus, cui incumbebat prouidere circa ea quæ homines ſui ordinis tenebantur facere, vt docet Rebuffus in dict. l.
4 vnica infra eodem. Porrò inter huiuſcemodi ſcholas, non literarias militantium in Palatio Principis, recenſentur tres, de quibus, & earum Comitibus, tribunis, & præpoſitis, dumtaxat, agit titulus iſte. Prior eſt ſchola, & ſocietas eorum, qui ad parandas epulas Principis deputati ſunt, dict. l. vnica infra eodem ibi, qui inquietudinis epulis adhibentur: quem locum emendat Cuiatius, ibidem, dicens legendum eſſe, qui diuinis epulis, non verò, qui inquietudinis epulis. Altera eſt ſchola ſacri ſtabulli, ideſt, illorum, qui curam habent equorum Principis, qui in eius ſtabullo ſunt, dicta l. vnica ibi, Comites etiam ſacri ſtabulli.

Alia, & vltima eſt ſchola eorum, ad quos cura fabricæ Palatij Principis pertinebat, dicta lex vnica, ibi, & cura Palatij. Illos
5 autem qui huiuſmodi tribus ſcholis, & ſingulis earum præpoſiti erant, appellat hic titulus in rubro, & nigro, Comites, tribunos, & præpoſitos, quia idem ſunt in hac tractatione, vt ſupra diximus. Et qui præerat ſcholæ epularum, poteſt hodie appellari. *El deſpenſero mayor de la comida del Emperador, y Rey, y Reyna, à cuya diſpoſicion eſta la cozina, y cozineros, y oficiales de ella*: & de ijs loquitur, l. 11. titulo nono partita ſecunda, vbi
6 notat Gregorius. Comes autem, vel tribunus ſacri ſtabulli, *Se puede oy llamar el cauallerizo mayor de el* Rey, *ò Emperador, a cuya diſpoſicion eſtan los demas cauallerizos menores, y perſonas que ſiruen en la caualleriza* Real, quidquid dicat Petrus Gregorius de Syntagmat. iuris libro 6. cap.
7 8. numer. 6. Qui autem præerat ſcholæ fabricæ, erat quidam Architectus, ad quem cura fabricæ Palatij Principis pertinebat, cui quidem pro honoris inſigni conceſſum erat, vt auream virgam geſtans ante Imperatorem incederet, vt ex Caſiadoro tradit Lucas de Pen. & Cui. in d. l. vnic. inf. eo.
8 quē vulgo poſſumus vocare, *archi*

t[illegible] mayor, ó veedor mayor de l[illegible] [illegible]as del Rey, ó Emperador. Igi [illegible] Comitibus, tribunis, & [illegible]ſitis præfatæ triplicis ſcho [illegible] tractatur in titulo præſenti quo [illegible]detur, vt eiuſmodi Comites tri [illegible]ni, & præpoſiti ſi adepti fuerint gradum Comitiuę primi ordinis cum adminiſtratione, & ad maiorem dignitatem non aſcenderint, poſſunt Principem adorare, ideſt, ſalutare, ac depoſito officio ſuo remanent in dignitate ſpectabili, ſicut Comites Ægyptij, & Pontij: alij verò officiales Palatini, qui honorariam dignitatem Comitiuę primi ordinis, ſine adminiſtratione nacti fuerint, depoſito officio manent in dignitate clariſsima, vt Duces, & rectores prouinciarum

9 dict. l. vnica. Cuius iſta eſt breuis ſumma, & intentio: ex qua, & ſupra dictis colligitur talis ad præſens rubrum declaratio, titulus 11. in quo agitur de Comitibus, &c. Ideſt, de quibuſdam miniſtris in Palatio Principis militantibus, qui præpoſiti ſunt hominibus ſcholarum, nō literarum, quæ adinuentæ fuerunt ad Principis ſeruitium circa eius epulas parādas, & circa curandos equos ſui ſtabuli. Et circa curam ædificij, & reparationis ipſius Palatij oſtenditur, nempè, quo priuilegio vti poſſunt, quaq; dignitate conde-

10 coratiſint. Differt autem hic tit. 1. a tit. infra, de priuilegijs ſcholarū holci. 11. in hoc, quod ille loquitur de priuilegijs ſcholarum militantium in bello. Hic autem dumtaxat de priuilegijs, & dignitatibus illorum, qui præpoſiti erāt tribus ſcholis militantiū in Palatio Principis, ſcilicèt, curæ epularū, equo-

11 rum, & ædificij. Vnde autem dicatur Comes, diximus in titul. 1. ſuperiori, & in titulo. C. de officio

12 Comi. ſacr. largi. Et quæ fuerit tribunorum origo, expoſitum nobis eſt in titulo. C. ne rei militaris, & quod ſint eorum genera, tradit Prateius, verbo, tribunorum, & Petrus Gregor. vbi ſupra, libr. 47. capit. 34.

Titulus XII.

De Comitibus rei militaris.

SVMMARIVM.

1. *Comites rei militaris qui ſint, & quotuplex eorum genus.*
2. *Partes exercitus, & ordines dignitatis Comitum.*
3. *De quibus Comitibus loquatur is titulus, & num. 5.*
4. *Tituli ſumma.*
5. *Comites de quibus agit is titulus, quibus hodie ſimiles ſint.*
6. *Rubricæ interpretatio.*
7. *Differētia inter hūc tit. & tit. C. ne rei militaris Comitibus.*

Comites

1 COMItes, de quibus eſt titulus. 10.
& 11. ſupra hoc libro. 12. & titulus.
13. infra eod. ſemper ferè perſonam
Principis ſequebātur, & officia ſua
exercebant in Aula. Cæterùm
erant alij qui ex ijs, vel alijs mittebantur,
vel ad regendas prouincias,
de quibus eſt titulus 14. infra
hoc li. & ibi. dicemus, vel ad cuſtodiendos
limites Imperij, qui Comites
rei militaris dicuntur, vt tradit
Petrus Gregor. de Syntagma.
iuris libr. 6. cap. 9. numer. 1. 2. 3. 4.
De quibus eſt titulus iſte Comites
rei militaris. Sunt Comites belli,
& armatæ militiæ, quorum triplex
gen⁹ eſt. Alij enim ſunt maiores,
& illuſtris dignitatis; cuiuſmodi
ſunt Magiſtri militum, & Duces,
ſeu Capitanei Generales exercitus
militum, vel alicuius prouinciæ,
de quibus eſt titulus. C. de officio
Magiſtri milit. vbi diximus;
vulgo. *Los Capitanes generales
del exercito en la guerra, ò de algū
Reyno, ò prouincia.* Alij minores,
& dignitatis clariſsimæ, vt ſunt
illi qui ſingulis legionibus, & cohortibus
Caſtrorum, & exercitus
præſunt, vulgò. *Los Capitanes de
cada Compañia*, quæ vimembris
diſtinctio probatur, in l. vnica, C.
ne rei militaris Comitibus: & in
rubro illius tituli diximus vbi videndum
eſt. Alij ſunt, qui, nec
maiores, nec minores reputantur,
ſed medium inter eos habent
dignitatem, nempè ſpectabilem,
non iluſtrem, nec clariſsimam.
*Como ſon oy los que tienen
à ſu cargo los tercios de los ſoldados
repartidos, y aſsi dezimos el tercio
de fulano tiene tantas compañias
ò tantos mil ſoldados, y el General
de ſola la caualleria, y el Sargento*
2 *mayor, &c.* Nam in quolibet
exercitu, ſunt plures legiones, vulgo,
compañias, & in qualibet legione
plures cohortes, vulgo, *eſquadras:*
& in quolibet cohorte
plures gradus, & ordines Comitiuæ,
ideſt, dignitatis Comitum.
Eſt enim ordo primus, ſecundus,
tertius, &c. Vt docet Rebuffus,
in l. 1. infra eodem. Coraſ. libr. 5.
Miſcel. capit. 4. numer. 3. Et conſtat
ex his quæ ſcribimus in titulo
de cohortalibus, & in titulo de
primipilo. infra hoc libr. 12. vbi
quid ſit cohors, & quid legio,
3 declaramus. Quibus ita prænotatis
intellige, quod hic titulus potiſſimum
loquitur, & agit de dignitate
Comitum rei militaris ſpectabili,
& ſic de ijs Comitibus medijs,
ideſt, qui nō maiorē, & illuſtrē
nec minorē, & clariſsimā, ſed mediā,
& ſpectabilē cōſecuti ſunt dignitatem.
Qua de re illud cōſtituit,
4 quod Comites minores, qui ob
ſua benemerita ad partes transmarinas
defendēdas cū militū exercitu
mittūtur à Principe, eo ipſo cō

ſequuntur, primi ordinis Comitiuam, eademque gaudent dignitate, qua Proconſules prouinciarum potiuntur, & ſic ex clariſsima ad ſpectabilem aſcendunt, l. 1. infra eodem, ſic accipienda. Quod ſi mittantur ad partes citra marinas, aut vicem magiſtri militum gerant, etiam conſequentur, primi ordinis Comitiuam, æquiparanturque in dignitate Ducibus regentibus alias prouincias, præter Ponticam, & Ægyptum, l. 2. & hçc eſt tota huius tituli ſumma.
5 Itaque differit titulus iſte de Comitibus militaribus, qui quidem ex minoribus, & clariſsimis effecti ſunt medij, & ſpectabiles. *A los quales podremos oy comparar à los Capitanes, y caudillos què el Rey embia à algunos Caſtillos, ò preſidios, con gente de guarnicion, los quales tienen ſuperioridad en todas las compañias, y ſus Capitanes porque todos eſtan à ſu cargo. aunque eſtos eſtan ò ſuelen eſtar ſubjetos. a la diſpoſicion del Capitan general, o Virrey, q̃ huuiere en aquel Reyno, ò prouincia, como ſon el Caſtellano de Perpiñan, ò Condado de Ruiſellon, que eſta ſubjecto al Virrey de Barcelona, y los de Portugal, al gouernador de Portugal, &c.* Sanè ſecundum præfatam
6 huius tituli ſummam, & quæ antea expoſita ſunt; ita præſentem rubricam poſſumus exponere, & interpretari, titulus. 12. qui agit de Comitibus rei militarũ, ideſt, de Ducibus militiæ armatę, qui ad defendendas partes vltra marinas, & citra marinas, cum militibus mittuntur, ſcilicèt oſtendit cuius dignitatis Comitiuę, gradũ, & ordinem conſequantur iſti, & definit, quod ſpectabiles ſint. Differt autem is titulus, à dict. titul. C. ne rei militaris Comitibus, in
7 duobus. Primò quòd ille de illuſtribus, & de clariſsimis Comitibus, & ſic de maioribus & minoribus agit, iſte de ſpectabilibus tantum. Secundò, quod hic tractat de dignitate ſpectabili, quam adepti ſunt huiuſmodi Comites mediocres, ille verò de lauacris, ſiuè balneis præſtandis illuſtribus, & maioribus Comitibus, non minoribus.

Titulus XIII.

De Comitibus, & Archiatris ſacri Palatij.

SVMMARIVM.

1 C*OMITVM genus, & Ethymologia, remiſsiuè.*

2 Archia-

remiſsiuè.

2 *Archiatri, qui ſint, & an Comites, & Archiatri, idem reputentur, & num. 1. & 3.*

3 *Comitiua, quid ſit.*

4 *Huius tituli deciſio, & ſumma.*

5 *Rubri interpretatio.*

6 *Comites, & Archiatri, quibus hodie ſimiles ſint.*

7 *Regia pragmatica citantur, quæ huc reſpicere videntur.*

8 *Medicorum omnium generalis definitio, remiſsiuè.*

1 QVO tuplex ſit Comitum genus, & vnde eorũ Etymologia deriuetur, expoſitum nobis eſt in titul. de Comitibus Cõſiſtorianis, ſup. hoc libr. 12. In hoc autem titulo Comites, & Archiatri ſacri Palatij, idem ſunt quamuis ſeparatim, & vt de diuerſis, rubrica noſtra inſcripta ſit. Pro quorum cognitio-
2 ne ſciendum eſt, quod in Palatio, & Aula Principis, olim tres erãt ordines medicorum, primus, ſecũdus, & tertius, & in quolibet ordine erat vnus medicus ſummus, & ſuperior qui cæterorum ſui ordinis medicorum Princeps erat, & huiuſmodi medici ſuperiores, Archiatri appellantur, de quibus eſt præſens tractatio, ita interpretantur Platea, & alij ex antiquioribus. Et Rebuffus, in l. 1. infr. eodem. Cęterùm Alciat. hic Archiatros vocat, non ſolum ſummos medicos, & ſuperiores, ſed quoſcunque omnes in Palatio Principis curantes, de quibus eſt hodie, l. 10. titu. 9. p. 2. Negari tamen nõ poreſt ꝙ medici, quos Princeps in cubiculũ ſuum introducit, & eius perſonæ medelæ ſtudent, ſummi medici appellentur, vt idem Alciatus fatetur, qui hodie vocantur. *El protomedico, y los demas medicos de la camara de ſu Mage*
3 *ſtad.* Vt infra dicemus. Dicuntur etiam Comites, vt indicat rubrica noſtra, & ſupra diximus. Etenim dignitas Comitum, dicitur Comitiua, quæ primum, & ſecundum, & tertium ordinem habebat, & ex tertio ordine ad ſecundũ, & ex ſecundo ad primum ordinem præfati medici Principis aſcendebant, l. vnica, inf. eo. De iſtis
4 igitur Comitibus, Archiatris, & medicis ſacri Palatij loquitur titulus iſte, quo deciditur, vt ſi tales medici honorati ſint Comitiua primi ordinis, id eſt, ad dignitatẽ Comitũ, & primũ ordinẽ medicorũ Principis aſcẽderint, Vicarijs, & Ducibus Principis in dignitate exequantur, ita vt inter eos nihil, niſi ratio temporis interſit, d. l. vnica inf. eo. vbi Bartol. & omnes intelligunt, quod dignitas, in qua procedit hæc exequatio, eſt ſpectabilis.

Et tenet etiam Gregorius in dict. l.10.titul.9.p.2.gloſſ.2. quia de re etiam agit Petrus Gregor.de Syntagm.iuris lib.18.c.25. num.4.Caſſiadorus, lib. *6*. varia.c.19.Quis autem fuerit Vicarius,cuius ibi fit mentio,diximus in titul.C.de officio Vicarij. Vnde iam rubrica noſtra facilis apparebit,cuius tenorem ita poſſumus conſtruere, &
5 interpretari titulus 13. qui agit de Comitibus,&c.Ideſt, de medicis Principis Comitiuæ primi ordinis dignitate decoratis, hoc eſt de his, qui ad primum ordinem medicorum Palatij Principis aſcenderunt in dignitate cum alijs exequandis,& ſic de Comitibus, & Archiatris,expone,ideſt,de Archiatris, & medicis ſacri Palatij, qui Comites primi ordinis ſunt
6 effecti.Illud autem omittendum non eſt,quod quemadmodũ olim Imperatorum ſeculo tres erant ordines medicorum Palatij Principis,vt ſupra dictum eſt. *Aſsi tambien ay oy tres diferencias de medicos en la caſa Real: porque vnos ſon ſolamente medicos de la caſa, y eſtos curan à todos los criados del Rey,y Reyna,que llaman de la familia,y no à ſus Mageſtades, à los quales pornemos*, in tertio ordine medicorum. *Otros ſon medicos de camara,los quales curan à ſus Mageſtades*, quos in ſecundo ordine conſtituemus. *Ay tambien vn protomedico, o mas; que es ſuperior à todos.* Qui quidẽ ſummus medicus poteſt nuncupari,eumq;in primo ordine colocabimus,& in iſto poteſt hodie procedere noſter titulus:ex eo enim,quod factus eſt, protomedicus, ideſt,primus medicus Comitiua primi ordinis videtur honoratus,iuxta dict.l.1.infra eodem:eritque dignitatis ſpectabilis, & ad hæc reducenda ſunt quæ tradit Gregorius in loco ſupra citato.
7 De Hiſque protomedicis agit titulus 16. lib.3. nouæ Recopil. & pragmatica lata à Rege noſtro Philipo.II. anno 1588. & alia pragmatica,ab eodem Rege promulgata, anno 1593.in Cœnobio Diui Laurenti, regalis die, 2.menſis Auguſti. Qui autem
8 ſint medici generaliter nobis definitum eſt in titulo de profeſſoribus,& medi.libr.10.& docet Petr. Greg.dict.c.25.

Titulus XIIII.

De Comitibus, qui prouincias regunt.

SVMMARIVM.

1 *Comitiua, quid ſit.*
2 *Comites,qui prouincias regunt.*

Digitized by Google

gunt,de quibus ſatur is titulus,qui fuerint.

3 *Huius tituli ſummaria concluctuſio,& intentio.*

4 *Rubri explicatio.*

5 *An Comitum dignitas hodiè duret,nec ne.*

6 *Vtilis Theorica,& remiſsio.*

1 Vide prius,quæ diximus in titul. de Comitibus rei militaris, ſupra hoc lib.& vlterius præiacendū eſt, quod Comitiua, idem eſt,quod dignitas Comitum, l. per ſingulas, de diſcuſſoribus,l.curiales de Decurion.ſupra libr.10.& colligitur ex Caſiadoro,lib.6.& 7.variar. & diximus in duobus titulis proximis ſuperioribus, & Deo duce dicemus in titulo primo inferiori, vulgò. *Dignidad de Conde*,in qua, Imperatorum ſeculo,multi erant ordines,& gradus,quidam maiores,alij minores. Erat enim primus ordo,ſecundus,& tertius. vt probat,l.1.ſupra titul. 3.l.1.ſupra titul. 2.l.1.ſup.tit.1.l.vna infra eodem,& vbique Platea,Rebuffus,& Cuia.
2 Quo præmiſſo dicēdum eſt,quod in hoc titulo Comites,qui prouincias regunt,appellantur præſides, & rectores prouinciarum,ac Proconſules, & legati,& omnes,quicunque ad prouincias vtriuſque Imperij gubernandas mittebantur,&iam ſuorum officiorum adminiſtrationem depoſuerunt, vt tradit Iul.capit.in vero, & Petrus Gregor. de Syntagma. iuris libr. 6.cap.9.numer.1.2.3.4.de quibus eorumque officijs, eſt titulus. ff. de officio præſidis,& titulus.ff.de officio Proconſulis, & legati, & titulus, C. de officio rectoris pro-
3 uinciæ,& in ibi,explicuimus. Et de illis,hoc titulo, illud definitur, vt qui poſt ſuum officium finitum,ac poſt depoſitam officij ſui, adminiſtrationem, ob benemerita ſua facti ſunt Comites primi ordinis gaudeant dignitate vicari, dict. l. vnica infra eodem, & hæc eſt præſentis tituli ſummaria concluſio,& intentio. Quæ autem ſit dignitas vicarij,& quale eius officium,conſtat ex l. 1. C. de officio vicarij,& in rubro illius tituli diximus. Vnde rubrum noſtrum, ita
4 venit explicandum titulus 14.qui quidem agit de Comitibus, qui prouincias regunt,ideſt,de præſidibus, & rectoribus prouinciarū, Proconſulibus, & legatis, alijſque omnibus,qui prouincias guberna runt,& finito officio, effecti ſunt Comites primi ordinis, conſtituens;vt eorum dignitas dignitati vicarij exequetur. Hodie autem
5 Comitum dignitas remanſit in his dominis, qui vulgo appellantur,Condes,nec in vſu hodierno ſunt huiuſmodi Comitiuæ dignitates,de quibus loquuntur is titulus

lus, & præcedentes. Sunt etiam Comites alij, qui dicuntur Palatini, vulgo, *Condes Palatinos*, qui
6 erant notarios, & tabelliones, & dant tutores, & alia, quę faciunt ex Principis priuilegio, vt probat, L. 11. titul. 1. p. 2. vbi Gregorius, verbo, *Conde*, & latiſsime, *de los Condes ſeñores de vaſſallos, y Condes Palatinos*. Differit Bobadilla, in Polit. lib. 2. cap. 16. à numer. 28. ad 36. omnino legendus, cum caſus occurrat.

Titulus XV.

De profeſſoribus, qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes ex lege meruerunt Comitiuam.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſores, qui* ſin*t.*
2 *Comitiua, quid ſit.*
3 *Tituli ſumma, & intentio.*
4 *Profeſſores, de quibus is titulus eſt, an illuſtris, vel ſpectabilis dignitatis ſint.*
5 *Expoſitio rubri.*
6 *Doctores legum iubilati, an gaudeant Comitum dignitate, per l. partita.*
7 *An hodie*, ſe pueda llamar ſeñoria, à los Doctores jubilados en leyes.

1 QVI ſint profeſſores, oſtendimus in titulo de profeſſor. & medicis ſupra libr. 10. Verùm in materia iſtius tituli. Profeſſorum nomine tantum continentur Magiſtri, Doctores, & præceptores, qui in vrbe Conſtantinopolitana docēt Grãmaticam, Dialecticã, & Iuriſciuilis prudentiam, l. vnica infra eodē.
2 Quid autem ſit Comitiua, explicuimus in tribus titulis primis ſuperioribus, vbi diximus, quod eſt Comitum dignitas, vulgo. *Dignidad de Conde*.
3 De præfatis ergo profeſſoribus tractatur in hoc titulo, quo cauetur, vt ſi per viginti annorum ſpatium prędictas ſcientias legerint, & docuerint, in vrbe Conſtantinopolitana, cum cætus approbatione funguntur Comitiua dignitate, qua Vicarij honorati ſunt, dict. l. vnica infra eod. vbi gloſſ. Et iſta eſt tota tituli ſumma,
4 & intentio. Efficiuntur autem ſpectabilis dignitatis præfati profeſſores, vt latiſsimè defendit Menochius, de arbitr. centur. 1. lib. 2. caſu.

caſu. 63. ex numer. 43. aduerſus alios ſcriptores, qui opinantur illuſtris eſſe dignitatis. Et quæ ſit Vicarij dignitas, & qualeſuerit eius officium, in titulo. C. de officio Vicarij expoſitum nobis eſt. Sanè ex
5 his, quæ modo explicuimus colligi, ac deduci poteſt ad præſens rubrum huiuſmodi interpretatio, & expoſitio, titulus 15. qui agit de profeſſoribus, &c. Ideſt, de Magiſtris, Doctoribus, & præceptoribus, qui in vrbe Conſtantinopolis, per viginti annos docuerint Grãmaticam, Dialecticã, & Iuris ciuilis ſcientiam, & ex lege, ideſt, per legem vnam, inf. eodem. Meruerunt Comitiuam, hoc eſt Comitum dignitatem, quam habent Vicarij præfecti prætorio. Huc
6 pertinet, l. 8. titul. fin. part. 2. *Que dize que los Maeſtros de las leyes, deſpues que huuieren tenido eſcuelas veynte años deuen auer honra de Condes, que ſon los que ſuelen jubilar, conforme a las conſtituciones de las Vniuerſidades, y Eſtudios generales.* Qua de re legendus eſt Anton. Gom. in l. vltima Tauri, num. 17. verſi. duodecimo. Porrò
7 ex præfata, l. partitæ, infertur extenſio ad nouam Regiam pragmaticam, *De las corteſias, en quanto por ella ſe permite poder llamar ſeñoria a los intitulados, como ſon Condes, Duques, y Marqueſes, y otros,* vt procedat etiam quoad Doctores legum iubilatos. *A los quales ſe les podra llamar ſeñoria, ſin pena alguna, pues por la dicha ley tienen honra de Conde:* quidquid dicant Menochius, vbi ſupra, numer. 54. & Bobadilla, in Politic. lib. 2. cap. 16. *Que dizen que oy no ſe les guarda eſta honra por ſer abuſiua.*

Titulus XVI.

De ſilentiarijs, & decurionibus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Silentiarij, qui fuerint, & quale eorum officium.*
2 *Decuriones ſilentiarum, qui.*
3 *Dignitas ſilentiariorum, eorũque decurionum, qualis.*
4 *Quibus hodie ſimiles ſint.*
5 *Tituli ſumma, & intentio.*
6 *Rubri explanatio.*

1 De officio ſilentiarorum varia, varij ſcriptores ſenſere, vt apud Acurſium, Plateam, & alios hic videre licèt, verè tamen tenendũ eſt ſilentiarios fuiſſe, quorum miniſterio

niſterio vtebatur Princeps,vel Im
perator ad habendum ſilentium,
& quietem in ſuo Palatio,vel con
ſiſtorio,vt ex Procopio docet Al-
ciatus in rubrica de Comitibus,
& Archiatris,ſupra hoc libr.12.&
Petrus Gregor.de Syntagm.iuris
lib.3.cap.8.num.9.hi erant excu-
bitores in Principis Palatio,& cõ-
ſiſtorio ad limina ferè ſtantes, &
qui excubias agebant,l.3.infra eo
dem,& ex Zonora interprete Grę
co docet Cuiat.in l.1.infr. eodem.
Hi audientiam faciebant, & mur
mur voce compeſcebant, quorũ
ſchola,ideſt,ſocietas in Palatio, &
Aula Imperatoris erat , vt tradit
Nicephorus,libr.6.cap.24.Erant-
2 que triginta numero, & non plu-
res,quibus tres Decuriones præ-
erant ſinguli ſingulis decem,inde-
que Decurioriones appellantur,
à decem,quia quilibet decem ſi-
lentiarijs erat præpoſitus,l.3.infr.
eodem ad fin.& docet hic Penen-
ſis,& Cuia.in dict.l.3.infr. eodem
titulo:in alia autem ſignificatione
accipiuntur Decuriones in titulo
de Decur.ſupra libr.10.& ibi dixi.
Horum autem ſilentiariorum,eo
3 rumque Decurionum , dignitas
ſpectabilis erat,vt ſententia eſt om
nium auctorum, hic,& gloſſæ in
l.fin.infra eodem , quanuis text.
in dict.l.fin.infra eodem , eos cla-
riſsimos vocet, quam difficulta-
tem diluit Cuiat.ibidem,omnino
4 legendus. *Eſte oficio de hazer ca-*
ll res oy de los porteros de la caſa
Real,y de los Conſejos,y Chancille
rias,y Audiencias Reales, y de los
Alabarderos,y Archeros, que que-
dan guardando a la perſona Real,
y la llaue de Palacio de noche,deſ-
pues de acoſtado ſu Mageſtad. Qui
bus prętatos ſilẽtiarios,eorũq;De
curiones comparandos,& aſsimi-
landos eſſe putamus, quamuis ho
die huiuſmodi hoſtiari , non ſit
dignitatis,cuius olim erant ſilẽ-
5 tiarij.De his igitur ſilentiarijs, &
Decurionibus eorum loquitur ti
tulus iſte qui,quæ ſequuntur, cõ-
ſtituit.Primò,vt ſuo officio finito
Decuriones poſsint eligere in qua
vellint dignitate connumerari an
inter Magiſtros officiorum , vel
Comites domeſticorum poſſunt-
que tũc temporis Principem ado
rare,alioſque Magiſtratus, & ad-
miniſtratores Principis ſalutare,
in l.1.infra eodem . Item, vt ſilen-
tiarij,eorumque Decuriones im-
munes ſint ab equorum , & ty-
ronum præſtatione, & ab extra-
ordinarijs collationibus,l.2. Rur-
ſus,vt immunes etiam ſint ab an-
garijs,& parangarijs, & ſimilibus
alijs poſsintque ad Principis Co-
mitatum venire ſine literis euoca
torijs,ac depoſita militia,ideſt, fi-
nito officio inter ſenatores illuſ-
tres recenſentur, ſaluis tamen pri
uilegijs ſuis,ita vt nec onus prætu
ræ,nec onus gleuale agnoſcere co
gantur, quæ priuilegia tantum
conce-

conceduntur triginta ſilentiarijs, & tribus Decurionibus, poſtquã annorum tredecim excubiarum munus peregerint, l.3. Docet & alia quæ cõſulto omittimus ſufficiant prædicta. Ex eis enim,& antea
6 dictis percipitur. Primò huius tituli ſumma, & intentio, deinde colligitur talis ad eius rubrum declaratio, titulus 16. in quo tractatur de ſilẽtiarijs, ideſt, de his quorum miniſterio vtebantur Imperatores ad ſilentium, & quietem habendum in Palatio,& conſiſtorio ſuo,& de Decurioribus eorũ, hoc eſt, de his, qui ſinguli ſingulis decem ſilentiarijs præpoſiti erant,& de dignitate, & priuilegijs eorum omnium.

Titulus XVII.

De domeſticis,& protectoribus.

SVMMARIVM.

1 *Domeſtici,& protectores, qui ſint, & an vlla ſit inter eos differentia.*

2 *Rubrica conſtructio,& numero.7.*

3 *Duplex fuit ſchola domeſticorum,& protectorum.*

4 *De primicerio illorum.*

5 *Quibus hoc ſeculo ſimiles ſint domeſtici, & protectores, ac eorum primicerius, oſtenditur.*

6 *Tituli deciſio, & ſumma, traditur.*

7 *Rubrum explanatur, & numer.2.*

1 Domeſtici in iure noſtro variè accipiuntur, vt tradit Acurſ. hic ſed in præſenti titulo dicuntur, qui ſunt valdè familiares Principes. Protectores verò ſunt quidã milites fortes, qui ſtant corã Principe armati, vt eius perſonam defendant, cuſtodiant,& protegant, vt auctor eſt idem Acurſius, quẽ Penenſis, Platea, Rebuffus, & alij quidam ex antiquioribus ſequuntur. Alciatus tamen in rubrica de Comitibus,& Archiatris, ſupra hoc libr. 12. ait, quod domeſtici ſunt arcanorum Principis conſcij, cuius ſententia mihi diſplicet, ex eo quod nulla lege, nullaque auctoritate probatur, nec ab eo allegatur. Culat. vero in l.1. infra eodem inquit, differentiam hanc eſſe inter domeſticos, & protectores, quod domeſtici ſunt, qui familiarius militant iuxta Principe protectores autem, qui armatam militiam ſubeuntes non ſolum defenden-

defendēdi corporis, verùmetiam
pro tegendi lateris Principis curam, & ſolicitudinem patiuntur,
indeque protectorum nomen ſortiti ſunt, idque Codicis Theodoſiani legibus, & antiquorum auctoritatibus probare conatur. Ego
autem exiſtimo, quod in hoc titulo domeſtici, & protectores, idem
ſint, nec vlla ſit inter eos differentia, ad eoſque armatos pertinere
corpus, perſonam, & vitam Principis protegere, defendere, & cuſtodire, quod patet ex l. fin. infra
hoc titulo, ibi: Siquis virorum fortium, præſentialium, domeſticorum, &c. Et ex l. 1. ibi, domeſtici
ac protectores, & ex l. 2. in princ.
infra eodem, vt ex Suida, & Marcellino, aliiſque auctoribus vide-
2 tur etiam tenere Prateius, in lex.
iuris, verbo, domeſtici: idque ſentire videtur Petrus Gregorius de
Syntagmat. iuris libr. 6. cap. 8. numer. 20. nec obſtat copulatiua, &,
quæ ponitur inter diuerſa, iuxta
gloſſam in rubrica. ff. de iuris, &
facti ignorantia: nam in præſenti
rubrica non inter diuerſa, ſed inter eadem ponitur ad maiorem
declarationem, vt patet ex dict.
l. 1. 2. & fin. infra eodem, quaſi rubrica ita dixiſſet. De domeſticis,
qui & protectores dicuntur, planè duplex eorum erat ſcola, & ſo-
3 cietas: altera peditum, altera equitum, dict. l. 2. & dict. l. fin. infra eodem, & conſtat ex Caſiadoro, 1.

varia. Cuiat. in præfa. l. 1. & in qua
libet ſchola, plures erant ordines,
alij minores, alij maiores, l. 3. infra
4 eodem: & vtrique ſcholæ præpoſitus erat quidam primicerius,
ideſt, qui primum locum inter
domeſticos, & protectores iſtos
habebat, & eis ſuperior erat, iuxta ea quæ diximus in titulo de
primicerio, ſupra hoc libr. 12. Vt
probat dict. l. 2. & vltima, infr. hoc
titulo: qui quidem Comes domeſticorum equitum, & peditum,
dux, tribunus, ac præpoſitus etiam
nuncupatur ſecundum Plateam,
5 Rebuſtum, & Cuiat. in dict. l. 2.
Hos autem domeſticos, & protectores, pedites vocare poſſumus,
Los alauarderos, y los demas que ſon de la guardia del Rey, de apie:
equites autem. *A los continuos, y Archeros, y à los demas de acauallo, que van con ſu Mageſtad a cauallo, armados quando camina, y en ſu guarda.* Et primicerium, qui
vtriuſque ſcholæ præpoſitus erat
Podremos llamar, el Capitan de la guardia de ſu Mageſtad, todos los quales ſe llamā ameſnadores del Rey, vt in l. 9. titul. 9. part.
2. De his igitur domeſticis, & pro-
6 tectoribus in hoc titulo tractatur,
quo deciditur primò, vt cum eis
liceat purpurā Principis attingere, & adorare, ad ſalutandos, & oſculandos vicarios præfecti prætorio admittantur, alioquin idem vicarij puniātur, dict. lib. 1. infra eodem.

dẽ. De inde, vt primicerius eorũ; dignitates ſpectabili fungatur: alijvero ſubſequẽtes in gradu vſq; ad numerum decenarium inter clariſsimos habeantur: ita tamen, vt qui prior ſit in ordine, ſit prior in loco, l. 2. Item, vt ſi domeſticus, vel protector abſque Principis licentia, & non Reipublicæ cauſa à Curia abſens fuerit per biennium, reuerſus colocari debet poſt quintum in ordine, ſi per triẽnium in decimo gradu, ſi per quadrienium in nouiſsimo gradu conſtituetur, ſi per quinquennium ſpolliandus eſt cingulo ſuę dignitatis, l. 3. Deciduntur, & alia in dict. l. fin. vbi legendus eſt Cuiat. omnino. Sanec ſecundum ea quæ dicta, & expoſita ſunt, ita
7 Rubrum noſtrum erit explicandum, titulus 17. in quo tractatur, de domeſticis, & protectoribus, id eſt, de militibus armatis peditibus, & equibus, ad quorũ officium, & curam pertinet corpus, ſalutem, vitam ac perſonam Principis defendere, cuſtodire, & protegere domi, vel extra. De illorumque primicerio, & præpoſito, tractatur (inquam) de eorum dignitate, & dignitatis ſuæ ordine, & loco. Hùc reſpicit dict. l. 9. titul. 9. par. 2.

Titul. XVIII.

De præpoſitis laborum.

SVMMARIVM.

1 *Duplex lectura rubricæ refertur.*
2 *Laborum, vel labarũ quid ſit exponitur, & de ſigno Crucis a Conſtantino viſo agitur, & nu. 3.*
3 *Præpoſiti laborum qui dicantur, & per quam declinationem laborum inflectatur.*
4 *Situli huius ſumma, & mens percipitur.*
5 *Rubrum declaratur.*

1 DVplici modo legi ſolet Rubrica noſtra. Primo, de prępoſitis laborum, & ita legunt Acurſ. in prima expoſitione, & Lucas de Pena, hic, Bart. & Cuia. in l. 1. infra eod. Secundo de præpoſitis labarum, & ſic legunt Acurſ. in ſecunda declaratione, Ioann. de Platea, & Alciatus, hic: ſed prior lectio, & inſcriptio plus mihi placet: in horũ autem verborum intellectu, anceps, & dubius fuit Acurſius, hic.
2 Sed verè tenendum eſt, quod laborum, ſeu labarum (prout alij legunt)

legunt) erat magnum vexillum alijs nobilius, quod in bello ante Imperatorem ferebatur, à militibusque ex more adorabatur, & ex auro, & lapillis præcioſis erat compoſitum, & contextum, vulgo *Eſtandarte Real*, quod primus Conſtantinus Magnus adinuenit, & poſtea in Crucis ſignū conuertit, & transformauit: nam in ſomnijs vidit ſignum Crucis in cœlo, & Angelos ſtantes dicētes ei: Conſtantine in hoc ſigno vinces, & ex tunc ſignum Crucis præferri fecit in acie, ita explicant Acurſ. in prima expoſitione, Lucas de Pena, Platea, Alciat. Rebuffus, & omnes hic, & Cuia. in l. vnica infra eod. vbi ait rectius dici laborum, quàm labarum, eo quod illud vexillum erat quaſi auxiliū, & refugium militum in bello, & quaſi laborum ſolutio, & finis.

3 Præpoſiti ergo, huic vexillo, appellantur præpoſiti laborum, ſeu labarum, ſeruatur enim in præſenti rubro figura ſyncopa: caſus pro caſu poſitio: nā inflectitur per tertiam declinationem: laborum laborij, vel, labarum labarij: & ponitur, laborum, ſeu labarū, in accuſatiuo, pro genitiuo plurali: laboriorum, vel labariorum, vt docent hic Acurſ. & Penenſis, & ſic præpoſiti laborum, dicuntur, id eſt præpoſiti laboriorum, vel labariorum. Aut præpoſiti laborijs, vel labarijs, in datiuo plurali ſanè fuerunt huic rei præpoſiti ab eodem Conſtantino quinquaginta milites, qui ex domeſticis, & protectoribus erant: ideoq; ponitur is titulus poſt titulum, de domeſticis, & protectoribus, vt aduertit Cuia. in dict. l. vnica huius tituli, qui quidem milites præpoſiti erant vexillo deferendo, & cuſtodiendo, non faciendo, vt putat Acurſ. hic. Vulgo, *los ſoldados que ſon de guardia del Eſtandar-*

4 *te Real del exercito*. Porrò quanuis Conſtantinus Imperator, laborum prædictum in ſignū Crucis cōuertit, vt ſupra relatum eſt, ſequentes tamen Imperatores, etiam eo vſi ſunt, vt probat dict. l. vnica infra eodem, qua cauetur, vt præpoſiti laborum in dignitate conſularibus, exequentur, & à muneribus perſonalibus excuſen-

5 tur vbi Platea, & Cuia. & hæc eſt tota iſtius tituli ſumma, & mens, ex qua, & ante expoſitis datur ad eius rubrum talis expoſitio titulus 18. qui agit de præpoſitis laborum, id eſt, de militibus, qui præpoſiti erant deferendo, & cuſtodiendo vexillo ante Imperatorē in bello ex auro, & lapillis precioſis contexto, & de eorum dignitate: quaſi dicat, de præpoſitis laboriorum, hoc eſt vexillorum

(?)

Titu-

Titulus XIX.

De proximis ſacrorũ ſcrinniorum cęteriſq; qui in ſacris ſcrinnis militant.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica diuiſio.*
2 *Sacrum ſcrinniũ quid, & quotuplex ſit, remiſsiue.*
2 *Proximi ſacrorum ſcrinniorũ, qui fuerint.*
4 *Cur ſacra ſcrinnia appellẽtur.*
5 *Cæteri militantes in ſacris ſcrinnis, qui dicãtur, & n. 6.*
6 *Militare, verbum, quid ſignificet.*
7 *Proximi ſacrorum ſcrinniorum, & ceteri militantes quibus hodie ſimiles ſint.*
8 *Tituli ſumma, & intentio.*
9 *Rubri expoſitio.*
10 *Differentia inter hunc titul. & titul. de magiſtris ſcrinniorum ſupra hoc lib. 12.*

1 PRo planiori explicatione diuide rubrũ noſtrũ in aduas partes Quarũ prima ibi ſit de proximis ſacrorum ſcrinniorum. Secunda ibi, cęteriſq;, qui in ſacris ſcrinnis mi-
2 litant. Et ad vtriuſque intelligentiam, quàm primum legito, quæ diximus in tit. de magiſtris ſacrorum ſcrinniorum, ſupr. hoc lib. 12. quo loci expoſuimus, quid ſit ſacrum ſcrinnium, diximus etiã triplex eſſe, nempe: aliud ſcrinniũ memoriæ, ſeu diſpoſitionẽ: aliud epiſtolarum: aliud libellorũ, quod & probat l. 1. l. 3. l. 4. l. 6. l. 10. infra hoc titul. & tradunt hic Acurſ. Platea, & alij, quibus ſcrinnis prępoſiti erant: quidam qui magiſtri ſacrorum ſcrinniorum appellantur, de quibus eſt titulus ille præfatus de magiſtris ſcrinnis, quorum officia, & dignitates in-
3 hibi explicuimus. Deinde aduertendum eſt, quod præter hos magiſtros ſacrorum ſcrinniorũ, plures erãt perſonæ in ſingulis ſcrinnijs Imperatoris ſuo muneri. & officio deſeruientes: quidam maiores, id eſt, in maiori gradu dignitatis exiſtentes: alij minores, & in minori gradu dignitates militantes, quorũ omniũ plures erant ordines, & gradus, l. 5. l. 7. infra eodem: erat enim primus ordo proximorum, quiquidem ita appellati ſunt, eo, quod ſint proximi magiſtris ſacrorũ eſcrinniorũ, & ſpectabilis dignitatis ſicut ipſi, l. 1. infra eod. vbi Ioannes de Platea, quam denominationem proximorum, docet Cuiat. hic, quę verior eſt alia ab Acurſ. ibi tradita, & horum dignitas proximatus,

A a dicitur,

dicitur, d. l.i.& ipſi proximi Cõmites diſpoſitionum,etiam nuncupantur,in l.8.infr. eod. quibus præfati magiſtri ſacrorum ſcrinniorum præerãt eiſq; ſuperiores in ordine erãt,vt docet Luc.de Pena,hic in fi. Et de huiuſmodi proximis ſacrorum ſcrinniorum loquitur prima pars noſtræ rubricæ,ibi,de proximis ſacrorũ ſcrinniorum , & ſacrorum expone, id
4 eſt,Principis,vel Imperatoris: nã plerùmque res ad ſe pertinentes ſacras vocat Imperator, vt diximus in titul.de offic. Comitis ſacrar. largi. & in tit. de priuilegijs eorum, qui in ſacro Palatio mili-
5 tant,infra lib. 12. Secundus ordo erat mello proximorum , qui ſequenti anno futuri erant proximi , proximatus enim dignitas annua erat, aliorum autem inferioris ordinis dignitas per viccennium durabat, dict.l. 3. infra eodem: itaque iſti mello proximi ſecundum ordinem , & locum poſt proximos tenere dicuntur, & de his eſt,l.5.7.& penultim.13. & fin.infra eodem , & cur mello proximi appellentur explicat Alciat. in dict. l. 5. poſt iſtos autem ſequũtur alij inferioris, diuerſiq; ordinis militantiũ in ſacris ſcrinnijs,qui dicuntur adiutores proximi, laterculenſes primates, exceptores , antiquarij , adiutores quæſtoris, librariorum , & ſcriptorum turba, memoriales libellenſes , epiſtolares, pragmaticarij, quorum mentibus, & ingenijs committuntur pragmaticæ ſanctiones libelli, adnotationes, reſcripta , preces, acta cognitionum , & arcana, l. 8. l. 13. l. 14. l.fin. infra eodem, & docet Cuiat. hic, & quot in ſingulis ſcrinnijs debeant eſſe numero, habetur in dict.l.10.infra eodem,ſuntque clariſsimæ dignitatis, dict. l. i.vbi Platea, dict.l.5.infra eodem: in hocque à proximis differunt, quia proximi ſpectabiles ſunt, & in ſuperiori ordine conſtituti, vt ſupr.diximus. Rurſus,quia proximorum dignitas eſt annua, cæterorũ verò perviginti annos durat,
6 vt ſup.oſtẽſum eſt. Porrò omnes iſti dicuntur in ſacris ſcrinnijs militare, id eſt ſuis officijs deſeruire: id enim, militare, verbũ in hoc tit. ſignificat quamuis alias ſignificationes patiatur, vt diximus in tit. C.in quibus cauſis militantes fori præſcriptione,& in tit.de priuilegijs eorũ,qui in ſacro palatio, infr.hoc lib.12. & in tit. qui militare non poſſ. infra hoc lib. & de his omnibus in ſacris ſcrinnis militantibus loquitur poſterior , & ſecunda pars rubricæ, ibi cæteriſque , qui in ſacrijs ſcrinnis mili-
7 tãt, id eſt officia ſua exercẽt. Porrò proximos ſacrorũ ſcrinniorũ , de quibus loquitur prior rubricæ pars, poterimus hodie aſsimilare, & cõparare *a los notarios del Rey q̃*

aſsi

aſsi los llama, l.7.tit.9. part.2. vbi Gregor.glo.2. *que ſon los ſecretarios del ſecreto, que llaman Chanciller del ſello*, vt tradit Bobadilla in Polyt.lib.1.c.9. nu.14. vbi plures authores, & authoritates citat,& lib.3.cap.14.num.43. & ibi gloſſa, *que ſon los ſecretarios que libran con el Rey*, de quibus eſt titul.18.lib.2. Regiæ nouæ compila. Cæteros autem militantes, de quibus loquitur ſecunda pars rubricæ, *podremos comparar a los demas ſecretarios de los Conſejos y Chancillerias, que ſe llaman ſecretarios, ò eſcriuanos de Camara*, de quibus eſt titul.19.20.& 21.lib.2. nouæ recop. *Y aunque es verdad que a eſtos ſecretarios comparamos tambien otros miniſtros y oficiales de los Emperadores*, vt diximus in titul.de primicerio, ſupr.hoc lib. 12. Non tamen ob id reſpuenda eſt huiuſmodi æquiparatio, nam Imperatorum ſæculo olim plura erant officia in Curia, quàm odie ſint,& de ſimilioribus ad ſimiliora procedendum eſt, argum.text.
8 in l.non poſſunt.ff.de legibus. Igitur de iſtis proximis,&cęteris, qui in ſcriminnis Imperatoris militãt, & ſua officia exercent, cõditus eſt titul.iſte, qui conſtituit primò, vt proximi ſacrorũ ſcrinniorũ à tẽpore, quo proximatus dignitatẽ ſint adepti, fungantur ea dignitate qua vicarij funguntur, & finito officio præferantur viris poſtea adminiſtrantibus, & vacantibus, & à deſcriptionibus eximãtur, l.1. infra eod. item, vt proximorum dignitas per vnius anni ſpatium tantùm duret, l.6. Cæterorúm verò militantium inferioris gradus per viginti annos, poſt quorum lapſum conſulari digni-
6 tate ipſi potiantur, l.3. Conſtituit & alia, quæ conſulto omittimus dum breues eſſe curamus, ſatis ſit hæc dixiſſe, ex quibus tituli huius intentio percipitur, & eius rubri expoſitio talis colligitur, titulus 19. in quo tractatur de proximis ſacrorum ſcrinniorum, id eſt, de illis, qui in Imperaroris ſcrinnijs, & archijs conſtituti ſunt in primo ordine, & proximi ſunt eorumdem ſcrinniorum magiſtris. Et cæteris, qui in ſacrijs ſcrinnijs militant, hoc eſt, de alijs inferioris gradus, ordinis, & dignitatis, qui in eiſdem ſcrinnis ſuis officijs deſeruiunt, videlicèt, de horum omnium priuilegijs, dignitate, & officio, & quan-
10 to tempore duret. Differt autem hic titulus à dict. titulo de magiſtris ſacrorum ſcrinniorum, in hoc, quod ille agit de magiſtris eorumdem ſcrinniorum, qui quidem ſuperiores ſunt iſtis proximis, cæteriſque in ſacris ſcrinnis militantibus. At is titulus tractat de eiſdem proximis, & alijs inferioris ordinis ſcrinniorum, qui inferiores ſunt

magiſtris, quæ differentia deducitur ex his, quæ hic, & ibi nobis dicta ſunt, & traditis à Penenſi hic. Et videnda ſunt, quæ ſcribimus in d. tit. de priuilegijs eorũ, qui in ſacro Palatio mili. infra hoc lib. 12.

Titulus XX.

De agẽtibus in rebus.

SVMMARIVM.

1 *Agentes in rebus, qui dicãtur.*
2 *Præpoſiti agentium in rebus, qui appellentur.*
3 *Principes agentium in rebus, qui vocentur.*
4 *Quibus hoc ſeculo, præfati agentes præpoſiti, & Principes ſimiles ſint.*
5 *Qualis qualis præſentis tituli ſumma.*
6 *Rubri expoſitio, & interpretatio.*

1 IN Iure noſtro reperiũtur agentes in rebus, & præpoſiti agentiũ in rebus, & Principes agentium in rebus, de quibus ſingulis exponendis diſſeramus. Agentes in rebus dicebãtur hi, ad quorum officiũ, & curam pertinebat facere, vt de prouincis veherentur ad vrbẽ pecuniæ, & ſpecies Imperatori tributorum nomine debitæ, cũ animalibus, & iumentis per curſum publicũ, necnon annonas, & alia ad victum neceſſaria ad exercitũ deferre, & prouidere ne quid ex ipſius pecunis, ſpeciebus, & rebus ſubtrahatur, aut in eis fraus aliqua cõmittatur, l. 2. vbi glo. 1. & l. fin. de curioſis, infra hoc lib. 12. & quorum cura, & ſolicitudo, etiam erat emere, & prouidere victualia neceſſaria ad vitam Imperatoris, eiuſq; domus, erant enim cõſtituti ſuper epulas ipſius, vt docet Alciat. in l. matriculã infra eod. Erãt autem iſtorum plures. Ordines, & gradus maiores, & minores, vnde per varios numeros erãt diuiſi, quos tamẽ magiſter officiorum ad certum numerũ, certoſq; ordines, & gradus reduxit, & in matricula fecit ſcribi, & ordinari hac forma: quidã enim ordo erat tribunorum ſcholarum, alij centenariorum, alij ducenariorũ, alij biachinorum, alij circitorum, vt patet ex dict. l. matriculam, infra eod. & l. 1. l. 3. C. de officio magiſtri offici. & tradit Platea, & Cuia. in d. l. matriculam, & de iſtis agit
2 titul. iſte. Præpoſiti agentium in rebus, vocantur, qui ſingulis ordinibus, & gradibus agentium in rebus præpoſiti erant, qui & adiuuæ appellãtur, l. 1. infra tit. 1. qui tit. tractat de huiuſmodi prepoſitis, ab aliquibus tamẽ nõ legitur, nec ſeorſum talis titulus ponitur, vt

vt notarunt Lucas de Pena, Platea, & Cuiat. in eadem l.1. quam legunt ſub hoc titulo exiſtimantes præpoſitum agentium in rebus, & Principem agentium in
3 rebus eundem eſſe. Principes agentium in rebus dicebantur, qui cum agentes in rebus fuerint per lapſum viginti quinque annorum poſtea palmam laborum ſuorum adepti per Imperatorem quieti traditi ſunt, l.1.l.4. infra de Principibus agentium in rebus hoc lib.12. quiquidem præpoſiti erant omnibus agentibus in rebus, & præpoſitis eorum, & omnium ſuperiores, ac ſublimiores erant, vt docet gloſſ. in dict. l.1. verbo, ſubadiuuarum, infra dict. titul. i. de præpoſitis agentium in rebus, erantque quadraginta octo numero dict. l. matriculam infra hoc titulo, & dignitatis ſpectabilis. l.3. iuncta gloſſ. ibi, & communi opinione, dict. titulo de Principibus agentium in rebus, infra hoc lib.12. qui titulus agit de iſtis Principibus: quibus, & præpoſitis, omnibuſque agentibus in rebus, magiſter officiorum præerat, eiſque ſuperior erat, dict. l.1. & dict. l.3. dict. titulo, C. de officio magiſtr. officii in cuius rubro, quale ſit eius officium, qualiſque eius dignitas,
4 explicuimus. Porrò huiuſmodi Principes agentiũ in rebus: *Llama la ley* 12. tit. 18. p. 4. *Mayordomos del Emperador, ò Rey, y de ſu compañia, ò ſus proueedores, a quien deuen dar quenta todos los que cobrã las rentas reales: lo qual entiendo yo de los Mayordomos menores de la caſa Real, ò Imperial, porque el Mayordomo mayor ſe llama* in iure noſtro. Procurator Cæſaris, & rationalis, vt diximus in titul. ff. de officio procura. Cæſaris, & tenet Gregor. in l. 1. titul. 7. p. 6. & Comes ſacri patrimonij, de quo eſt titul. C. de officio Comitis ſacri patrimonij, & Comes rerum priuatarum, de quo eſt tit. C. de officio Comitis rerum priuatar. vbi expoſitũ nobis eſt reliquos autem præpoſitos agentium in rebus, & reliquos agentes in rebus, *podremos llamar oy los demas deſpenſeros compradores, y oficiales de la caſa Real, què ſon inferiores a los dichos Mayordomos, y eſtan a ſu diſpoſicion, y tienen cargo de proueer los mantenimientos neceſſarios para ſu Mageſtad, y los de ſu caſa Real. Y tãbien podremos compararlos a los proueedores de las armadas, y gente de guerra*; Nam agentium in rebus, etiam cura erat ad exercitum annonnas, & victualia facere
5 deferri, vt ſupra diximus. Igitur de agentibus in rebus agit titulus iſte, quo cauetur. Primo, vt nullus ex agentibus in rebus locum mortui poſſit occupare, ſed alius, qui proximior ſit in ordine,

Digitized by Google

debet in eum locum ſubrogari, l.1. infra eodem. Idem, vt nullus iudex abſque Imperatoris permiſſu poſsit agentem in rebus *à ſu oficio* remouere, l.2. Tractatur & alia in l.3. vbi & in l. fin. ponitur numerus agentium in rebus, quæ omiſſa facimus gratia breui-
6 tatis. Vnde iuxta prędicta, ita pręſentis rubricæ tenorem poſſumus explicare, titul. 20. qui tractat de agentibus in rebus, id eſt, de his qui in rebus neceſſariis ad victum, vitamque Imperatoris, & omnium de domo eius, & exercitus ſui agunt, hoc eſt, negotiantur, & ſua officia, & miniſteria exercent, facientes, & prouidentes, vt eiuſmodi res ad domum Imperatoris, vel eius exercitum vehantur, & iuſta ratio, & calculatio omniũ habeatur. Hùc pertinet, d.l.12.tit.18.p.4.

Titul. XXI.

De Præpoſitis agentium in rebus.

SVMMARIVM.

1 *Præpoſiti agentium in rebus, qui fuerint, remiſſiue.*
2 *Præſentis tituli ſumma.*
3 *Rubricæ declaratio.*

1 Vidend a, & præiacenda ſunt, quæ diximus in titulo primo ſuperiori, vbi: qui ſint præpoſiti agentiũ in rebus, de quibus fatur is titu-
2 lus. Scriptum reliquimus, & de illijs, hoc titulo iſta tractantur. In primis, quod eiuſmodi præpoſiti per ordinem eligantur, de anno in annum, à quo officio mercatores, & quidam alij excludantur, poſſuntque per ſubſtitutum, hoc munus exercere, qui morbo, vel ſenectute ſint impediti, l.1. infra eodem. Deinde, quod omnes agentes in rebus eorumque vxores, liberi, & ſerui litigantes in ſoluendis ſportulis, certum habeant priuilegium, & non cogũtur dare fideiuſſores extraneos, de iudicio ſiſti, ſed de numero ipſorum agentium in rebus, l.2.
3 Et hæc eſt tota tituli ſumma, ex qua, & his, quæ in dict. titul. 1. ſuperiori dicta ſunt, ita præſens rubrum declarabis, titul. 21. in quo tractatur de præpoſitis, &c. Id eſt, de his, qui præſunt agentibus in rebus, hoc eſt, ſua officia exercẽtibus circa res, quæ ad victum, vitamque Imperatoris, & exercitus ſui, domuſque ipſius neceſſariæ ſunt, de eorum videlicet electione, & priuilegijs.

Titul.

Titul. XXII.

De Principibus agētium in rebus.

SVMMARIVM.

1 *Principes agentium in rebus, qui fuerint, remiſsiue.*
2 *Tituli ſumma, & intentio.*
3 *Rubri expoſitio.*

1 QVI Fuerint Principes agentium in rebus, in titul. ſecundo ſuperiori nobis expoſi-
2 tum eſt. Et de his hoc titulo, hæc definiūtur, vt eiuſmodi Principes eligantur, ex agentibus in rebus poſt eorum officium laudabiliter finitum, habeantque priuilegiū, ita electi, ne deuocentur ad publicas, vel priuatas functiones, ſine Principis permiſſu, nec ad ius vocari poſſunt, niſi coram Imperatore, nec quiſquam aduocatus aduerſus eos poſſit poſtulare inſcio Imperatore ſub pœna decem librarum auri, l. i. Item, vt dig-
3 nitatem habeant conſularem, l. 3. Definiuntur & alia, quæ breuitatis cauſa omittimus ſat ſit, hęc indicaſſe pro percipienda huius tituli ſumma, & intentione, ex qua, & his, quæ in dict. titul. 2. ſuperiori explicita nobis ſunt, deducitur talis ad eius rubrum expoſitio titulus 22. in quo agitur de Principibus, &c. Id eſt, de illis qui cum per viginti quinque annorum ſpatium agentes in rebus fuerint laudabiliter. Principes agentium in rebus creati ſunt, & electi, quiquidem ſuperiores, & ſublimiores ſunt agentibus in rebus, ac præpoſitis eorum, ideòque Principes vocantur: nempe oſtenditur, ex quibus eligantur, & qua dignitate condecorentur, & quæ ſint eorum priuilegia, &c.

Titul. XXIII.

De curioſis, & Stationarijs.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſint curioſi, & Stationarij, & an inter eos aliqua ſit differentia, necne.*
2 *Curioſi, & Stationarij, ex quibus eligebantur.*
3 *Curioſi, & Stationarij vnde dicti.*
4 *Summa, quæ hoc titulo proponitur.*
5. *Rubrum exponitur.*

Aa 4 6 *Diffe-*

6 *Differentia inter curioſos, ſeu Stationarios, & delatores, oſtenditur.*

7 *Diſcrimen inter Irenarchas, & curioſos, vel Stationarios traditur.*

1 EX Præſentis tituli inſcriptione oritur occaſio ad inquirendum, an inter curioſos, & ſtationarios, vlla ſit differenria, vllunque diſcrimẽ, ſiquidem copulariua, &, videtur curioſos ab Stationarijs ſeparare: cum inter diuerſa poni ſoleat, vt in rubrica, ff. de iuris, & facti igno rantia, & Acurſ. (quem ſequũtur Penenſis, Rebuffus, & Platea) ſen tire videtur, quod illi dicuntur cu rioſi, quibus cura eſt inquirendi, inueſtigandi, & iudicibus denũtiandi delicta, quæ committuntur circa euectiones publicarum ſpecierum, vel pecuniarum, quæ ex Prouincis ad Imperatorem, vel eius exercitum per curſum publi cum vehuntur tributorum nomine: idéque ſtationarij appellen tur, quia per diuerſas Stationes in diuerſis partibus Prouintiarum exiſtẽtes diſpoſiti mãſiones ſuas habebant prope curſum publicũ, per quem præfatæ ſpecies, & pecuniæ vehebantur, & ſic in effectu vult Acurſius, quod curioſi, & Stationarij, idem ſint, & pro eodem accipiantur in huius tituli rubro, & nigro. Alciatus autem hic (quem racite videtur ſequi Cuia. in l. 1. infra eodem) differẽtiam hanc conſtituit inter curioſos, & Stationarios, quod curioſi ſunt hi, qui tantum commiſſa cri mina in Curia Principis, vel in comitatu præſidum per omnes prouincias Imperij referunt ad præfectum. Stationarij vero, qui Stationariorũ militũ (hoc eſt illorũ, qui ad aliquem locum tuendũ deputati ſunt) delicta deferrent atque nuntiarent: hæc tamen Alciari ſententia non conuenit legibus huius tituli, nec ex eis nõprobatur. Ideòque verior videtur Acurſi, & ſequacium opinio, & expoſitio, quæ probari videtur, in l. 1. 2. 3. & 4. infra cod. Eamque ſequitur Petrus Gregor. de Syntagma. iur. lib. 32. cap. 4. num. 1. 2.

2 3. Elidebanrur autem iſti curioſi, & Stationarij ex agentibus in rebus: indeque aliquot huius tituli conſtitutiones eos agentes in rebus vocant, nempe, dict. l. 2. & l. vltima. Et qui fuerint agentes in rebus, explicui in titulo de agentibus in rebus, ſupra hoc lib. 12.

3 Sanè appellantur curioſi à cura quam ſemper, & anxie gerere debent in ſuo officio exercendo, vt exponit Penenſis hic, & Stationarij: quia diuerſas in diuerſis par tibus, & prouincijs habebant Sta

4 tiones, vt ſupra diximus. De iſtis igitur eſt huius tituli tractatus, quo proponuntur ſequentia Primo,

mo, vt ſi curioſi, & Stationarij maleficia à ſe nunciata non probauerunt, puniantur, & vt crimi noſos in carcerem detradere nequeant, l. 1. Item vt agentes in rebus, id eſt, curioſi, & Stationarij, qui ex agentibus in rebus eligitur, curam habeant ſuper euentionibus curſus publici pecuniā publicam per prouincias portando, animalia, vel naues conducēdo, ad deferendum annonas, ſeu publicas ſpecies ad Principem, vel eius exercitum, nec poſſunt pecuniam recipere pro animalibus in curſum publicum deductis pœna quadrupli impoſita cōtrarium facienti, l. 2. infra eodem.

5 Proponuntur, & alia, quæ omiſſa facimus ſufficiant iſta, ex quibus, & ſuperioribus elicitur talis ad noſtrum rubrum expoſitio. titulus 23. in quo agitur de curioſis, & Stationarijs, id eſt, de ijs, qui curam habent inquirendi, inuiſtigandi, & iudicibus nuntiandi delicta, quæ committuntur in publicis euictionibus ſpecierum, annonarum, & pecuniarum Imperatori tributorum nomine debitarum, quæ ad Imperatorem ipſum, vel eius exercitum, per curſum publicum deferuntur, & portantur ex prouincijs Imperio ſubditis.

6 Differunt autem curioſi, ſeu Stationarij à delatoribus, de quibus eſt titulus de delatoribus, ſupra lib. 10. in hoc. quod delatores nuntiant fiſco, & procuratori Fiſcali omnia bona ad fiſcum pertinentia, quæ occulta ſunt, & latentia, & etiam omnia quocumque crimina, vt in illo titulo diximus: at curioſi, & Stationarij ſolum deferunt iudicibus delicta, quæ circa publicas euectiones perpetrantur, vt ſupra oſtendimus.

7 Differunt etiam ab Irenarchis, de quibus eſt titulus de Irenarchis, ſupra dict. lib. 10. nam illorum officium conſiſtebat in ſedandis rixis, & diſcordijs, & in conſeruanda cōcordia pacis, & quietis per ſingula territoria, & in lattonibus, alijſque criminoſis capiendis, vt in illo titulo explicuimus, & tradit Duare. lib. 1. diſput. cap. 8. ſed curioſi tantum poſſunt denuntiare crimina, quæ in publicis euictionibus committuntur, nec delinquentes capere, aut in carcerem detrudere poſſunt, vt ſupra diximus, quidquid ſentiat Bobadilla in Polyt. lib. 2. cap. 13. num. 61. & vide quæ ſcribimus in titul. de curſu publico. infra hoc lib. 12.

Titul.

Tit. XXIIII.

De Palatinis ſacrarũ largitionum, & rerum priuatarum.

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris duplex patrimonium eſt.*
2 *Palatini dicuntur dupliciter latè, & ſtrictè.*
3 *Palatini ſacrarum largitionũ qui ſint.*
4 *Qui Palatini rerum priuatarum.*
5 *Huius tituli ſummaria intentio.*
6 *Rubri declaratio, & num. 3. & 4.*
7 *Cui ſubſint Palatini ſacrarum largitionum, & Palatini rerum priuatarum.*

1 PRæiacendum eſt, quod Imperator, vel Princeps duplex habet patrimonium, publicum, ſeu Fiſcale, & priuatum. Publicum, vel Fiſcale dicitur, quod tanquam Imperator, ſeu Princeps poſsidet, cuiuſmodi ſunt tributa, & iura Fiſcalia ad Imperium, vel Regnum pertinentia, & alia, idque ſacræ largitiones vocantur. Priuatum eſt, quod non, vt Imperator, ſed tanquam priuatus aliquo titulo acquiſiuit, vt putà ſi domum, vel fundum emit: & hoc res priuatæ Imperatoris vocatur, vt latè diffuſeque diximus in titulo de fundis partimonial. ſupra lib. 11. & in titulo, ff. de officio procurator. Cęſar. & in titulo, C. de officio Comitis rerum priua. & ſæpiſsimè multis alijs in locis. De inde, præ
2 notandum eſt, quod Palatini dicuntur dupliciter primo large, videlicet omnes, qui in Palatio Principis, vel Imperatoris aliquod gerunt officium, aliquamve exercent militiam: ideòque à Palatio,
3 Palatini dicuntur, & in hac ſignificatione Palatinorum nomine cõprehenduntur præpoſitus ſacri cubiculi, de quo eſt titulus 5. Et proximi ſacrorum ſcrinniorum, de quibus eſt titulus 19. & agentes in rebus, & præpoſiti, ac Principes eorum, de quibus eſt titulus 20. 21. & 22. ſupra hoc lib. 12, & omnes alij, qui in aula, & Palatio Principis militant, id eſt, ſua exercent officia, & miniſteria ad ipſius Principis ſeruitium, deputata, iuxta titulum de priuilegijs eorum, qui in ſacro Palatio militanr, infra hoc lib. 12. Et tradit Petrus Gregor. de Syntagm. iuris lib. 19. cap. 1. num. 9. & de ijs Palatinis non agit is titulus.

Secun-

3 Secundo ſtrictè, & tunc accipiũtur Palatini pro ſuſceptoribus particularibus tributorum, & debitorum Fiſcalium, ac rerum, quæ ad publicum, & Fiſcale patrimonium Principis pertinent, l. 2. C. de Cannone largitional. titul. in cuius rubro, & in titulo de ſuſceptoribus, præpoſitis, & arcarijs, ſupra lib. 10. oſtendimus, qui fuerint huiuſmodi exactores, quiquidem Palatini ſacrarum largitionum appellantur, id eſt, ſuſceptores, & exactores tributorum, & rerum, quæ Imperatori, vt Imperatori elargiũtur à ſubditis, & quæ ad eius Fiſcale, vel publicũ, & non priuatum patrimonium pertinent: quæ ſacræ, id eſt, Imperiales largitiones vocãtur: quia ſæpè res ad Imperium pertinentes ſacras vocat Imperator. vt diximus in titulo, C. de officio Comi. ſacrarum largition. & de iſtis Palatinis accipi, & intelligi debet Rubrica noſtra. ibi, de Palatinis
4 ſacrarum largitionum. Rurſus accipiuntur Palatini in hac ſtricta ſignificatione pro ſuſcipientibus, & exigentibus debita, aliaque bona, quæ ad priuatum, & non publicum, nec Fiſcale Principis patrimonium expectant, quiquidẽ appellantur Palatini rerum priuatarum, & de his loquitur rubrica noſtra ibi, & rerum priuatarum: *A los quales podremos oy cõparar a los que tienen cargo de recaudar las rentas, y deudas que ſe deuen al Rey, no de ſu Reyno, ſino de ſu hazienda particular, como de Aranjuez, y el Campillo, y otras heredades que ſu Mageſtad ha comprado, y pueſto alli quien las adminiſtre, y cobre ſus rentas, &c.* Porrò ſupra dicta omnia coligũtur ex traditis a Penenſi, Platea, Rebuffo, & Cuiat. hic, & in l. 1.
5 infra eodem. Ex quibus ita poſitis, & præiactis notum eſt, quod hic titulus tractat de iſtis Palatinis in ſtricta acceptione ſumptis: nempe de Palatinis ſacrarum largitionum, & de Palatinis rerum priuatarum, & ſequentia definir. Primò, vt omnes hi Palatini ab extraordinarijs, & ſordidis muneribus excuſentur, l. 1. l. 6. l. 9. infra eod. Item, quod ſi praue in ſuis officijs adminiſtrãdis verſati fuerint, nec ad eandem militiam, nec ad aliam adſpirabũt, l. 2. Rurſus, vt nulus officium ſacrarum, vel priuatarum largitionum aſſummat abſq; Imperatoris authoritate, dict. l. 6. Definiuntur & alia in reliquis huius tituli legibus, &
6 videndus eſt Cuiat. in l. 7. Satis ſit præfata in medium adduxiſſe, ex quibus præſentis tituli ſummaria intentio percipitur. Deinde huiuſmodi ad eius rubrum declaratio colligitur, titul. 24. in quo diſſeritur, & tractatur de Palatinis ſacrarum largitionum, id eſt, de exactoribus, & ſuſceptoribus particula-

ticularibus, qui exigunt tributa, & debita Fiſcalia ad publicum, & Fiſcale Principis patrimonium pertinentia, & rerum priuatarũ, hoc eſt, de Palatinis, qui exigunt, & ſuſcipiunt res ad priuatum Imperatoris patrimonium pertinẽtes: nempe, de omnium iſtorum
7 priuilegijs. Illud autem obliuiſcendum non eſt, quod præfati Palatini ſacrarum largitionum ſubſunt Comiti ſacrarum largitionum, de quo eſt titulus, C. de officio Comi. ſacrar. largitio. & ibi diximus, vt probat dict. l. 7. infra eod. in princ. ſic accipiẽda, quem intelligimus eſſe Comitem domorum, de quo meminit, l. 3. infra eod. Palatini verò rerum priuatarum ſubſunt Comiti rerum priuatarum, de quo eſt dict. titul. C. de officio Comitis rerum priuat. vbi explicuimus, vt probat, l. ad Palatinorum illius tituli.

Titul. XXV.

De Stratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Duplex rubricæ inſcriptio refertur.*
2 *Stratores, qui ſint, & vnde dicti, explicatur.*
3 *Huius tituli ſumma, mens, & intentio traditur.*
4 *Rubrum explanatur.*
5 *Quibus huius ſæculi, ſtratores ſimiliores videantur.*

1 NIhil intereſt de ſtratoribus, an ſtratoribus, rubrica noſtra inſcribatur: vtrumque enim legi poteſt, vt teſtatur Cuiat. hic, ſed crebrius, de ſtratoribus legitur, teſtante
2 Alciato hic. Stratores autem à verbo ſternere deriuãtur, & multiplicis generis ſunt, vt apud Penenſem, Alciatum, & Cuiatium, hic legere licet. Verum in hoc titulo ſtratores appellãtur, qui præſunt ſtabulis, vel equis ſtantibus in ſtabulis Principis, quorum munus, & officium erat equm Imperatoris ſella ſternere, & freno eum tenere, & aſcendenti ſuper equm Imperatori opem ferre, cũque ad aſcenſum, & deſcenſum adiuuare: vulgo, *Cavallerizos, ò Palafreneros del Rey, ò Reyna,* ita videntur interpretari Acurſ. Penenſis, Platea, Rebuffus, & antiquiores hic, & in l. vna, infra eodem. Quæ tamen expoſitio non conuenit textui dictæ l. vnicæ, vt illico videbimus. Vnde Alciatus, & Cuia. verè exiſtimant ſtratores (de quibus agit is titulus) eſſe quos Princeps in prouincias mittebat ad mutandos, probandoſq; equos militares, quos prouinciales con-

conferre, id eſt, dare tenebantur ad bellum, ad probandos (inquā) an apti ad prælium eſſent, necne. Poſſentq; in locum eorum, quos non conuenientes inueniré̄t alios ſubrogare, & etiam vrgente maiore neceſsitate. de vno loco in alium mutare. Quam interpretationem, licèt non ita diſtinctam, præfati nouiores, aliquot authoritatibus probant, ſpeciatim ex Marcellino, his verbis: Conſtantinus ſtrator paucos militares equos, ex his auſus mutare, ad quos probandos miſſus eſt in Sar-
3 diniam. Probatur etiam in præfata, l. vnica, infra eod. qua cauetur, quod prouintiales vnum tā-tum ſolidum ſtratoribus dare, & ſoluere debent probæ nomine, id eſt propter probationem equorum militarium, & probationis nomine: & vltra ſtratores recipere non poſſunt, alioquin prouinciales plus offeré̄tes, & iudices cō-ſentié̄tes puniūtur. Ruſus, vt prouinciales ipſi in conferendis equis ad bellum certam ſtaturam, ætatem, & formam obſeruē̄t. Et hæc
4 eſt tota veraque huius tituli ſumma, mens, & intentio, ex qua, & paulò antea expoſitis faciliter poſſumus noſtrum rubrum ita exponere, & interpretari, titul. 25. in quo agitur de ſtratoribus, id eſt, de his quorum munus, & officium erat equos militares à prouincialibus exigere, eoſque, an apti ad bellum eſſent, probare, & vrgente neceſsitate de vno loco in alium mutare: nempe oſtenditur, quid ſtipendij nomine ob hāc probationem ſtratores à prouincialibus accipere poſsint, & qualiter prouinciales præfatos equos ad bellum conferre, & præ-
5 ſtare debeant. Sſtratorem autem ſpeciem dignitatis fuiſſe ex Suida, tradit Alciat. hic. *Eſtos eran vnos corredores, ò picadores, que ſe embiauan a preuar, y examinar los cauallos que fueſſen buenos para la guerra, como oy los ſuelen examinar los veedores de los cauallos ligeros, y hombres de armas, quando hazen juntar las compañias de cauallos, para hazer alarde general, ò paga, y allì les examinan y prueuan los cauallos, haziendoles correr, y otras diligencias.*

Tit. XXVI.

De Caſtrenſianis, & miniſterianis.

SVMMARIVM.

1 *Varia rubrica inſcriptio, & electio.*

2 *An inter caſtrenſianos, & miniſterianos vlla ſit differentia, & quæ erat eorum officia.*

officia, & num. 3.

3 *Quibus officialibus* Regis *hodie caſtrenſiani, & miniſteriani ſimiles ſint.*

4 *Plures eorum formæ, ordines, & gradus.*

5 *Huius tituli ſummaria deciſio, & intentio traditur.*

6 *Rubri forma, & ſeries explicatur.*

1 PRæſentis rubricæ intitulationem corruptam eſſe opinatur Alciatus, hic, duplici ratione: tũ quia Acurſius varijs modis eam legit: tùm etiam, quia dictiones iſtæ, caſtrẽſianis, & miniſterianis, nõ admodum Latinè ſint, vnde in quibuſdam Codicibus inuenitur inſcripta hæc rubrica, de caſtrenſianis, & miniſterianis: item, de caſtrenſibus miniſtris, verùm frequentius, communiuſque concipitur, & legitur, de caſtrenſiãnis, & miniſterianis, & ita meus Codex ha-
2 bet. Eſt autem differentia hęc inter caſtrenſianos, & miniſterianis, quod caſtrenſiani ſunt, qui præerant caſtris, & tentotijs Principis ordinandis: miniſteriani vero menſores erant, qui menſurabant quantum mœnia iuxta caſtrum eſſe deberent, vt exponit Acurſ. hic, & ſequi videntur Penenſis, Platea, & Rebuff. hic. Sed hæc interpretatio non conuenit huius tituli legibus, quibus probatur huiuſmodi officia Palatina eſſe, & ſeruitio Imperatoris in Palatio non in bello deputata fuiſſe, l. 3. l. 4. Quapropter dicendũ eſt, quod caſtrenſianorum, & miniſtetianorum, idẽ ſit officiũ, nec inter eos vlla ſit differentia: ita vt caſtrenſiani ſint miniſteriani, &
3 èconuerſo, id eſt, miniſtri aulici, qui ſacro Imperatoris miniſterio, & ſeruitio deputati ſunt, dict. l. 4. infra eodem, de quibus Tertulianus his verbis ait, eſt etiam alia militia Regiarum familiarum, & caſtrenſes appellantur, cuiuſmodi erant prægustatores ciborum Principis: vulgo, *trinchantes, ò Maeſtreſalas: el qual oficio hazen oy los de la boca del Rey*: item, & veſtitores: vulgo, *pajes de Camara, ò otros Caualleros que eran de la Camara, y veſtian al Rey, ò Emperador quãdo ſe leuãtaua de la cama*, & pedagogiani pueri: vulgo, *pajes que eran ayos, ò meninos del Principe, ò Emperador*, quiquidem tunica aurea, & tegminibus purpureis erant induti, ſecundum Marcellinum, lib. 26. qui in lib. 30. ait etiam iſtos in venatione Principis diſpoſitos fuiſſe ad canes retinendos, quos caſtrenſes miniſtros, appellat Lampridius in Alexandro, vt ex Alciato, & Cujatio, hic verè coligẽ-
4 dum eſt. Planè iſtorum plures erant formæ, ordines, & gradus, vt indicat, l. 3. infra eodem, vbi Lucas

Lucas de Pena docet. Erantque ſub diſpoſitione viri ſpectabilis caſtrenſis ſacri Palatij, vt videtur probari, ex l. 1. & ex eius inſcriptione, infra eodem, & docet Cuiat. hìc: *Al qual podremos oy llamar Sumilier de corpus, ò Cama-*
5 *rero mayor del Rey.* De his igitur eſt præſentis tituli tractatio, quo quidem hæc continentur, vt caſtrenſiani, & miniſteriani officiũ per bìeni lapſum finiatur, & alius ſecundum eius merita in eius locum ſubrogetur, & quod nullus ad idem officium, quod compleuit iterum eligatur, in dict. l. 1. item, vt ſiquis ſupernumerarius impetrauerit à Principe, vt in prima, vel ſecunda, aut tertia forma iſtorum officiorum poſſet militare, & ſeruire, & Princeps conceſſerit, ſcribendus eſt in vltimo loco eius formæ, quam impetrauit, l. 2. vbi legendi ſunt Penenſis, & Cuiat. Rurſus, vt caſtrenſiani, & miniſteriani, eorumque matres, vxores, & filij nequeãt in ius vocari, niſi coram magiſtro officiorum, certis cauſis exceptis, l. 3. l. 4. Et iſta eſt tota huius tituli
6 deciſio ſummària. Secundũ quã, & ea quæ ſuperius expoſita ſunt, ita iſtud rubrum enucleandum, & exponendum eſt, titulus 26. in quo tractatur de caſtrenſianis, & miniſterianis, id eſt, de quibuſdam miniſtris, qui Imperatoris ſeruitio in eius aula, & Palatio deputati ſunt, quales ſunt ipſius ciborum prægustatores, pedagogi, & ſimiles, videlicet, de iſtorum priuilegijs, & electione.

Tit. XXVII.

De Decanis.

SVMMARIVM.

1 *DEcani de iure Canonico, qui dicantur.*
2 *Decani de iſto iure, qui appellentur, & de quibus ſit huius tituli tractatus, &, num 3.*
4 *Quæ proponantur hoc titulo, ſummatim oſtenditur.*
5 *Rubrum exponitur.*

1 DEcanis in iure Canonico pro quadam Eccleſiaſtica dignitate accipitur, cap. 1. cap. 2. 60. diſtint. vulgo. *El Dean de alguna Igleſia Ca-*
2 *tedral, ò Colegial.* Et de is Decanis nõ agit hìc titulus. Sed de his qui decẽ viris, ſeu militibus præpoſiti erant, vt volluerunt Acurſ. Penẽſis, Platea, Rebuf. & Alciat. hìc, qui tamen toto cœlo errarunt, nõ enim officium Decanorum erat in bello, ſed in aula, & Palatio Principis: eligebantur namque ex caſtrenſianis, & miniſterianis,

quo-

quorum officium aulicum, & nō bellicum erat, vt diximus in tit. 1. præcedenti, & tenent Cuiat. in l. 1. infra eod. Quarè verè dicendū eſt Decanos, de quibus in hoc tit. tractatur, eſſe quoſdam Colegiatos, quibus humandorum cadauerum, & ſumptuum funeraliū cura erat, & in hoc eorum officium conſiſtebat, vt conſtat ex nouella 43. & 59. & tenet Prateius in lex. iuris, verbo, Decanos: erat enim eorum Colegium, & ſocietas, in quo quatuor erant primicerij, id eſt, præpoſiti Biennenſes, qui cæteris de Colegio præeran, l. 1. infra eodem, vbi tradit Cuiat. & in l. 1. de Colegiatis, ſupr.
3 lib. 11. *Como ay oy en algunos lugares Cofradias pias, cuyos Cofrades tienen cargo de enterrar los muertos, como es la Cofradia de la Cruz, y de la Piedad, y de la Miſericordia: y como la que aora ſe ha hecho para enterrar los criados de la caſa Real.* Exiſtimo tamen, quod officium iſtorum Decanorum maximè verſabatur in humandis cadaueribus miniſtrorū domeſticorum Principis, nam aulicum erat, vt ſupra diximus, idq; probare videtur, l. 2. infra eodem in princip. ibi, noſtræ pietatis famulationibus. Et de his hęc ſum-
4 matim proponuntur; hoc tit. primo locū, vt quatuor ex Decanis, qui primum in ordine ſui Colegij adepti fuerint per Biennium ad primiceriatus officium aſſumantur, alijque elapſo biennio in eius locum ſubrogentur, dict. l. 1. Rurſus, vt Decani corā magiſtro officiorum tantùm, & non alio magiſtratu ſint conueniendi, l. 2.
5 Ex quibus, & antea expoſitis datur hæc ad præſens rubrum facilis expoſitio, titulus 27. in quo tractatur de Decanis, id eſt, de quibuſdam Colegiatis, quorum officium verſabatur in humandis cadaueribus potiſsimum miniſtrorum Principis illorumque funerū ſumptibus faciendis. Nempe oſtenditur ſub quo iudice cōueniantur, & quanto tempore eorum primiceriorum officia durent.

Tit. XXVIII.

De Menſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Menſores, qui dicantur.*
2 *Titulus ſumma.*
3 *Rubrica explicatio.*

1 Menſores, varij generis ſunt, vt authores ſunt Briſonius, & Prateius, ad verbum, menſores, & diximus non nihil in titulo, ff. ſi menſor falſum

Digitized by Google

falſum modium dixerit, ſed in hoc titulo menſores appellãtur, qui in caſtris ad apodiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vulgò *los oficiales que tienen cargo de poner y plantar las tiẽdas en los Reales de la guerra.* Et etiam, qui hoſpitia in ciuitatibus & municipiis militibus, vel Principi, eiuſque miniſtris parant, vulgò *Apoſentadores de la gente de guerra, o de ſu Mageſtad*; de quibus eſt titulus 15. lib. 3. Regiæ nouæ Recopil. qui & metatores dicuntur, vt ſcribimus in tit. infra de metatis, hoc lib. 12. Quam expoſitionẽ tradit Alciat. hic, & Petr. Grego. de ſynt. iuris, lib. 9. c. 8. eaq; vẽ-
2 riſsima eſt, aliis omiſsis ambagibus, quibus inuoluũtur Acurſ. & ſequaces hic. De his ergo menſoribus loquitur titulus iſte, quo cauetur, quòd ſi per biennium fuit quis primicerius mẽſorum, id eſt primum locum inter menſores fuit adeptus, poſteà ſortitur militiam, & dignitatem quã habet ille, qui vltimus eſt inter agẽtes in rebus. Et hæc eſt tituli
3 breuis ſumma & intẽtio; ex qua & præfatis talis datur ad eius rubrum explicatio, titulus 28. qui agit de menſoribus, id eſt de his, quorum officium erat menſurare loca, in quibus milites in caſtris tentoria figere poſſent, vel hoſpitia in ciuitatibus & populis, militibus, vel Principi, & eius miniſtris parare; vide licet de eorum dignitate, hoc eſt, oſtendit quòd fruatur dignitate agentiũ in rebus, de quibus, eorũque dignitate faſsi ſumus in tit. de agẽtibus in rebus, ſupra hoc lib. 12.

Tit. XXIX.

De Priuilegiis eorũ, qui in ſacro palatio militant.

SVMMARIVM.

1 *Militare verbum quid ſignificet.*
2 *Palatina nomina à re militari ſumpta fuere.*
3 *Militantes in ſacro palatio qui dicantur.*
4 *Tituli ſumma, & intentio.*
5 *Rubricæ expoſitio.*
6 *Cur ſacrum Imperatoris palatium vocetur.*

1 MILITARE verbũ duo ſignificat. Primò, armatam militiam in bello exercercere (& de militantibus in hac militia non eſt huius tituli tractatus). Secũdò, inermem militiã adminiſtrare, id eſt dignitatem aliquam, vel adminiſtrationem, aut officium

aliquod in Republica, vel in pala-
tio Principis gerere, vt fuſiùs di-
diximus in tit. qui militare poſ-
ſunt, infra hoc li. 12. Indequè mi
litia in multis Imperatorum cõ-
ſtitutionibus accipitur pro tali
officio, munere, dignitate, & ad-
miniſtratione, vt tradit Anton.
2 Gomez in l. 29. Tau. nu. 11. Vi-
demus etenim inter palatina of-
ficia, ſumpta nomina fuiſſe à re
militari, vt aduertit Alciat. in ru
3 brica de cohortalibus, lib. 12. In-
dequè militantes in ſacro pala-
tio dicuntur, qui in aula & pala-
tio Principis aliquod exercẽt of-
ficium, Imperatoris ſeruitio de-
putatum, vti explicat Petrus Gre
gor. de ſyntag. iuris lib. 19. ca-
pit. 1. num. 9. Qui quidem du-
pliciter conſiderantur. Primò
ſtrictè, & de his non agit is titu-
lus, ſed titulus de Palatinis ſacra-
rum largition. ſupra hoc lib. 12.
Secundò, latè, pro omnibus qui-
buſcũque munus aliquod, vel of
ficium, inermem militiã, & dig-
nitatem in Principis palatio ge-
rentibus, qui tamen recẽſentur
in hoc tit. 1. Et de his eſt propria
4 præſentis tituli tractatio, in quo
recenſentur aliqua priuilegia,
quæ eiuſmodi Palatinis militan-
tibus competunt iuris corpori
inſerta; & hæc ſunt, vt à muneri-
bus ſordidis ipſi, eorumquè filij,
& nepotibus ſint exẽpti; & quòd
eorum mancipia à nemine iniu-
riam patiantur, qui contrà fece-
rit, puniatur, l. 1. Item, ne ad ho-
nores & munera vocentur inui-
ti, l. 2. vbi videndus eſt Alciat. De
5 cẽtur & alia, quæ nunc omittẽda
ſunt, ſat ſit hæc propoſuiſſe, ex
quibus & tituli intentio, & talis
ad eius rubrum expoſitio colligi
tur, tit. 29. in quo tractatur de
Priuilegiis, &c. ideſt de priuile-
giis eorum, qui in palatio Impe-
ratoris aliquod gerunt officium,
eius ſeruitio deputatum. Dicitur
6 autem ſacrum palatium, palatiũ
Principis; nam plerũque res ad
ſe pertinentes ſacras vocat Impe
rator, vt diximus in tit. C. de offi
cio Comitis ſacra. largition.

Tit. XXX.

De Priuilegiis ſcholarum.

SVMMARIVM.

1 *Schola quid ſit, & quo-tuplex, remiſſiuè.*

2 *De quibus ſcholis & ſcholaribus intelligatur hic titulus, diſputatur, & num. 6.*

3 *Scholarum antiquarum, hodierna ſimilitudines traduntur.*

4 *Huius tituli ſummaria deciſio.*

1 Rubrica

4 *Rubricæ interpretatio.*

5 *Alius huiuſtituli intellectus traditur.*

1 ANtequàm vlteriùs progrediamur, prælegenda, prænotandaq; ſunt, quæ ſcripta reliquimus in titulo de Comitibus & tribunis ſcholarum, ſupra hoc lib. 12. vbi explicuimus quid ſit ſchola, & quotuplex; retulimusque aliquot ſcholas, quæ in iure noſtro memorātur; diximus etiam quòd ſchola ibi & hic accipitur pro ſocietate plurium militantium, iuxta l. pe-
2 nult. de ſilentiariis, ſupra hoc libro 12. Quibus prælectis, adhùc poteſt dubitari de cuius ſcholæ ſcholaribus loquatur is titulus; an de his, qui militant in palatio Principis aliquod gerentes officium? an verò de ſcholaribus militantibus in bello: & ſic, an de armata, an de inermi ſchola? In quo articulo interpretes aliqui opinantur, quòd loquatur de ſchola armata, & ſic de ſcholaribus militantibus in bello, cuius ſententiæ ſunt Acurſ. Penenſis, Platea, Rebuf. & Cuia. hic aſſerentes, vndecim fuiſſe ſcholas & ſocietates militum armatorum, ex l. fin. C. de locato & conducto. Alciatus autem hic exiſtimat, quòd loquatur & intelligatur is titulus de his, qui in palatio Imperatoris militant, id eſt aliquod gerunt officium, aliquam vè adminiſtrationē ac dignitatē. Cæterùm, eius opinio periculoſa videtur, ex eo quòd ſuperfluus eſſet titulus iſte, cùm iam in titulo proximo ſuperiori de priuilegiis eorum, qui in Principis palatio militāt, actum ſit. Quapropter, prior ſententia, ex hac ratione, verior videtur; quæ etiam manifeſtè probatur in l. fin. infra eod. vbi appellātur eiuſmodi ſcholares fortiſsimi, & ibi tenet Acur.
3 verbo. Fortiſsimos. Et in huiuſmodi ſcholis, tyrones artē militarem ediſcebant antequàm milites eſſent; & etiam milites arma exercebant, vt tradit Petrus Gregor. de ſyntag. iuris, lib. 19 ca. 3.
4 n. 22. Igitur de his ſcholaribus armatæ ſcholæ & militiæ, differit titulus iſte, quod deciditur, vt magiſter militū, nequeat ſuos milites ſenatores ſcholares verberare, vel degradare, ſed hoc ſoli magiſtro officiorum incūbit. Rurſus, vt idem magiſter militū ſuos domeſticos ſenatores non poſsit facere, ducenarios, vel centenarios, aliàs puniendus erit, l. 1. infra eod. Item, vt militantes qui iam decurſis ſtipendiis primicerij facti ſunt & electi, omnibus priuilegiis ſibi competentibus perfruantur, & in cauſis ciuilibus coram magiſtro officiorū conueniantur, non verò in criminalibus, l. 2. proponuntur & alia

alia in l. vltima, infra eod. quam
per te legere & intelligere po-
5 tes, quia nimis eſt prolixa. Suffi-
ciant præfata, vt deueniamus in
cognitionem intentionis huius
tituli, cuius rubrum ita erit inter
pretandum & exponendum. Ti
tulus 30. in quo agitur de priuile
giis ſcholarum, ideſt ſocietatũ mi
litum armatorum in bello mili-
6 tantium. Poteſt etiam intelligi ti
tulus iſte de militibus ſcholaſti-
cis palatinis, qui armati, Principẽ
euntem ad bellum, vel ad alia lo-
ca, ſequuntur & comitantur, ip-
ſum cuſtodientes, vt ſentit Accur
ſius in rubrica tituli primi infe-
rioris, qui aliâs domeſtici & pro-
tectores dicũtur in tit. de dome-
ſticis & protectoribus, ſupra hoc
lib. 12. & ibi diximus, vulgo *los
de la guarda del Rey continuos,
alabarderos, y archeros, y otros.*

Tit. XXXI.

De caſtrenſi omniũ palatinorum peculio.

SVMMARIVM.

1 *Peculij multiplex genus.*
2 *Caſtrenſe peculiũ, quod ſit, & quale.*
3 *Palatini, qui dicantur.*
4 *Quò diſtat is titulus à primo ſuperiori.*
5 *Tituli ſummaria concluſio, & intentio.*
6 *Literæ præſentis rubri, cõſtructio, & explicatio.*
7 *Remiſsiones huc pertinẽtes allegantur.*

1 Peculium in iure no-
ſtro varij generis eſt,
nempè profectitiũ,
aduentitium, caſtrẽ-
ſe, & quaſi caſtrenſe,
vt fuſsiùs diximus in titulo ſſ. de
caſtrenſi peculio, & in tit. extra
de peculio clericorum, & in titu-
lo C. de bonis maternis. Vbi oſtẽ
2 dimus, caſtrenſe peculium eſſe,
quòd filiusfamilias miles acqui-
ſiuit in caſtris, ideſt bello, vel oc-
caſione belli; quod quidẽ quoad
proprietatem & vſumfructum
ſibi quærit, vt ibi latiùs probaui
mus. Et de hoc caſtrenſi palati-
norum peculio, dumtaxat, loqui
tur titulus iſte, vt eius inſcriptio
demonſtrat. Palatini autem hic
3 accipiuntur & conſiderantur du
pliciter. Primò, latè, pro omni-
bus filiisfamilias, qui in palatio
Principis officium aliquod ge-
runt eiuſdem Principis ſeruitio
deputatum; nam hi omnes di-
cuntur habere caſtrenſe pecu-
lium, ratione ſui officij, l. 2. de
priuilegiis eorum, qui in ſacro
palatio

palatio milit. ſupra hoc lib. 12. Idque indicat præſens rubrica, ibi: Omnium palatinorum. Secundò ſtrictè, pro militibus armatis palatinis filiisfamilias, qui Principem in vrbe, vel euntem in caſtra, vel in alia loca comitantur, & cuſtodiunt, vt indicat l. vnica, infra eod. & ſenſit Acurſius hic; quos exiſtimo eſſe protectores & domeſticos, de quibus eſt titulus de domeſticis & protectoribus, ſupra hoc lib. 12. vulgò, *Los que ſon de la guarda del Rey, o Emperador*; de quorum priuilegiis poſſe etiam intelligi titulum proximum ſuperiorem, ibi animaduertimus.

4 Sed in hoc diſtat is titulus ab illo; quòd hic tantùm agit de peculio caſtrenſi eorum, qui ſunt filijfamilias; ille verò de priuilegiis eorum, ſiue ſint patresfamilias, ſiue filijfamilias.

5 Porrò, licèt palatini accipiantur in diuerſa ſignificatione in titulo de palatinis ſacrarum largition. ſupra hoc lib. 12. vt ibi diximus. Tamen in hoc titulo accipiuntur in præfato duplici ſignificatu, lato & ſtricto, vt modò diximus, & de his hoc titulo. Illud deciditur. vt præfati milites armati, omneſque alij palatini filijfamilias habeant in caſtrenſi peculio quidquid ex Principis ſtipendiis, vel donatione, aut ex ſua parſimonia & induſtria adquiſierint, quemadmodùm ſi in caſtris belli adquiſiſſent, prolixitates itinerum, & expeditionum difficultates exercentes, in dicta l. vnica, infra eod.

6 Cuius iſta eſt breuiſsima, ſummariaque concluſio & intentio: ſecundùm quam, & ea, quæ ſuperiùs expoſita ſunt hoc tenore, literam rubricæ noſtræ poteſt conſtruere & explanare; titulus 31. in quo agitur de caſtrenſi, &c. ideſt de peculio, quod ex donatione, vel ſalariis Principis, aut ſua induſtria adquirunt omnes palatini filijfamilias, ſiue ſint milites armati, qui Principem in vrbe, & quòcumque vadat, ſequuntur & comitantur ipſum cuſtodientes. Siue omnes alij, qui in palatio Principis aliquod gerunt officium, ſeruicio eiuſdem Principis deputatum, quod, caſtrenſe peculium appellatur, proinde ac ſi in caſtris fuiſſet adquiſitũ. (Agitur inquàm) nempe oſtenditur, qualiter tale peculium acquiratur, & ex quibus bonis. Hùc pertinent l. 6. titul. 17. par. 4. vbi Gregor. gloſa 6. 7. & vltima.

7 Et quæ ſcribimus in titulo de caſtrenſi peculio militum, infra hoc lib. 12.

(§)

Digitized by Google

Tit. XXXII.

De equeſtri dignitate.

SVMMARIVM.

1 *Equeſtris dignitas qualis fuerit.*

2 *Quatuor gradus dignitatum.*

3 *Dignitatũ certa definitio dari non poteſt.*

4 *Huius tituli deciſio, vtrusquè ſenſus l. vnica, infra eod.*

5 *Rubri expoſitio.*

6 *Leges Regiæ congruẽtes citãtur.*

1 QVALIS fuerit equeſtris dignitas, non declaratur in hoc titulo. Acurſ. tamen in l. vnica, infra eod. aſſerit, equites Romanos eſſe milites equeſtres, qui Romam cuſtodiũt: illos autem qui illis præerant dumtaxat, equeſtri dignitate condecoratos eſſe; 3 nam ipſa militia ſimplex (ait ipſe) non eſt dignitas abſque præpoſitura; & Acurſium ſequuntur Platea, Rebuffus, & alij antiquiores hic & in præfata l. vnica. Porrò, huiuſmodi dignitas in Vrbe, olim fuit ſecunda in ordine; nam primus ordo erat Senatorum, ſecũdus equitum, tertius plebeiorum, l. cum te, C. de nuptiis, & tetigit Cuia. in præfata l. vnica, infra eod. qua probatur, quòd qui habebat equeſtrem dignitatem, conſequebatur gradum clariſsimorum, & tradit Alciatus lib. 3. diſpunctio. cap. 4. Sunt etenim quatuor gradus dignitatum, nempè ſuper illuſtrium, illuſtrium, ſpectabiliũ, & clariſsimorum, vt latè oſtendimus in titulo C. vbi Senatores, vel clariſsimi, & in titulo de dignitate, modò hoc lib. 12. quidquid contrà putet Alciatus in loco ſupra citato, qui ab hoc dignitatum numero diuertit. Inter clariſsimos autẽ in ſecundo gradu habentur, qui equeſtri dignitate cõdecorati ſunt, dicta l. vnica, infra eod. Nec obſtat, quòd dignitas clariſsimorum cæteris inferior eſt, & ſic poſt eam nulla alia dignitas datur in iure; nam reſpondet Acurſius ibi gloſſa fin. quòd clariſsimatus ibi exponi debet, id eſt conſulatus: ſed non eſt congrua expoſitio, violat enim literã illius textus. Quare reſpõdendum eſt, quòd licèt ſint præfati quatuor gradus dignitatũ, quãdoque tamen earum dignitatum certa definitio dari non poteſt: nam, quos clariſsimos Imperatores appellarũt, modò ſpectabiles vocãt, & è contrà, & etiã illuſtres;

illuſtres; creſcit enim vel minuitur eiuſdem officij dignitas arbitrio Principis ex ipſa rerum acceſsione, vel deceſione, vt tradit eruditè Cuia. in l. fin. de ſilentiariis, ſupra hoc lib. 12. & diximus in dicto titulo de dignitatibus. Et ita accipiendas eſſe putamus varias, diuerſaſque autoritates, quas citat Alciatus vbi ſupra,
4 quidquid ipſe clamitet. Conſtituit ergo Imperator in eadem l. vnica infra eod. vt hi, qui militibus equeſtribus Vrbem cuſtodientibus, præpoſiti ſunt, habeantur in ſecundo gradu dignitatis poſt clariſsimatum, ideſt in ſecundo ordine dignitatis clariſsimatus; & is eſt verus illius text. ſenſus, vt fuſiùs in titulo 1. inferiori dicendum eſt, vbi omi-
5 ninò legas. Ex quo, & ante expoſitis talis datur ad præſens rubrum declaratio, titulus 32. qui quidem agit de equeſtri dignitate, ideſt de illa dignitate, quam conſequuntur hi, qui præpoſiti ſunt militibus equeſtribus deputatis ad Vrbem cuſtodiendam. *A eſtos podremos llamar Capitanes de cauallos, o de las guardas de acauallo, que guardan la Ciudad; y tambien Capitanes de los hombres de armas, que comunmente ſe llaman las guardas del Reyno.* Et hũc tit. re-
6 ſpicit l. 1. vbi Gregorius gloſ. fin. & l. 11. vbi Greg. gloſ. 1. tit. 21. p. 2.

Tit. XXXIII.

De Perfectiſsimatus dignitate.

SVMMARIVM.

1 *Perfectiſsimatus dignitas qualis fuerit, & numero 2.*
2 *Præfectiales qui fuerint.*
3 *Verus ſenſus l. vnica, ſupra titulo 1. traditur.*
4 *Iſtius tituli ſumma & intentio refertur.*
5 *Rubrum explicatur.*

1 QVALIS iſte hæc dignitas fuerit, non declarat Iuſtinus Imperator in l. vnica, infra hoc titulo. Et Acurſius hic ſub dubio tẽtat dici poſſe, quòd perfectiſsimus debebat eſſe miles, qui ad hãc dignitatẽ eligebãtur; ideoq; perfectiſsimatus dignitas dicebatur. Quem ſequitur Platea hic, qui quidem etiam ambiguus tẽtat eum, dici perfectum, qui in Vrbe coronat Imperatorem, & pro eo Imperator debita ſoluit, iuxta ea quæ tradit Bartolus in l. 1. in principio, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. Pe-

a nenſis autem hic ait, quòd verijùs inſcribitur, iſta rubrica de præfectiatus dignitate. Nã præfectiales dicebantur, qui bella publicæ indicebant, vt fuit Quintus Fabius, Legatus Romanorum ad Cartaginenſes, de quo agit l. 2. §. deinde Quintus, ff. de origine iuris. Et Titus Liuius de ſecundo bellico punico, lib. 1. vulgò, *Los Embaxadores, o trompetas, con quien los Principes y Generales embian a deſafiár al enemigo para la guerra.* Alciatus verò lib. 3. diſpunction. ca. 4. aſſerit, quòd erat dignitas quædam non mediocris, quia non omnes Prouinciarum Præſides clariſsimi fuerunt, ſed perfectiſſimi quidam, prout Prouinciæ dignitas exigebat. Idque ex vetuſtiſsimis monumentis Tarraconenſis Hiſpaniæ probat. Et hac dignitate erant condecorati Præſes Dalmatiæ à Mariano, & magiſter cenſus, & primicerius ſcrinniorum, vt oſtendit Cuia. dicta l. vna, infra eod. Et hæc interpretatio plus mihi placet. Ad cuius comprobationẽ meminiſſe oportet, quòd licèt quatuor ſint duntaxat gradus dignitatum, nempè ſuperilluſtriũ, illuſtrium, ſpectabilium, & clariſsimorum, vt diximus in titulo 1. ſuperiori, & alibi ſæpè. Tamen in quolibet gradu ſunt plures diuerſique ordines, quidam maiores, alij mediocres, alij minores, vt oſtendimus in titu. 19. num. 3. & in titulo 20 num. 1. ſupra hoc lib. 12. Vnde in clariſſimatus dignitate, qui erat in primo & ſummo ordine dicebatur perfectiſsimus, & eius dignitas perfectiſsimatus: & iuxta

3 hæc putò accipiẽdam eſſe l. vnicam, ſupra dicto titulo ſuperiori, quatenus ait: Equites Romanos ſecundum gradum poſt clariſsimatum obtinere, id eſt ſecundum ordinem dignitatis clariſsimatus. His ita intellectis,

4 conſtituit Iuſtinus in dicta l. vnica, infra eod. vt ad perfectiſsimatus dignitatem non admittantur ſeruili, vel curiali conditione obnoxij, vel alterius vilis miniſterij opifices, aut qui ipſum honorem pretio redemerint: Cuius textus iſta eſt breuiſsima ſumma, & huius tituli intentio, ſecundùm quam, & ea, quæ ſupra expoſita ſunt, ita ru-

5 brum explicabis, titulus 33. in quo tractatur de perfectiſsimatus dignitate, id eſt de ſummo, primo, & perfecto ordine dignitatis clariſsimatus, hoc eſt, oſtenditur quæ perſonæ ad eam admitti non poſsint.

(§§)

Titul.

Titulus XXXIIII.

Qui militare poſſunt vel nõ poſſunt: & de ſeruis ad militiã, vel dignitatem adſpirantibus: & vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur.

SVMMARIVM.

1 *RVbricæ in tres partes diuiſio.*
2 *Militia eſt duplex, armata, & inermis, & qualis alterutra ſit explicatur.*
3 *Dignitas quid ſit, remiſsiuè.*
4 *De qua militia loquatur is titulus, declaratur.*
5 *Eius ſumma, mens, & intentio oſtenditur.*
6 *Rubricæ conſtitutio & interpretatio traditur.*
7 *Leges Regiæ hùc pertinentes citantur.*

1 IN TRES partes ſcinditur rubrica noſtra. Prior eſt in principio, ibi: Qui militare poſſunt, vel nõ poſſunt. Secunda, ibi: Et de ſeruis ad militiam vel dignitatem adſpirantibus. Poſterior, ibi: Et vt nemo duplici militia vel dignitate, & militia ſimùl vtatur. Et
2 pro omnium partium explicatione primò ſciendum eſt, duplicem eſſe militiam armatam, & inermem. Armata militia dicitur, quam milites profitentur in bello. Inermis eſt, alicuius officij in Republica adminiſtratio: Indeque, militare verbum, ſignificat vel armatam militiam exercere, vel inermem militiam adminiſtrare, vt fuſiùs diximus in titulo de priuilegiis eorum, qui in ſacro palatio milit. ſupra hoc lib. 12. & in titulo C. in quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti non poſſ. Et latiſſimè docet Petrus Greg. de ſyn-
3 tag. iuris, lib. 19. c. 1. 2. 3. Deinde explicãdum erat hic, quid ſit dignitas, ſed ea de re latè nobis actum eſt in tit. de dignita. ſupra
4 hoc lib. 12. Quibus ita poſitis, intellige, quòd hic titulus de vtraque militia loquitur, potiſsimũ tamẽ de armata ſecũdùm Acurſ. & omnes hic, vt cõſtat ex l. 2. 3. & 4. De inermi autẽ in l. 5. & 6. tra-
5 ctatur. Igitur is titulus ſequẽtia cõſtituit, vt volẽtes armatã militiam profiteri debeant, primò, probari ab eo, qui probandi milites poteſtatem habet, an ſint vtiles & apti ad bellum necnè? Item, vt nullus cauſa litis euitãdæ poſsit militare, l. 1. Rurſus,

vt nemo militiam armatam aſſu
mat, vt ciuilia munera euitet,
l. 2. Præterea, vt coloni præ-
diorum, vel ſaltuenſes ad mi-
litiam armatam volentes, vel
inuiti non admittantur, l. 3. nec
curiales, nec cohortales, l. 4. Et
omnes iſtæ leges pertinent ad
primam rubri partem. Itidem
conſtituit, quòd ſi ſeruus ad mi-
litiam admittatur, domino igno
rante, militia exuitur, & a domi
no vendicatur: ſi autem domino
ſciẽte, ingenus efficitur, ac iure-
patronatus dominus priuatur,
& ſeruus ipſe ingenus factus re-
tinet, ſi ei vtilis ſit, nõ alias, l. pe
nultima. Et ſi dominus patiatur
ſeruum ſuum eſſe in dignitate,
dominio eius, ac iurepatronatus
priuatur; ſi verò ignoret, datur
ei terminus triginta dierum à tẽ
pore ſcientiæ, intra quem poſsit
illum vendicare, l. fin. quæ l. &
dicta l. penulti. ſecundam ru-
bricæ partem reſpiciunt. Tan-
dem conſtituit, vt nomini liceat
eodem tempore duas dignitates
vel militias diuerſi generis, vel
dignitatem, & militiam ſimul
obtinere; alioquin, obtinentes
& iudices conſentientes puniun
tur. Si verò ſuis meritis alicui
duæ militiæ, vel dignitates, vel
militia & dignitas ſimul conce-
dantur, electioni locus erit data
facultate alienandi primam mi-
litiam, ſi alienabilis erat, l. 5. quæ
vltimæ parti rubricæ correſpon
6 det. Et hæc eſt totius tituli ſum-
ma & mens, ex qua & ſuperio-
ribus adaptari poteſt ad eius ru
brum huiuſmodi conſtructio
& interpretatio, titulus 34. qui
oſtendit, qui militare poſſunt,
vel non, ideſt armatam militiam
profiteri. Agit & de ſeruis ad mi
litiã armatam, vel inermem, vel
dignitatem aſpirantibus; conſti
tuitquè, vt nemo duplici militia
armata vel inermi, vel dignitate
& militia ſimùl vtatur. Hùc per
7 tinet l. 12. titu. 21. par. 2. Et ad vlti
mam huius rubricæ partem per
tinet l. 4. titu. 3. lib. 7. vbi Azebe.
& l. 28. tit. 4. lib. 2. nouæ Regiæ
Compil. quæ officiorum plu-
ralitatem prohibent, ſaltim eo-
rum, quæ incompatibilia ſunt,
qua de re videndi ſunt Bouadilla
& ab eo citati in Polit. lib. 3. c. 8.
num. 68. & lib. 4. c. 2. n. 41. ibi: *Y
de muchas ſuertes de gentes, &c.*

Tit. XXXV.

Negotiatores ne militent.

SVMMARIVM.

1 *NEGOTII multiplex ſignificatio, remiſsiuè.*

2 Nego-

2 *Negotiatores qui ſint, explicatur.*
3 *Militare verbum quid ſignificet, declaratur.*
4 *Huius tituli ſumma & intentio traditur.*
5 *Rubri. tenor conſtituitur, & explicatur.*
6 *Leges Regiæ congruentes citantur.*

1 Negotio, negotiatores dicuntur. Negotij autem plura ſignificata ſunt, cap. forus, extra de verborum ſignific. & docet hic Lucas de Penna, & diximus in titu-
2 lo ff. de negotiis geſtis. Sed in hoc titulo negotiatores appellantur, qui ergaſteriis & officinis præſunt, l. vnica, infra eod. ideſt qui artem mercimoniæ, vel mercantiæ, vel alterius contractationis exercent, vulgò, *Mercaderes que tienen tiendas de mercācia, o otras contrataciones.* Differt autē mercator à negotiatore in hoc, quòd mercator ſolùm artē mercantiæ exercet; negotiator non eam ſolam, ſed omni genere lucri laborioſè vitam exercet, ſiue emendo, ſiue vendendo, ſiue locando, aut conducendo, vel aliter contrahēdo, l. legatis ſeruis, ff. de leg. 3. Petrus Gregorius de ſyntag. iuris, lib 25. ca. 2. num. 6. & 7. & 8. cum ſequentibus. Mi-
3 litare verbum, & armatam militiam profiteri, & militiam inermem exercere ſignificat, vt diximus in titulo 1. ſuperiori, vbi quid vtraque militia ſit expoſitum nobis eſt; & in vtroque ſignificato in hoc titulo accipiendum eſt, potiſſimùm autem ad armatam militiam refertur. Ex-
4 poſitis ſic verbis rubricæ, dicendum eſt, quòd hic titulus conſtituit, vt negotiatoribus omnis militia interdicta ſit, exceptis argenti diſtractoribus, qui non ad armatam militiam, ſed ad inermem quamcumque aſſpirare poſſunt, & qui ante dict. l. vnam, infra eod. militiam adepti fuerint illam retinere poterūt, dum tamen à negotiatione ſe abſtineant, aliàs militia priuantur; armorum tamen conſtructores, & militiam obtinere, & ſuam armorum negotiationem exerce-
5 re poſſunt, dicta l. vnica, cuius & totius tituli hæc eſt ſumma & intentio, ex qua, & ante dictis, talis datur ad eius rubrum conſtructio & interpretatio titul. 35. quo præcipitur, negotiatores ne militent, ideſt ne mercatores, qui artem mercantię, vel alterius contractationis exercent ad armatam, vel inermem militiam admittantur. Et congruit hic ti-
6 tu. l. 12. & l. fi. ti. 21. p. 2. cū traditis à Bouad. in Polit. lib. 2. c. 12. n. 36. & ibi in gloſ. 6. & à Petr. Greg. de ſyntag. iuris. lib. 25. c. 16. n. 8.

Titul.

Tit. XXXVI.

De re militari.

SVMMARIVM.

1 *Duplex eſt militia, armata & inermis, remiſſiué.*
2 *Quid ſit res militaris, de qua agit is titulus.*
3 *Summa & intentio tituli.*
4 *Rubricæ expoſitio.*
5 *Leges Regiæ huic titulo congruentes citantur.*

1 PRæiacendũ eſt, duplicem eſſe militiã, népè armatam, & inermẽ; & quæ & qualis vtraque ſit, in duobus titulis proximis ſuperioribus, & in tit. de comeatu, infra hoc li. 12. necnon in locis inibi citatis, ex-
2 poſitum nobis eſt. Quo præmiſſo intellige, quòd hic titulus nõ de inermis, ſed de armata militia tractat, & ſic de re, ideſt arte & diſciplina militari, quam
3 milites armati profitentur in bello. & ita docet & definit, quòd miles ab hoſtibus captus, & poſt liminio reuerſus, non lucratur ſtipendia illius temporis, quo in captiuitate ſtetit, in l. 1. item quod miles, qui viginti annis militauit, à ſordidis muneribus excuſatur, l. 2. Rurſus, miles à militia miſſus, ignominiæ cauſa, efficitur infamis, & dignitatem perdit, poterit tamẽ vbique morari, præterquàm in locis vetitis, l. 3. Prætereà, ſi miles deſerat militiam, & in deſertione deceſſerit, eius bona confiſcantur, l. 4. Quòd ſi deſertor à Principe fuerit reſtitutus, non conſequitur ſtipendia pro tempore quo in deſertione permanſit, l. 5. Definiuntur & alia, quæ conſultò omit-
4 timus: ſufficit hæc indicaſſe pro principali huius tituli ſumma & intentione colligenda. Ex quibus, & anteà dictis elicitur talis ad eius rubrum expoſitio, titulus 36. qui agit de re militari, ideſt de armata militia, & arte, vel diſciplina militari, quam milites profitentur in bello, hoceſt, de delictis, pœniſque,
5 & ſtipendiis militum. Et hanc materiam reſpicere videntur titulus 22. 23. 24. 25. par. 2 aliæque Regiæ conſtitutiones, quas ſigillatim cumulat Ximenez hic. Et videnda ſunt, quæ diximus in titulo ff. de re militari.

(§§)

Titul.

Titulus XXXVII.

De caſtrenſi peculio militum, & præfectianorum.

SVMMARIVM.

1 *DVPLEX rubrica lectio.*
2 *Rubrica diuiſio.*
3 *Peculiũ caſtrenſe quid ſit, remiſiuè.*
4 *Præfectiani qui dicantur, & quibus officialibus hodie aſſimilentur.*
5 *Huius tituli ſumma, & intentio refertur.*
6 *Rubrum explicatur.*
7 *Differentia inter hũc titulum & titulum de caſtrenſi omnium Palati. peculio, ſupra hoc lib. 12.*
8 *Leges Regiæ cõſonãtes citãtur.*

1 DVPLICITER legitur à Doctoribus rubrica noſtra. Primò, de caſtrenſi peculio militum, & Præfecti annonæ; & hanc lecturam ſequuntur Penenſis, Platea, & Rebuſus hic. Secundò, de caſtrenſi peculio, & præfectianorum; & iſta verior & ſanior eſt inſcriptio, vt docet Cuiat. in titulo de militari teſtamento, & eam amplectuntur Acurſius, Antonius Contius,
2 & Guia. hic. Et ita concepta rubrica noſtra in duas partes diuidi poteſt. Prima eſt in principio: ſecunda ibi, & præfectianorum: de quibus ſingulis exponendis diſſeramus. Et pro
3 primæ intelligentia explicandum erat hic, quid ſit caſtrenſe peculium, ſed ea de re actum nobis eſt in titulo de caſtrenſi omnium palatinorum peculio, ſupra hoc lib. 12. & in tit. ff. de caſtrẽſi pecul. vbi diximus, caſtrẽſe peculium eſſe, quod filiusfamilias miles acquiſiuit in caſtris, idest in bello, vel occaſione belli. Et adhuc de priori parte ru-
4 bricæ. Pro ſecundæ autem explicatione dicendum eſt, quòd præfectiani ſũt apparitores Præfecti, l. 8. C. de officio Rectoris prouinciæ, l. 2. l. 3. de apparitoribus Præfecti prætorio, infra hoc lib. 12. & tenet Accurſ. in præfatione l. 2. Briſſonius & Pratelus verbo, Præfectianus: Quis autem fuerit Præfectus prætorio, diximus in titulo C. de ſententiis Præfecti prætori. & in locis per me citatis in titulo de Præfectis prætorio, ſiue vrbi, ſupra hoc libro 12. Vbi etiam oſtendimus, quòd in locum huius magiſtratus *ſucedieron los Preſidentes, y Oydores de los Conſejos, y Chancillerias Reales, y por el conſiguiente diremos, que ſus Porteros, Alguaziles, ſecretarios, relatores, y eſcriuanos,* que

que ſon ſus oficiales, ſe podràn llamar Præfectiani, de quibus eſt præſens tractatio. Et quãuis Accurſ.hic aſſerat,non tractari in legibus huius tituli de præfectianis,veriùs tamen putamus legẽ vltimam ad eos pertinere, & de illis,eorumque peculio caſtrenſi agere, vti rectè aduertit Cuia. hic;& ſic manet explicita ſecun-
5 da rubri pars. Igitur,de caſtrenſi peculio militum, & de caſtrẽſi peculio prefectianorum is titulus agit, & ſequentia conſtituit. Primò, quòd hæreditas matris delata militi non habeatur in caſtrenſi peculio,ſed tantùm hæreditas cõmilitonis, & etiam res mobiles donata proficiſcenti ad bellum, nõ verò res immobilis. Item,vt res à patre empta nomine filijfamilias militis non cædat caſtrenſi peculio ſed prędia empta ex caſtrenſi peculio,caſtrenſia ſunt,l.1.Item,vt filiusfamilias res alterius peculij, quod non ſit caſtrẽſe, vel quaſi, abſque patris voluntate non poſsit alienare,de caſtrẽſibus autẽ,vel quaſi, liberè diſponere poſsit, l. 2. Rurſus, quòd militia nõ liberat filiũ à patria poteſtate,qui quidem pleno iure caſtrenſe peculiũ habere poteſt,etiã ſi ſit in patris poteſtate, l.3. Et quòd hæreditas delata filiofamilias militi ab eius fratrẽ cõmilitone cædit caſtrenſi peculio;& ideò patri per filiũ non adquiritur,l.4.Deinde,quòd mortuo filiofamilias, pater ei ſuccedit in caſtrẽſi peculio,nõ iure hæreditario, ſed iure peculij,l.5. Et hæc omnia iura ad priorẽ partẽ rubricæ pertinent. Cæterùm, præfata l.vlt. (vt ſupra diximus) ad ſecundam rubri partẽ expectat,qua cauetur,vt ſcrinnarij, & exceptores, & alij officiales, qui præfectiani dicuntur,hebeãt etiã caſtrenſe peculium;& ibi viden-
6 dus eſt omninò Alciatus. Hæc igitur eſt totius tituli ſumma & intẽtio,ſecundùm quã,& ea quæ ſuperiùs expoſita ſunt,ita rubrũ eius erit explicandũ & ordinandum,tit.37. in quo tractatur de caſtrenſi peculio militum armatæ militiæ,& præfectiannorum, ideſt etiam de caſtrenſi peculio prefectiannorũ,hoc eſt,apparitorũ & officialium Præfecti prætorio. Videlicet oſtẽditur, quæ bona cõprehẽdantur in caſtrẽſi peculio, quod filiusfamilias miles in caſtris,ideſt bello, vel occaſione belli,aut præfectianus adquirit,& qualiter ſibi acquirãt,& de
7 eo liberè diſponere poſsint. Differt autem iſte titulus à dicto titulo de caſtrenſi omnium palatinorum peculio, ſupra hoc libro 12. in hoc, quod ille agit de caſtrenſi peculio palatinorum, qui in ſacro palatio militant, ideſt aliquod gerunt officium Principis ſeruicio deputatum

tatum in eius aula, vt ibi diximus. At verò is titulus de caſtrẽſi peculio militum armatæ militiæ, quod in caſtris, ideſt bello adquirũt, vel occaſione belli, nec non de caſtrenſi peculio præfecti annorum, qui cùm ſint apparitiores Præfecti prætorij, palatini quoque reputabũtur, niſi tẽpore quo Præfectus ipſe in rebus milita-
8 ribus eſt occupatus, iuxta l. 4. 5. 6. 9. infra tit. 1. Et pertinẽt ad hunc titulum l. 6. l. 7. tit. 17. p. 4.

Titu. XXXVIII.

De erogatione militaris annonæ.

SVMMARIVM.

1 *ANNONA militaris quid ſit.*
2 *Ex quibus rebus præſtabatur.*
3 *Per quos eroganda ſit annona militaris.*
4 *Quæ hoc titulo tractãtur, ſummatim oſtenditur.*
5 *Rubricæ expoſitio traditur.*
6 *An in hoc titulo de alia etiã annona quã militari tractetur.*

1 ANNONÆ appellatione quid cõtineatur, oſtendimus in locis per me citatis in tit. de annonis ciuilibus, ſupra lib. 11. Sed in huius tituli tractatu militaris annona duo ſignificat. Primũ, edulia, & omnes res, quæ ad victum & alimoniã militum armatæ militiæ neceſſariæ ſunt, veluti panis, caro, oleum, vinum, acetum, ſal, & cætera edulia, quæ ſingulis diebus, vel intra annũ, pro toto anno eis dabantur, l. 1. l. 3. l. 4. l. 7. infra eod. vulgò *la racion que ſe daua cada dia a los ſoldados para ſu comida*. Secundò, ſignificat ſtipendia, quæ militibus ſingulis menſibus, vel quòtanis ſoluebantur, quæ ærariæ annonę etiã appellantur in l. 6. infra eod. quia quandoque in ære & pecunia eiuſmodi ſtipendia præſtabãtur, l. 16. §. 1. infra eod. ita videntur docere Acurſ. Penenſis, Platea, Rebuf & interpretes, alij hic &
in præfatis legibus. Quod, vt ra- 2
dicitùs percipiatur, ſciendum eſt, quòd tributorum quædam præſtabantur Imperatori in ſpeciebus ad victum pertinentibus, vt pùtà frumento, farina, hordeo, vino, carne, quæ annonæ dicebantur, vt conſtat ex titulo de annonis & tributis, ſupra libro 10. & ibi diximus, ex quibus quædam erant deſtinata ad veſtes militares militibus dandas, vt in titulo de militari veſte, infra hoc libro. Quædam verò ad annonas milita-

militares ſoluendas, l. 4. 5. 11. infra eod. Quæ annonæ erogabãtur inter milites in eadem ſpecie ſingulis diebus, vel ſemel ad totum annum, vel alio debito tempore, d. l. 1. 4. 5. 7. infra eod. & tradit Petrus Greg. de ſyntagm. iuris, 2. par. lib. 19. cap. 6. quandoque Bouadilla lib. 3. c. 34. n. 79. & lib. 4. cap. 2. num. 36. vbi docent, quòd eiuſmodi erogatio & diſtributio fiebat teſſeris, vulgò, *por cedulas y voletas que ſe dauan a los ſoldados.* Tamen ſi vellent milites, accipiebat annonas, taxatas in pecunia, l. 15. ſic accipieda l. 16. §. ſi qua, infra eod. Non ſolùm autem ex his ſpeciebus præſtabantur militibus annonæ victuales, ſed etiam ſtipẽdia in pecunia numerata, d. l. 14. & l. 16. §. ſi qua, infra eod. Porrò,
3 ſuſceptores tributorum huiuſmodi militares annonas, militariaque ſtipendia inter milites diſtribuebant & erogabant, vel per ſe, vel per alios officiales, qui actuarij optiones, & opinatores dicuntur, l. 9. 11. 16. infra eod. vbi Platea & omnes notant; quos omnes, erogatores militaris annonæ, & ſtipendiorum, vocat Imperator in pręfa. l. 16. in princ. infra eod. Qui quidem, quatenus erogant annonas victuales, *ſe puedẽ oy comparar a los Proueedores de las armadas, y ſus oficiales.* Quatenus verò erogant ſtipendia in pecunia numerata, *a los pagadores de la gente de guerra.* Licèt aliàs exactores & ſuſceptores tributorum aliis noſtri ſeculi officialibus, etiam comparentur, vt diximus in titulo de exactoribus tributorum, & in tit. de canone largitional. titulorũ, ſupra lib. 10.
4 Itaque, militaris annonæ appellatione, & victualia, & ſtipendia in pecunia numerata, quæ militibus dabantur, continentur; de quorum erogatione datus eſt titulus iſte, quo tractantur, & proponuntur ſequẽtia. Primò, quòd tempore expeditionis belli, dari debet militibus panis bucelatus, ideſt biſcoctus, vulgò *vizcocho:* & die tertia panis integer, ideſt nõ biſcoctus, atque vna die vinũ, alia acetũ, & vna die lardũ, & duobus diebus caro veruecina, ideſt arietina, d. l. 1. quam intellige in ſingulis hebdomadis, vti rectè intellexit ibi Rebuf. Deinde, ne milites à Prouincialibus quidquam accipiant cœnæ nomine, l. 3. Item, quòd officiales deputati ad erogandum, tenẽtur per triginta dies oſtendere publicis inſtrumẽtis annonam, quam receperũt, inter milites diſtribuiſſe; alioquin de ſuo conferre obligãtur, l. actuarij. Rurſus, vt pręfati officiales erogatores iurent, rectè & iuſtè ſe annonas erogaturos, d. l. 16. Tandem, ſi quis ex ſcholis militum ſit electus, & deputatus,

putatus ad regẽdum certum nu
merum militum, annonam de-
bet percipere pro duplici officio,
nempè annonam conſuetã dari
militibus, & pro tali regimine
vnum ſolidum quotidie; quòd ſi
ante perceptionẽ deceſſerit, hæ-
redes eius vtrumque ſalarii cõ-
5 ſequẽtur, dicta l.14 Proponuntur
& alia, quæ cauſa breuitatis omit
timus; ex his nãquè ſummatim
hic congeſtis, & paulò antea di-
ctis deducitur talis ad præſens ru
brum expoſitio, titul. 38. in quo
tractatur de erogatione militaris
annonæ, id eſt de diſtributione
& ſolutione victualium & ſtipẽ-
diorum inter milites armatę mi
litiæ facienda, nempè oſtendi-
tur per quos, & qualiter, & quo
tempore eiuſmodi erogatio &
6 diſtributio fieri debeat. Illud au-
tem omittendum non eſt, quòd
quamuis hic titulus præcipuè lo
quatur de erogatione militaris
annonæ; tamen etiam tãtiſper
agit de annonis, & ſtipendiis, &
ſalariis officialium & miniſtro-
rum palatij Imperatoris, qui ar-
matæ militiæ milites non ſunt,
dicta l.15. infra eod. Hùc perti-
nent leges Regiæ, quas citat Xi-
menez hic, & legendus eſt Al-
ciat. in dicta l.1.& l.12 infra eod.
Petrus Gregor. & Bouadilla vbi
ſupra. Idem Petrus Gregorius
lib.3.cap.30.num.16.

Tit. XXXIX.

De excoctione & tranſlatione mili- taris annonæ.

SVMMARIVM.

1 *Militaris annona quid ſit, remiſſiuè.*
2 *Huius tituli ſumma, & num. 3.*
3 *Panis bucellatus quid ſit.*
4 *Rubri expoſitio.*

1 QVID ſit militaris
annona, in titulo ſu-
periori expoſitũ no-
bis eſt, de cuius excoctione is titu
lus agit, id eſt oſtendit, in quibus
locis excoqui debeat, maximè
ea, quę in pane militibus pręſta-
tur, & tranſlatione, hoc eſt, trãſ-
portatione ipſius. Debet enim
militaris annona trãsferri & trãſ
portari ad loca, in quibus mili-
tes armati motãtur, vt inde alan
2 tur, & alimoniã ſuſcipiant: & ita
hic titul. definit & ſtatuit, quòd
qui per diuerſas Prouincias deſti
nãtur ad exigẽdas annonas inter
milites erogãdas, non debẽt co-
gere prouinciales ad panem bu-
cellatum, vel non bucellatum
coquendum, niſi hoc habeat
conſuetudo, l.1. C. quid autem
ſit panis bucellatus, in tit.1. ſupe-

Digitized by Google

tiori diximus). Deinde, vt à co-
ctione panis & tranſlatione mi-
litaris anonæ, nulla domus etiã
Principis excuſetur; quòd ſi pro
curator eius, cui panis coquen-
dus, vel annona transferẽda mã-
datur, in hoc negligens fuerit,
punitur, l. 2. quam intellge, niſi
alia ſit cõſuetudo, iuxta dictã l. 1.
4 Et iſta eſt totius tituli ſumma, ſe
cundùm quam, & ea, quæ anteà
dicta ſunt, ita rubrum eius expli
cabis, titulus 39. qui quidem a-
git de excoctione, &c. ideſt do-
cet, vbi debeat coqui panis, om-
niſq; annona, quę militibus arma
tæ militiæ pro victu quotidiano
datur, conſtituitque ab omni-
bus transferendam eſſe ad loca,
in quibus milites ſunt.

Titul. XL.

De militari veſte.

SVMMARIVM.

1 D*VPLEX rubri inſcriptio refertur, & vtraque vera eſt.*
2 *Canon quid ſignificet in iure noſtro.*
3 *Veſtes militares quales ſint.*
4 *Tituli ſumma.*
5 *Rubri explicatio.*
6 *Lex Regia ad propoſitũ citatur.*

1 DVpliciter inſcri-
bitur rubrica noſ
tra. Primò, de
militari veſte; &
ita eam legunt
Acurſ. Bart. Platea, Rebuf. Alcia.
& alij hic. Secundò, de milita-
rium veſtium canone, & ita le-
git Lucas de Pena, ſed nihil re-
fert hoc vel illo modo legatur;
vtraque enim lectio & inſcrip-
tio veriſsima eſt, vt ex infra di-
2 cendis conſtabit. Et pro eius ex-
plicationẽ, & tituli intelligen-
tia, primò animaduertendum
eſt, quòd canon in iure multi-
plicem habet ſignificationem;
ſed in legibus poſteriorum li-
brorum Codicis ſignificat an-
nuam & ordinariã tributorum
ſolutionem, vt fuſiùs diximus in
titulo de indictionibus, & in ti-
tulo de canone largional. titul. ſu
pra lib. 10. Et in hoc ſenſu capi-
tur in hoc tit. quoties in eo cano
nis mẽtio fit, videlicet pro tribu-
to, quod prouinciales Imperato
ri, eiuſque fiſco & publico æra-
rio annuatim ſoluere tenetur ad
præſtandas, elargiendasque veſ-
tes militibus armatæ militiæ,
3 l. 1. infra hoc tit. Quemadmodũ
enim ad militum victũ & alimo-
niam neceſſariæ ſunt annonæ
ædules, de quibus tractantduo
tituli proximi ſuperiores; pari
etiam

etiam ratione neceſſariæ ſunt veſtes militares,ideſt quibus ipſe milites induātur, ſine quibus eo rum vita cōſeruari nequit, & de
4 eis agit titulus iſte.Qui cōſtituit, quòd canonem veſtium,ideſt tri butum ad veſtes militares deputatum, debet Præſes Prouinciæ à chalendis Septembris vſque ad chalēdas Aprilis exactum, ſacris largitionibus, ideſt burſæ fiſcali tradere,dicta l.1. Item declarat, quid & quantum quædam Prouinciæ debeant præſtare tributi nomine pro veſtibus militaribus in l.1.& 2. infra eod. vbi legendi ſunt Alciat.& Cuia.Tandē oſtēdit,an in pecunia,an verò in pāno, veſtes militibus ſint traden-
5 dæ in l.fin. Et cō. is titulus tēdit; & hæc eſt eius ſummaria intentio,ex qua,& ſupradictis hęc adaptatur ad eius rubrum explicatio,titulus 40. qui agit de veſte militari,ideſt de veſte, qua milites armatæ militię vtuntur,videlicet oſtendit,an in pecunia,an in pāno talis veſtis militibus ſit dāda.Et de canone, hoc eſt, de. tributo,quod pro huiuſmodi veſtibus prouinciales exoluere tenē-
6 tur.Hūc reſpicit l. 18. titulo 21. par. 2. & quæ ſcribit Bouadilla lib.4.c.2.num.36.ibi: *De paſſo es de ſaber donde dize,que eſtos veſtidos ſe dauan a los ſoldados a coſta de las Prouincias.* Et Petr. Gregor.de ſyntag.lib. 19.c.per totū, vbi docet, an huiuſmodi veſtes ſtipēdiis militū imputarentur.

Titul.XLI.

De metatis & epidemeticis.

SVMMARIVM.

1 *METATI & epidemetici,qui ſint,& nu mero 5.*
2 *Metatores,qui dicantur.*
3 *Hæc vox metata per quā declinationem inflectitur.*
4 *Vnde ſic appelletur.*
6 *Hæc vox epidemetica per quam declinationem inflectitur.*
7 *Huius tituli qualis qualis ſumma refertur.*
8 *Rubri tenor explanatur.*
9 *Leges Regiæ hūc pertinētes & alia theorica citantur.*

1 METATI ſunt milites in terminis caſtrorū, qui caſtra vallo vndiquè circūdabant,quaſi milites caſtrametati.Dicunturq; metati à meta,ideſt termino;vel à metior metiris , quia caſtra, meta, & terminis circumdabār. Epidemetici autem dicun tur, qui

qui ſupra milites ſunt cõſtituti.
eiſque aſsignãt hoſpitia, & appel
lantur ab epi, quòd eſt ſupra, &
metis, ideſt metatis, hoc eſt, de
his, qui ſupra milites demetiun
tur, eiſque aſsignant hoſpitia.
Ita has duas voces interpreta-
tur Acurſ. hic, quem ſequuntur
Bartolus, Ioannes de Platea, Re-
buf. & alij quidam antiquiores;
ex quorum expoſitione dedu-
citur, quòd eæ duæ voces ſunt
generis maſculini, & inflectun-
tur per ſecundam declinatio-
nem, metatus metati, epide-
meticus epidemetici. Hæc ta-
men interpretatio diſplicet Pe-
nenſi, Alciato, & Cuiacio hic,
qui quidem aliter eas voces ex-
ponunt, & aſſerunt, quòd me-
tata ſunt hoſpitia, quæ ſuperue-
nientibus militibus aſsignãtur, &
præſtantur cùm in bellum pro-
ficiſcuntur, vel è bello redeunt,
vel aliter per oppida & ciuitates
tranſeunt, aut in eis commorã-
tur, vel etiam Imperatori, e-
iusque miniſtris & iudicibus aſ-
ſignantur, l. omnes, infra hoc ti-
2 tulo. Indeque, metatores ap-
pellantur hi, qui præcedentes
& præeuntes militibus & præ-
fatis perſonis hoſpitia præpã-
rant, l. 1. l. 2. l. 5. infra eod. Qui
etiam menſores vocantur, vt te-
net Alciatus hic, & Cuia. in di-
cto lib. 1. & diximus in titulo de
menſoribus ſupra hoc lib. 12. vul
gò, *Los apoſentadores de gente*
de guerra, o del Rey, o Empe-
rador, y ſu gente. De quibus
eſt l. 15. titu. 9. Parti. 2. & titu-
lus 15. lib. 3. Regiæ nouæ reco-
3 pilationis. Et ita, hæc vox, me-
tata, inflectitur per tertiam de-
clinationem in numero plura-
li, metata metatorum; & etiam
inuenitur in numero ſingulari,
metatum metati, ideſt hoſpitiũ
hoſpitij, eſtque generis neutrius,
4 vt probat Alciatus hic. Dicun-
turque meta à metor metaris,
quòd ſignificat diuidere & præ-
parare in præſenti materia, ſecũ-
5 dùm Lucam de Pena hic. Epi-
demetica verò accipiuntur pro
collatione & ſolutione pecuniæ,
quã milites à ciuibus extorque-
bant, nè in eorum domibus hoſ-
pitarentur, pretiis enim ſe redi-
mebãt ciues onere hoſpitũ ſuſci
piendorum, quæ iam abrogata
ſunt per l. vltimã ex præte miſsis
repetendã, infra eod, quã refert
Cuia. in calce iſtius tituli, & per
nouellã 129. & 134. Ita probãt
Alciat. & idem Cuia. hic per di-
6 ctã l. omnes, infra eod. Ex quorũ
interpretatione colligitur, quòd
iſta vox, epidemetica, inflectitur
per tertiã declinationẽ, epideme
tica & epidemeticorũ in numero
plurali, eſtq; neutrius generis. Et
hæc ſententia nouiorũ ſemper ve
tior mihi viſa eſt exploſa Acurſ.
& ſequaciũ, qui tam varius, quã
fallus

falſus extitit in expoſitione hu-
7 ius verbi, metor metaris. Igitur,
de his metatis & epidemeticis da
tus eſt titulus iſte, quo cauetur,
& ſtatuitur, quòd ſi metator in
aliquo hoſpitio nomen militis
ſcripſerit hoſpitibus, cui tale hoſ
pitium ſit aſsignãdum, ac poſteà
hanc inſcriptionẽ deleuerit, pœ-
na legis Corneliæ, de falſis, te-
neatur, l. 1. Item, vt ſi Princeps,
vel eius milites ad quæcũque lo-
ca acceſſerint, debent diuidi do-
mus hoſpitiorum in tres partes;
quarũ vnam, quamprimùm eli-
gat dominus domus: aliam eli-
gat hoſpes: tertia autem domi-
no reſeruetur. Ergaſteria verò &
officinæ mercimoniis deputatæ,
ab hoſpitum inquietudine im-
munes ſint, niſi ad ſtabullũ equo
rum ſint neceſſariæ; illuſtribus
tamen viris, medietas domus aſ-
ſignari debet, vt ſic vnus diui-
dat, & alter eligat: & aliter faciẽ
tes, pœna ſtatuta puniuntur, l. 2.
Rurſùs, vt prætoria & palatia iu
dicum ordinariorum, dùm ibi
præſentes ſunt, libera ſint à re-
ceptione hoſpitum & aliorũ iu-
dicum ſuperuenientiũ, l. 3. Nec-
non domus fabricenſium abſen-
te Principe, l. 4. vbi legendus eſt
Cuia. Definiũtur & alia, quæ pro-
lixitatis vitandæ gratia non retu
limus. Sufficiant iſta, ex quibus,
& antea dictis deducitur talis ad
8 eius rubrum expoſitio, titul. 41.
in quo tractatur de metatis, id eſt
de hoſpitiis, quæ Imperatori, e-
iuſvè miniſtris, iudicibus, & ar-
matæ militiæ militibus aſsignan
tur, vulgò, *poſadas*; & epideme
ticis, hoc eſt, de pecuniis & pra-
tiis, quæ milites, alijque hoſpites
à ciuibus & incolis extorquebãt,
nè in eorum domibus hoſpitarẽ
tur; videlicet oſtenditur, quali-
ter eiuſmodi metata & hoſpitia
aſsignari debeant à metatori-
bus, & quorum domus ab onere
hoſpitum ſuſcipiendorum ſint
immunes. Et de metatis agitur
in omnibus legibus iſtius tituli,
de epidemeticis ſolùm in d. l. om
nes, & in d. l. fin. ex prętermiſsis
repetẽda; quibus abrogata ſunt
9 & ſublata, & conducunt ad præ-
ſentem tractatum dicti titu. 15.
lib. 3. nouæ Recopil. omneſque
Regiæ conſtitutiones congeſtæ
in Repertorio eiuſdem Compi-
lationis, verbo, *Apoſentadores*,
quas non citat Ximenez hic. Et
legendus eſt Boũadilla lib. 2. c. 16.
num. 116. in Politica, vbi in hac
materia plures autores nuncu-
patim allegat, & lib. 4. cap. 1.
num. 13. & in gloſſa ibi litera, C.
& cap. 2. num. 358. & ibi gloſ-
ſa, C. & gloſſa, D. cum ſequen-
tibus. Petrus Gregorius de ſyn-
tagma. iuris lib. 19. cap. 8. per
totum.

Titul. XLII.

De Salgamo hoſpitibus non præbẽdo.

SVMMARIVM.

1 *Salgami appellatione quid contineatur.*
2 *Huius tituli ad proximũ ſuperiorem continuatio.*
3 *Tituli ſumma & intentio.*
4 *Rubri declaratio.*
5 *Citatur l. Regia, quæ huc pertinere videtur.*

DE Salgami ſig-
1 nificatione va-
ria diuerſi au-
tores & inter-
pretes dixerũt.
Quidam enim
putant eius appellatione com-
prehendi omne neceſſariũ eſui
& pōtui, per l. 3. ff. de penulega-
tã, cuius ſententiæ fuit Ioannes
de Platea hic. Alij exiſtimant,
ea voce ſignificari quaſdam her-
bas conditas veluti braſicam be-
tam, quibus etiam hodie Tur-
cæ vtuntur, vt teſtatur Cuia. in
l. vnica, infra eod. Alij verò aſ-
ſeuerant, ſalgam appellari quæ-
cumque condita ea, quæ in va-
ſis ſeruantur, vt puta Piraper-
ſica, & eiuſmodi alia, vulgò *con-
ſeruas*, vt exponit Calepinus de
quinque linguis, verbo, Salga-
ma. Sed omiſſa hæc opinionum
varietate, verè dicendum eſt,
quòd in præſenti titulo ſalgami
appellatione continetur, oleum,
ſal, butyrum, & cætera huiuſmo
di eſculenta ad condiendum ci-
bos, atque alia indies neceſſaria,
veluti ligna ad faciendum ig-
nem, vt declarat Alciatus hic,
vulgò, *Todas las çarandajas que
ſon meneſter para guiſar de co-
mer, como azeyte, manteca, ſal, le
ña, &c.* Et hic verus eſt ſenſus
quidquid dicat Bouadilla lib. 4.
2 cap. 1. num. 13 ad fin. Expoſita
ſic ſalgami ſignificatione, dicen-
dum eſt, quòd poſtquàm in ti-
tulo 1. ſuperiori de metatis, ideſt
de hoſpitibus militũ, aliarũque
perſonarum actum eſt, & oſten-
ſum, qualiter ea hoſpitia hoſ-
pitibus ſint aſsignanda, & inter
eos & dominos diuidenda. Subij-
citur titulus iſte, in quo tracta-
tur de ſalgamo hoſpitibus à do-
minis, vel habitatoribus hoſpi-
tiorum non præbendo, vt inibi
5 l. vnica, infra cod. Quã cauetur,
nè milites, vel eorũ Comites tri-
buni, aut Præpoſiti in hoſpitijs
ſuis, à ciuibus etiã volentibus ſal-
gama accipiant; & contrà facien-
4 tes plectũtur. Et hæc eſt huius ti
tuli ſumma, mẽs, & intentio. Se-
cundùm quam, & quæ ſuperius
tradita

Digitized by Google

tradita ſunt, ita rubrum eius declarabis, titulus 47. in quo tractatur de ſalgamo hoſpitibus non præbendo. De ſalgamo (inquam), cuius appellatione continentur ſal, butyrum, oleum, & ligna, aliaque ad condiendum cibos neceſſaria, non præbēdo hoſpitibus, ideſt militibus, vel aliis hoſpitatis; à ciuibus dominis vel habitatoribus hoſpitiorum, & facit l. 18. & l. 19. titul. 15. nouæ Re-
5 copilat. Et Pragmatica regia lata anno 1594. in fauorem agricolarum. Et vide Bouadillam in lib. 4. cap. 2. num. 35. Petrus Gregor. de ſyntagm. iuris, lib. 19. c. 8. num. 6.

Tit. XLIII.

De Comeatu.

SVMMARIVM.

1 *DVPLEX militum genus.*

2 *Duplex militia, armata, & inermis.*

3 *Comeatus quid ſignificet, & num. 6.*

4 *Vnde ſic appelletur, & quo alio nomine vocetur.*

5 *A quibus conceditur.*

6 *Vulgò comeatus qualiter dicatur.*

7 *Huius tituli ſumma refertur.*

8 *Rubri tenor explicatur.*

1 PRæmittendum eſt, quòd duplex genus militū eſt. Quidam enim ſunt milites armatæ militiæ, nempè, qui in bello militant. Alij ſunt milites inermis militiæ, videlicet qui non in bello, ſed in palatio vel curia Principis militant; ideſt aliquod gerunt officium Principis ſeruitio deputatum.
2 Et per conſequens duplex eſt militia, armata ſcilicet, & inermis, vt diximus in titulo de re militari, & in titulo: Qui militare poſſunt, vel non, ſupra hoc lib. 12. & in titulo C. in quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti nō poſ-
3 ſunt, & alibi ſæpè. Quo præmiſſo, dicendum eſt, quòd hæc vox, comeatus, plura, diuerſaque patitur ſignificata, vt videre licet apud Briſſon. & Prateium, verbo, Comeatum. Verùm in huius tituli tractatione, comeatus eſt abeundi, & redeūdi, licentia ad certum tempus data militibus vtriuſque militiæ armatæ, vt poſſint ad tempus à caſtris abire, l. 1. infra eodem. Et inermis, vt officiis, quæ in Palatio Principis, vel in Republica gerunt pro certo

tẽpore ſuperſedere poſsint ab-
ſentes,l.2.infra eod. in qua & in
dicta l.1. videndus eſt Cuia. qui
formulam concedendi comea-
4 tum refert ex Liuio. Deriuatur
autẽ comeatus à verbo comea-
re,quod ſignificat animo redeũ-
di abire,l.1.in fin.principij,ff.de
his qui deiecer.vel effuder.& tẽ-
pus quo quis ire & redire poſsit,
l.1.l.9. ff de re militari,l.2. §.fin.
ff.ad municipalẽ. Appellaturq;
huiuſmodi licentia,tractoria,l.2.
de deſertoribus, infra hoc lib.12.
5 Porrò, huiuſmodi comeatus da-
tur militibus armatæ militiæ,
vel à Principe,vel à Tribunis co
hortium,præpoſitis,aut vicariis,
vel domeſticis eorum, dicta l.1.
vbi Cuia. notat, nec pluribus
quàm triginta militibus datur,
l.16.§.non danda, de erogatione
militaris annonæ; militibus au-
tem militiæ inermis à ſolo Prin
cipe hoc iure datur,l.2.infra eod.
qui,licèt id expreſsè non afferat,
6 præſupponit tamen.Et vulgò,co
meatus, *ſe dize la licencia,o paſ-
ſaporte,que ſe dà a los ſoldados pa
ra poder yrſe a ſus tierras, o a o-
tras partes por cierto tiempo limi-
tado, con que al fin del bueluã
a ſeruir en la guerra. Y aſsimiſmo
ſe dize la licẽcia que ſe dà a los que
ſiruen a ſu Mageſtad en la Corte,
e en ſu caſa en oficios publicos, co-
mo ſon Preſidentes, Oydores de
los Conſejos, y Audiencias Reales,
y ſus oficiales, y otros, para que por
cierto tiempo puedan hazer au-
ſencia de ſus oficios, yrſe a hol-
gar, o a ſus negocios a ſu tierra, o a
7 otras partes.* Sanè de comeatu,
qui datur militibus armatæ mi-
litiæ, loquitur præfata l.1. infra
eod. qua cauetur, ne tẽpore ex-
peditionis belli,& quo hoſtes im
minent,militibus comeatus de-
tur,aliàs qui dedit & recipit, ca-
pitali pœna erit afficiẽdus. Et de
comeatu, qui militibus inermis
militiæ cõceditur,agit dicta l.2.
qua præcipitur, vt ſi milites pa-
latini ſupra tempus in comeatu
conceſſum abſuerint, & ſibi va-
cauerint,proprij gradus digni-
tatis diminutione exerceantur,
ſecundùm formam eiuſdem le-
gis. Tandem, legem vltimã hu-
ius tituli, ad vtrumque militem
pertinere arbitramur,& per eam
coercentur & puniuntur milites
vtriuſque militiæ, qui abſque cõ
meatu abſuerint, tenore inibi
8 expreſſo. Et hæc ſunt in ſumma
quæ hoc titulo continentur; ex
quibus, & antea expoſitis, talis
elicitur ad eius rubrũ interpre-
tatio, titul. 43. in quo tractatur
de comeatu, ideſt de licentia &
facultate, quæ militibus vtriuſ-
què militiæ armatæ & inermis
cõceditur, vt poſsint ad certum
tempus & non vltrà, à ſuis mili-
tiis abeſſe, videlicet oſtenditur à
quibus, & quando dari debeat,

vel

vel non, & qualiter puniatur comeatum concedentes, ſi nõ debito tempore conceſſerint; & recipientes ſi acceperint, vel ſine comeatu, vel vltrà tempus comeatus affuerint.]

Tit. XLIIII.

De Tyronibus.

SVMMARIVM.

1 *Tyrones qui ſint, & num. 2. 3. & 4. & 5.*
2 *Tyrocinium quid ſit.*
3 *De quibus tyronibus loquatur iſtitulus.*
4 *Tyrones vnde dicti.*
5 *Quæ ſolẽnitas in militum electione requiritur, remiſſiuè.*
6 *Huius tituli ſumma.*
7 *Rubri expoſitio.*

1 TYRONES (generaliter loquẽdo) ſunt omnes quicũque prima rudimenta in arte aliqua ponũt, vt autor eſt Calepinus de quinque linguis, verbo, Tyrones. Vbi dubitat, an vox Græca, vel Latina ſit. Atque, etiã poſſe hanc vocem ſcribi per literam, i. tiro tirõnis, vulgò, *los nouicios y viſoños, que comiençan a depren*
2 *der algun arte, o oficio*. Indeque tyrocinium appellatur illud nouum officium, vel illa noua ars. Pleniùs verò & Antonius Auguſtinus notant, tyrones eſſe pũberes ætatis decem & octo annorum, qui virilem togam aſſumere incipiunt, vt refert Prateius in Lexic. iur. verb. Tyrones. Sed in
3 hoc titulo, tyrones appellantur, qui nouè ad militiam eliguntur; & quãuis electi ſint, non tamen milites ſunt, nec militum priuilegiis gaudẽt, donec in matricula & numero militum ſint relati atque deſcripti, l. ex eo, ff. de teſtamento militis. Et docet gloſſa & Platea hic, & idem in l. 1. infra hoc titulo. Erant enim in ſcholis militaribus artem militarem diſcentes, nec deſcripti erant inter milites antequàm eam ediſcerẽt, vt docet Petrus Gregor. de ſyntagm. iur. lib. 19. cap. 3. n. 22. Dicunturque tyrones à ciuitate
4 Tyro, vnde primitùs venerunt ſecundùm Penenſem hic. Itaq; milites nouiter ad militiam electi, & nondum in matricula & numero militum poſiti tyrones vocantur, & à militibus diſtinguntur, dum in tyrocinio erant, dicta l. ex eo; non enim omnibus militare licebat, ſed priùs electi ad tyrociniũ eo completo militibus adſcribebãtur, ex Petro Grego. vbi ſupra c. 16. n. 10. vulgò,
5 *los ſoldados viſoños*; quod, vt clariùs perciperetur, vidẽdum erat

hic, quæ ſolênitas exigebatur in militum electione; qua de re, agit gloſ. in l. penultima, ff. ex quibus cauſis maiores. Hodiè tamē noſtro ſeculo exiſtimo, quòd ſtatim vt electi ſunt omnes milites in matricula cæterorum ſcribūtur, *y aſsi ſe llamarān ſoldados viſoños los que nunca ſe han hallado en guerra ni eſcaramuça, ni eſtan diſciplinados en la arte militar, aunque eſten matriculados en la matricula de los demas.* De
6 his igitur tyronibus agit titulus iſte, quo quidem definiuntur ſequentia. Primùm, ne vllus tyro vagus, id eſt qui, quaſi miles, diu vagatur, nec vllus adſcriptitius ad militiam recipiatur, nec etiā miles veteranus completa militia rurſus fiat tyro, dicta l. 1. infra eod. Deinde, ſi quis ſeruum militiæ adſcribi fecerit, in vna libra auri fiſco applicāda plectatur, & ſeruus domino ignoranti reſtituitur, l. 2. Rurſus, vt in ſcholis & ſocietatibus militum, infimus ſit & poſterior gradus & locus tyronum, id eſt quòd in inferiori poſterioriquè gradu & loco po-
7 nantur, l. vltima. Et hæc eſt huius tituli ſumma, ex qua, & ſupra dictis elicitur talis ad eius rubrum expoſitio, titu. 44. in quo agitur de tyronibus, id eſt de his, qui ad militiam electi ſunt, nondum tamen in matricula militū ſunt relati, qui noui milites dicūtur, videlicet non indiſtinctè in militum matricula recipiendis; oſtenditurque qui recipiatur, vel non, & in quo loco & gradu ſocietatis militum conſtituantur.

Titul. XLV.

De littorum & itinerum cuſtodia.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodia multiplex.*
2 *De qua cuſtodia loquatur iſtitulus.*
3 *Huius tituli ſummaria concluſio & intentio.*
4 *Appellatione mercium illicitarum quid contineatur.*
5 *Rubri expoſitio.*
6 *Theorica.*

1 Qvamquam cuſtodia multiplex ſit, vt refert Lucas de Pena hic, nempè cuſtodia militum, publici curſus, portuum, prouin-
2 ciæ, portarum ciuitatis; tamē in hoc titulo dumtaxat agitur de cuſtodia littorum & itinerum, per quæ poſſunt merces illicitæ portari, & ad barbaros & hoſtes populi Romani deferri & expor-
3 tari: vt indicat rubrum noſtrū, & probat l. vnica, infra eod. in

qua

quia Imperatores Theodoſius & Honorius conſtituerunt, vt ponerentur cuſtodes in littoribus maris, & fluminum, & in itineribus terrarum, per quæ merces & aliæ res poſsint ad barbaros deferri, ad hoc, vt detineant portantes, donec manifeſtetur, ad quam prouinciam eas deferant.
4 Appellatione autẽ mercium illicitarum in hoc titulo continẽtur victualia, & arma, vt exponũt Acurſ. & omnes in dicta l. vnica. Igitur ex his iam manifeſtum fit quale ſit iſtius tituli intentum.
5 Colligituretiam ad eius rubrum huiuſmodi expoſitio, titulus 45. in quo tractatur de littorum & itinerum cuſtodia, id eſt oſtenditur qualiter littora maris & fluminum, & itinera terræ cuſtodiri debeãt, nè per ea ad hoſtes victualia & arma, aliæque res deferantur; hùc pertinent quæ ſcri-
6 bimus in titulo C. quæ res exportari non debent; quæ tradit Bouadilla in Politica lib. 4. cap. 5. per totum, *donde trata de las ſacas y aduanas*. Necnon leges Regiæ, quas ibidem allegamus, quarum oblitus fuit Sebaſtianus Ximenez in concordantia vtriuſque iuris ad hunc titulum.

Titulus XLVI.

De Deſertoribus & occultatoribus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Deſertores qui ſint, explicatur.*
2 *Occultatores qui.*
3 *Huius tituli ſumma.*
4 *Rubricæ ſenſus, & expoſitio.*
5 *Lex regia hùc pertinens, explicatur.*

1 DESERTOR in iure quandoq; accipitur pro eo, qui accuſationem, actionemvè deſerit, & qui ab accuſatione vel actionẽ deſtitit in totum, modò ſine fraude aduerſarij id fecerit, l. 10. ff. de iudiciis, l. 2. §. ſuſpecti, ff. ad S.C. Turpillianum. Sed in hoc titulo, deſertores non ſumuntur in hoc ſignificatu, ſed potiùs pro militibus, qui tempore belli ſtationẽ ſuam deſerunt, & per aliquod tẽpus vagãtur, diùque ſine comitatu, id eſt ſine licentia à caſtris & ſignis militaribus abſunt, l. 1. verſic. Deſertor, infra eod. l. 3. §. emanſor, l. 4. §. penult. l. 5. ff. de re militari. Tradit Quintilianus lib. 7. c. 7. & Lucas de Pena hic, qui & in l. 1. 2. & 3. mirificas mouet ac decidit quæſtiones, vulgò, *Los ſoldados que huyẽ de la guerra, y deſamparan ſus vanderas.*

Occul-

a Occultatores ſunt, qui deſertores milites in domo ſua, vel in prædio, aliovè in loco recipiunt, occultãt & celãt, d.l.1. infra. Et ſimiles ſunt receptatoribus aliorũ delinquentium, de quibus eſt titulus, ff. de recepta. & titul. C. de his, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultat, vbi diximus:
3 De his ergo deſertoribus, & eorum occultatoribus, hic, is titulus. Definit primò, vt ſi actor vel procurator alicuius in domo vel prædio domini militem deſertorem receperit & occultauerit, capite puniatur; quòd ſi dominus ſciuerit, domus vel prędium fiſco applicabitur; & qui deſertorem manifeſtat, præmio afficitur. Deſertori autem, qui ſe ipſum defert, ignoſcitur; quòd ſi latens pateat ſe deferre, manifeſtari debet per dominum in cuius domo latet; & tunc, pœna capitali afficitur: quam pœnam, ſi iudex diſsimulatione, vel gratia, inferre diſtulerit, publicatione bonorum & infamia plectetur, eiusque miniſtri pœna capitali ſubiacebunt, dicta l.1. infra eod. Deinde, & ſecundò, vt ſi deſertores ſe armis defendant, nè capiantur; poſſunt à quocumque, tãquàm rebeles occidi. Quòd ſi, literis licentiæ ſe tueri vellint, iudex ſedulò inquirere debet, an veræ ſint; nè ſub fictis & falſis literis valeant ſuum delictum excuſare, l.2. Tandem, vt ſeueriſſimè puniantur deſertores, qui deſerto arte militari ad prædam & latrocinium exercendum ſe
4 conuertunt, l. fin. Et hæc iſtius tituli ſummaria intentio, ex qua, & præfatis, talis deducitur ſenſus ad eius rubrum, titulus 46. in quo tractatur de deſertoribus, ideſt de militibus, qui tempore belli caſtra & ſigna militaria ſine licentia deſerunt: & de occultatoribus, hoc eſt, receptatoribus & celatoribus eorum, ſcilicet puniendis, vel præmio afficiendis, ſi deſerantur, & congruit l. fin. titul. 19. par. 2. Videdus eſt Petrus Gregor. de ſyntagm. iuris lib. 10. cap. 10. num. 15. & 16. vbi de crimine deſertionis, & pœnis deſertorum & emanſorum agit.

Tit. XLVII.

De Veteranis.

SVMMARIVM.

1 *VETERANI qui dicantur, remiſsiuè.*
2 *Quid conſtituat is titulus oſtenditur.*
3 *Rubri ſenſus traditur.*

1 QVI dicantur veterani, explicitum nobis eſt in titu. de his, qui non

non impletis ſtipẽdiis ſacramen
to ſoluti ſunt, ſupra lib. 105. & in
tit. ff. de priuilegiis veteranorũ,
necnon in titulo ff. de veterano-
2 rum militum ſucceſsione. De ve
teranis igitur in hoc titulo trac-
tatur, & hæc de his conſtituun-
tur. Primò, vt veterani immuni
tatem habeant munerũ per ſona
lium, & portoriorũ, aliiſque gau
deant priuilegiis in l. 1. infra eod.
Rurſus, vt veterani, maximè illi,
qui Principis protectores ſunt
effecti, ab iniuriis defendantur,
l. 2. Deinde, vt ſi veterano, neque
culturæ agrorum, neque alteri li
cito miniſterio operã dederint,
ſed ad latrocinia ſe conuerterint,
priuilegia amittant, & pœnis cõ
petentibus plectantur, l. 3. Tan-
dem, vt veteranus ſtatim, quòd
deſiit militare, & militiæ ſacra-
mento eſſe ſolutus, fori priuile-
gium amittit, itavt deinceps ne-
queat coram magiſtro militum
conueniri, niſi cauſa coram eo eſ
ſet inchoata antequàm vetera-
nus eſſet, l. vltima, infra eod. Et
3 id eſt in ſumma quod is titulus
continet; ex quo deducitur talis
ad eius rubrum ſenſus, titul. 47.
qui agit de veteranis, ideſt de mi
litibus, qui poſtquàm viginti an
nis militarunt militia, honeſtè
miſsi ſunt. Videlicet demonſtra
tur, quibus gaudeãt priuilegiis,
& in quibus caſibus ea amittant.
Ad quod legendus eſt Petrus
Gregor. de ſyntagm. iur. lib. 19.
cap. 6. ex num. 4.

Tit. XLVIII.

De filiis officialiũ militarium, qui in bello moriuntur.

SVMMARIVM.

1 *Dvplex rubricæ lectio.*
2 *Intellectus l. 1. & 2. infra eod.*
3 *Vera Cuiacij ad rubrũ & nigrum interpretatio refertur.*
4 *Rubrum declaratur.*
5 *Officiales militares, qui dicantur.*

1 DVPLICI modo legi ſolet ru
brica noſtra. Pri
mò: De filiis of-
ficialiũ milita-
riũ, qui in bel-
lo moriuntur. Secundò ſic: De fi
liis officialium & militũ, ſeu mi-
litarium, qui in bello moriũtur.
2 Et primam lecturam amplectũ-
tur Acurſ. Lucas de Pena, Ioan-
nes de Platea, Rebuſus, & anti-
quiores hic; qui omnes ex l. 1. &
2. infra eod. hanc deducunt con-
cluſionem. Filij officialium mili-
tantium

tantium, etiam primipilorum in bello defunctorum debent vocari in militiam ſuorum patrum mortuorum; quas leges in hoc ſenſu percipiunt, quibus ſuffragatur prior rubricæ lectio. Hæc tamen propoſitio vera non eſt; nam in dicta l. 1. & 2. nulla patrũ mortuorum mentio fit, ſed potius præfata l. 1. dũtaxat probare videtur, quòd filij eorum militũ, qui adhùc ſacramẽto militię adſtricti ſunt, vel eorum, qui militia ſunt miſſi, paternam militiã ſequantur; idemque cõſtituit di-
5 cta l. 2. in filiis primipilorũ. Quapropter Cuiacin fine iſtius tituli inſerit, exprętermiſſit quandam Græcam conſtitutionem in ſermonem Latinum verſam, qua cauetur, vt ſi quis quocũque modo militãns in bello moriatur, filius eius, ſi vnus ſit, vel ex multis maior natu in locum eius ſuccedat, & ita vult idem Cuia. retenta ſecũda rubricæ inſcriptione. Quòd rubrica diuidatur in duas partes. Prima ſit illa: De filiis officialium; & huic correſpondeant d. l. 1. & 2. in quibus agitur de filiis officialium militarũ ſuperſtitum, qui adhùc militãt, vel militia miſſi ſunt. Secunda eſt, ibi: Et militarium, qui in bello moriuntur; & huic correſpondeat dicta Græca conſtitutio, quæ de filiis militum in bello defunctorum agit; & hanc Cuiacij lectionem & inſcriptionem ſequimur.
4 Ex qua ad pręſens rubrũ retenta ſecunda lectura, talis colligitur expoſitio & declaratio, titul. 48. in quo tractatur de filiis officialium militarium, ſcilicet ſuperſtitum, qui adhùc militãt, vel militia miſſi ſunt: & militum, ſeu militarium, id eſt de filiis militũ, qui in bello defuncti ſunt. Nẽpè oſtenditur, qualiter in parentum ſuorũ militiã, iſti filij ſuccedant,
5 Appellatione autem officialium hic apparitiores contineri putat Cuic. hic, vulgò: *Los oficiales, y miniſtros de los Tribunos, Capitanes, Alferez, y Sargentos, Maeſſes de campo, y otros, que eſtã pueſtos para les ſeruir, y hazer y executar ſus mandatos.* Argumento eorum quæ ſcribimus in titulo de apparitoribus Præfecti prætorio, infra hoc lib. 12. Et facit ad hunc titulum l. 1. tit. 27. p. 2.

Titul. XLIX.

De oblatione votorum.

SVMMARIVM.

1 *Votum diuerſimodè accipitur, remiſſiuè.*

2 *Votum in hoc titulo in quo*

quo ſenſu accipiatur.
3 *Senſus l. vnica, infra eod. & huius tituli intentio.*
4 *Rubrica ſenſus conſtructio & interpretatio.*
5 *Solidi ex auro obrizo qui ſint, remiſſiue.*

1 VOTVM, diuerſis modis in iure noſtro ciuili & pontificio accipitur, vt oſtendit Prateius in Lexicon iuris, verbo, Votum; & diximus in titulo extra
2 de voto. Verũ in huius tituli tractatu, votum ſignificat donum ſponte Principi datum, vel promiſſum, vt exponit Penenſis hic. Quòd, vt radicitus percipiatur, ſciendum eſt, quòd in principio cuiuslibet anni tertia die poſt Kalendas Ianuarias ſubditi Romani Imperio emittebant vota pro ſalute Principis, l. ſi caluitur, aliàs ſi calumnietur, ff. de verborũ & rerũ ſignif. Vouebant enim & promittebant ieiunare, vel aliud opus pium facere pro Principis ſalute, vt Deus ei ſalutem conſeruaret, & vitam augeret, vt tenẽt gloſſa & Doctores in dicta l. ſi caluitur. Et meliùs explicat Petrus Gregor. de ſyntagm. iuris, lib. 3. cap. 6. qui ait: Huiuſmodi tributum diſſubſidium in Gallia, quod ita in Hiſpania nũcupatur, vulgò, *el ſubſidio*, de quo eſt ti-
3 tulus 1. lib. 1. nouæ Recopil. Quo præmiſſo intellige, quòd Imperatores Archadius & Honorius poſteà conſtituerunt, vt tempore, quo eiuſmodi vota emitterẽtur, offeratur Principi à ſuis ſubditis vna libra auri in ſolidis obrizatis, quotannis, vt in d. l. vnica, infra eod. ſic accipienda: cuius iſta
4 eſt præcipua mens & intẽtio. Ex qua, & paulò anteà dictis deducitur talis ad noſtrum rubrũ ſenſus, & conſtitutio, atque interpretatio, titul. 49. in quo tractatur de oblatione votorum, ideſt de oblatione donorũ, quæ tẽpore quo ſubditi vota pro Principis ſalute Deo emittebant, ab eiſdẽ
5 ipſi Principi offeruntur. Qui autem ſint ſolidi ex auro obrizato, dixi in tit. de veteris numiſma poteſtate, ſupra lib. 11.

Titulus L.

De numerariis, actuar. & chartulariis, & adiutoribus ſcrinniariis, & exceptoribus ſedis excelſæ, cæterorumq; iudicũ tàm militariũ, quàm ciuilium.

SVMMARIVM.

1 *Huius tituli diſpoſitio, & quæ ſit ſedes excelſa.*

2 *Præfe-*

2 *Præfectus prætorio quis ſit, remiſsiue.*
3 *Qui ſint Iudices ciuiles, & qui militares, remiſsiuè.*
4 *Numerarij qui dicantur, & unde dicti.*
5 *Numerarij & tabularij idem ſunt.*
6 *Actuarij qui dicãtur, & quibus ſimiles ſint.*
7 *Chartularij qui, remiſsiuè.*
8 *Adiutores ſcrinniarij qui, remiſsiuè.*
9 *Exceptores qui.*
10 *Tituli ſumma.*
11 *Rubri expoſitio.*

1 HIC Titulus
eſt de officiali
bus, qui ſunt
in officio ſe-
dis excelſæ,
ideſt Præfecti
prætorio, vt
patet ex l.fin.infra eod. Cætero-
rumque iudicum tàm ciuilium,
quàm militarium, vt rubrica no-
2 ſtra demonſtrat. Quis autẽ fue-
rit Præfectus prætorio, & quale
eius officium & dignitas, expo-
ſitum nobis eſt in titulo ff.de of-
ficio Præfecti prætorio, & in ti-
tulo C.de ſentẽtiis Præfecti prę-
3 tor. Et qui dicantur Iudices ciui
les, qui militares, explicuimus
in titulo C.de officio ciuiliũ iu-
dic. & in titulo C.de offic. mili-
tar.iudic. necnon in titulis C.nẽ
rei militaris Comitibus labraca
præſt. & C. de officio diuerſorũ
iudic. Quæ loca omninò legẽda
ſunt, vt ex his percipere poſsis
rubricæ noſtræ tenorem, in qua
ſedis excelſæ, cæterorumque iu-
dicum tàm ciuilium, quàm mi-
4 litarium mentio fit. Officiales au
tem horũ iudicũ, qui in præſenti
rubro memorãtur, ſunt numera
rij, actuarij, chartularij, adiu tores
& exceptores ſcrinniarij; de qui-
bus ſingulis, eorũque officiis, ſuo
ordine diſpiciamus. Numera-
rij ſunt, quorum officio incum-
bit numerare & calculare debi-
tores, fiſcales, eosque deſcribere,
& rationes fiſci tractare, atquè
eas tributorum fiſcalium ſuſcep
toribus oſtendere, l.4. infra hoc
tit. l.2. de iure fiſci, ſupra lib. 10.
l. duos, de ſuſceptoribus, ſupra
dicto lib. 10. & docent Platea in
l.2.3.4. infra eod. Cuia. in l. 13.
dicto titulo de ſuſceptoribus, qui
tabularij non numerarij in poſ-
terum ſunt vocandi, ex l. 2. infra
eod. A numerando autem nu-
merarij dicti ſunt, vt tradit diuus
Auguſtinus lib.2. de libero arbi
trio; antiquitùs enim pecunias
publicas fiſcales exigebant & nu
merabãt. Indeque Iſidorus lib.3.
Ethymologiar. cap.3. numera-
rios vocat illos, qui publicum nu
merum ærariis inferunt; ſed hoc
iure conſtitutionũ Codicis dũ-
taxat in ratiociniis fiſcalibus da-
ta &

ta, & recepta conſcribunt, & rationes eaſdem fiſcales tractant, vt ſupra dictum eſt; idcirco, eorum nomen in tabulariorum mutatum fuit ex præfata l.2. infra eodem, & docent Platea in l. 1. infra eodem, & Cuiacius in dicta l.13. ſupra, de ſuſceptorib. Idque verum eſt quidquid dicat Petrus Gregorius de ſyntagm. iuris, lib. 18. cap. octauo, qui numerarios vocat eos, qui numerandi artem tenent, & do-
5 cet, & non probat. Et ſic tabularium & numerarij in hoc titulo idem ſunt, & de aliis tabulariis diuerſi generis, de omniumque ethymologia latè actum nobis eſt in titulo de tabulariis & ſcribis, ſupra lib. decimo, vbi etiam diximus, quòd iſte numerarij & actuarij, de quibus agit is titulus. Appellantur logographi, *y que ſe pueden comparar a los eſcriuanos de rentas Reales, y a los Contadores de los libros de la razon del Rey.* Quibus etiam ſimiles eſſe cenſuales ibi diximus; ſanè ad huiuſmodi numerarios, ſeu tabularios, pertinet dicta, l.1. ſecunda, tertia, quarta, ſexta, octaua, decima, vndecima, & vltima, infra eodem. Et hactenus de numerariis.
6 Actuarij ſunt, ad quorum munus & officium pertinet ſpecies annonarias, quas à ſuſceptoribus accipiebant militibus erogare, l. actuarij, l. ex cellentia, l. per hanc; de erogatione militaris annonæ, ſupra iſto libro 12. & in illo titulo diximus; probat etiam textus in Authentico: Vt liceat matri & auiæ, §. quod autem nobis. Et latè Vegetius de re militari, cap. 19. & cap. 20. Appellantur autem actuarij, etenim in actis ſcribere & redigere debent apochas de annonis militaribus, quas à ſuſceptoribus recipiunt continentes modum certũ & quantitatem, eaſque ſuſceptoribus tradere debent, aliaque acta ſcribere tenentur, ex quibus conſtet quid, & quantum pro annona militari militibus erogatum ſit, iuxta formam & ordinem text. in præfata l. excellentia. Porrò, huiuſmodi actuarij poſſunt hodie aſsimilari *a los Proueedores de las armadas de la gente de guerra y exercitos, o ſus oficiales*, vt diximus in dicto titulo de erogatione militar. annonæ, vbi legendum eſt: Et de his actuariis tractatur in hoc titulo, ad quos pertinet l.7. 9. 11. & fin. infra eodem; non autem de illis, qui pro ſcribis accipiuntur, & circa Principem, vel

alios magnos iudices actis iudicialibus, & aliis geſtis deputati ſunt, de quibus diximus in dicto titulo de tabulariis, ſupra lib. decimo. Et hæc de actuariis ſat ſit dixiſ-
7 ſe. Chartularij autem qui fuerint, & quibus noſtri ſeculi officialibus ſimiles ſint, explicitum nobis eſt in titulo de canone largitional. titulorum, numero decimo. Et quò diſtent chartularij à numerariis, ſeu logographis, oſtendimus in dicto titulo de tabulariis, ſupra lib. decimo Et de his chartulariis tractat l. 10. &
8 vltima, infra eodem. De quibus ſufficiant hæc. Adiutores ſcrinniarij dicuntur quidam officiales, qui Imperatoris ſcrinniis militant, id eſt ſua officia exercent, quorum officium, gradum, & dignitatem explicuimus in titulo de proximis ſacrorum ſcrinniorum ſupra hoc lib. duodecimo, quo loci etiam diximus, quibus noſtri temporis officialibus ſimiles ſint. Quid autem ſit ſcrinnium, & quotuplex, declarauimus in titul. de magiſtris ſacrorum ſcrinniorum, ſupra hoc lib. duodecimo. De ijs ergo adiutoribus ſcrinniariis agitur in hoc titulo, nempè in l. nulli, l. 8. & vltima, infra eodem. Et ſic pro eodem ponuntur in hoc rubro adiutores & ſcrinniarij, vt probat dicta l. nulli, iuncta ibi gloſſa 3.
9 & aduertit hic Rebuf. Exceptores appellantur, qui in ſe excipiunt, vt in ſcriptis reducant, vt exponunt Acurſius, Platea, & antiquiores in l. 5. infra eodem; quos, & notarios appellant. Ego autem exiſtimo exceptores etiã ſacri ſcrinnij officiales eſſe, quemadmodùm & adiutores, l. 5. l. 12. dicto titulo de proximis ſacrorum ſcrinnij, quorũ officium & gradum dignitatis inibi explicuimus; & etiam oſtendimus, quibus noſtræ tempeſtatis officialibus æquiparari poſſunt, & de his agit is titulus in dicta l. 5. & vltima, infra codẽ.
10 Cognito iam, quæ & qualia fuere officia numerariorum, cæterorumque officialiũ, quorum in rubro mentio fit. Reliquum eſt, ſummatim explicemus, quid de ijs hoc tit. definiatur. Et primò definitur, vt numerarij, qui ſunt in officio Præſidum & Conſulum re exigẽte, carceribus ac tormẽtis ſubijciãtur, l. 1. Item, vt numerarij, Conſulum, & Præſidum, qui tabularij vocãtur, teneantur iudicibus, & debitorum fiſcaliũ exactoribus modum, & debiti quantitatẽ ſubactorũ reſtificatione intimare, alioquin tormen-

tormentis ſubijciuntur, ac etiam pro eiſdem debitoribus tenebuntur, qui propter eorum deſidiam exigi non poſſunt, l. 2. Deinde, vt actuarij Vrbis Conſtantinopolitanæ, aliarumque ciuitatum, ſecundùm antiquam conſuetudinem ordinentur, l. actuarios. Rurſus, vt ſcriniarij adiutores non ſocientur numerariis & chartulariis, niſi ſecundùm modum præſcriptum in l. nulli, infra eodem. Item, vt curiales, qui facti ſunt exceptores Præſidum, impleto officio ad ſuam curiam reuertantur, l. exceptores, infra eodem. Continentur & alia, quæ conſul-
11 to omittimus, ſat ſit indicaſſe. Ex quibus colligere potes ad noſtrum rubrum hanc expoſitionem, titulus 50. in quo tractatur de numerariis, id eſt de his, qui rationes fiſcales ſupputant & tractant, qui etiam tabularij vocantur, &c. Et ſic de ſingulis verbis rubricæ exponendo, vt ſupra.

(§)

Titulus LI.

De curſu publico, & angariis, & perangariis.

SVMMARIVM.

1 *Rvbricæ diuiſio.*
2 *Curſus publicus quid ſit, & num. 3.*
3 *Poſtæ huius ſeculi quo differant ab equis diſpoſitis curſus publici.*
4 *Veredi & parauere di qui dicantur.*
5 *De cuſtodibus curſus publici.*
6 *An hodie curſus publicus in vſu ſit.*
7 *Angaria & perangaria quomodo inflectantur, & cuius generis ſint.*
8 *Angaria & perangaria, varia admittunt ſignificata.*
9 *Hæ duæ voces non ſunt merè Latinæ, ſed Perſicæ, à quibus verbum angario deſcendit.*
10 *In quo ſignificatu accipiantur in hoc titulo angaria & perangaria.*
11 *Tituli ſumma & intentum.*
12 *Rubri interpretatio.*

1 DV Æ ſunt hu-
ius tituli par-
tes. Prima eſt,
ibi: De cur-
ſu publico. Se
cunda, ibi: Et
2 angariis & perangariis. Et, vt pri
mam intelligamus, ſciendũ eſt,
quòd Imperatores in diuerſis lo
cis & ſtationibus prouinciarũ ha
bebant quoſdam equos diſpo-
ſitos, qui ſumptu ſuo aleban-
tur ad hoc, vt quotiens repen-
tinum aliquid accidiſſet muta-
tione equorum, quo vellet Im-
perator citò mittere poſſet quē-
cumque nuntium, idque cur-
ſus publicus appellatur; quo-
niam præfati equi diſpoſiti ac
præparati erant ad currendum,
& velociter iter faciendum de
publico; ideſt ſumptu Impe-
ratoris ad vtilitatem pulicam,
3 quos vulgò *llamamos poſtas*. Dif
ferunt tamen poſtæ temporis
à curſus publici equis, quod
hi ſumptu Principis alebā-
tur, & ſine eius licentia (quæ
tractoria, aut euectio, aut di-
ploma vocatur) nemo priua-
tus vtebatur. At verò in poſ-
tis priuato ſumptu res agitur,
eisque cuilibet vti licet, vt hæc
omnia tradit Alciatus hic, qui
quidem nimis ſuccintè in ex-
poſitione curſus publici ver-
ſatus eſt, etenim non tantùm
huiuſmodi equi deputati erant
ad curſum publicum, verùm-
etiam alia animalia, vt boues,
muli, aſini, & etiam rhedæ, &
quadrigæ, l. 2. ibi: Pecoribus, l. a-
nimalia, infra cod. & docet Cu-
iacius hic. Rurſus, non ſolùm
præfati equi & animalia diſ-
poſita erant ad currendum, &
citiſsimè iter faciendum, &
nuntios Imperatoris mitten-
dos, vt ſenſit Alciatus, ſed e-
tiam ad vehendum & transfe-
rendum arma, annonas publi-
cas ſpecies, & functiones, alias-
que militibus vtiles & neceſſa-
rias, quotieſcumque eorum e-
xercitus vel Imperator ipſe de
vno loco ad alium mutabatur,
l. 9. l. curſum, l. nullus, l. fin. in-
fra eodem. Et docent Platea,
Rebufus, & alij hic, & Lucas
de Pena in l. 2. infra eodem.
4 Porrò, horum equorum cur-
ſus publici quidam vocaban-
tur veredi, eò quod ducunt &
vehunt rhedas, vulgò *carre-
tas, y ellos, cauallos carreteros*, di-
cta l. 2. vbi gloſſa, l. 7. 8. 12. 13.
23. infra eod. ſic accipiendæ. Et
oſtendit Cuiacius hic. Inde-
que paraueredi vocantur au-
rigæ, vel quadrigarij, vulgò,
*Carreteros que guian las carre-
tas y animales que las lleuan*,
dicta l. 2. vbi Acurſius & alij
norant, quos libenter in hoc
ſequimur quidquid vellit Cu-
iacius hic, qui aliter paraue-
redos

redos accepit. Sanè prouinciales non compellebantur omnia ſua animalia ad curſum publicũ præparare, ſed ſolùm quartam partem veredorum, tenebantur tamen ipſis animalibus ſtabulla gratis exhibere ſola commoditate ſtercoris recepta, l. in omnibus, vbi Platea infra eod. & pabula pro iuſto pretio præbere, dicta l. animalia.
5 Ad curam autem curſus publici erant deputati quidam cuſtodes, qui pati non debebant aliquem curſu publico vti, abſque licentia & forma euectionis conceſſa, l. 3. cuiuſmodi erant curioſi & ſtationarij & agentes in rebus, alijque curiales & cohortales, quorum muneri & curæ incũbebant curſum publicum cuſtodire, & animalia onerari & exonerari, l. publici curſus, infra eod. Et tandem de omnibus, quæ ad curſum publicum pertinebant curam ſolicitè habere, l. 2. de curioſis & ſtat. ſupra hoc lib. 12. & in rubro illius tituli diximus. Habebantque huiuſmodi cuſtodes ſuos miniſtros & executores, qui mancipes & apparitores vocantur, dicta l. animalia, vbi Platea.
6 *Y no me occurre por aora a quien poder comparar eſtas guardas*; hodie namque curſus publicus in vſu non eſt, *pero quando ſu Mageſtad va caminando, o ſus ſoldados marchando, le ſiruen los pueblos con beſtias, y carros, y otras coſas para las lleuas y guias*, iuxta formã traditam in titulo 10. libro 6. nouæ Recopilationis. *Y tambien ha quedado el vſo de las poſtas*, qui equi diſpoſiti vocari poſſunt, *las quales, y maeſtros dellas ſe ponen por orden del correo mayor*. Qua de re eſt titulus 9. lib. 6. eiuſdem Compilationis. Ex his habes expeditum, & explicitum, quid ſit curſus publicus, pro primæ partis rubricæ declaratione.
7 Ad ſecundæ autem partis expoſitionem ſciendum eſt, quòd hæ duæ voces, angaria, & perangaria, varij generis ſunt, aliquando enim ſunt generis fœminini in numero ſingulari & plurali, & tunc inflectuntur per primam declinationem, angaria angariæ, angariæ angariarum, perãgaria perangariæ, perangariæ perangariarum; & ita legunt Ioannes de Platea & Cuiacius hic, Briſſonius, verbo, Angariæ. Et Otalora de nobilitate in loco infra citando, & nonnulli alij Scriptores; inueniuntur etiam in genere neutro in numero plurali, & tunc earum inflexio erit per tertiam declinationem, angaria angariorum; ſic legunt aliquando Calepinus & Prateius, verbo, Angaria, & quidam alij au-

tores, & de vtraque inflexione in numero plurali primæ & tertiæ declinationis in ablatiuo caſu intelligi poteſt rubrica noſtra.
8 Deinde ſciendum eſt, quòd angaria (generaliter loquendo) & perangaria, plura admittunt ſignificata. Quandoque enim angaria eſt grauis impoſitio, vel extorſio iniuſta à Principe vel Superiore impoſita, ſic dicta à verbo ango angis, quod ſignificat affligere, ſeu cruciare. Perangaria verò eſt grauiſsima & iniuſtiſsima extorſio; nam dictio illa, per, auget ſenſum, l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verborum ſignificatione; verbi grati, in primo libro Regum ita legitur. *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus erit vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietquè ſibi equites & præcurſores quadrigarum, conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſores ſegetum, ſed & ſegetes veſtras, & vineas adecimabit, &c.* Tales enim impoſitiones, non tributa, ſed potiùs angariæ, & perangariæ, vel angariæ & perangariæ, appellari poſſunt; quoniam non de iuſto Rege, ſed de tyranno dicta ſunt. Poteſt etiam aliud exemplum deduci de impoſitionibus & tributis, quæ, quáſvè Indi occidentales ſuis Regibus pagauis præſtabant, antequàm Caſtella & Legionis Regibus ſubijcerentur. Nam, vt hiſtoriæ Indiarum referunt, *pagauan a ſus Reyes de tres partes la vna de todos los frutos que cogian, y de las rentas los villanos y pecheros: y para pagar eſto, ſi era meneſter, les taſſauan la comida; y ſi no pagauan, los hazian eſclauos*; & non ſoluentes occidebantur, idolique in victima offerebantur, non ſolùm ipſi, ſed & filij eorum; quod crudeliſsimũ genus tyranidis erat, vt latè tradit Otalora de nobilitate, 1. par. cap. 3. num. 23. Deinde, angaria eſt exhibitio operę ſine ſumptu proprio, ideſt ſine erogatione proprij patrimonij; & ſic eſt tributum & munus merè perſonale, cuius generis ſunt quæ refert 7. c. in l. munerum, la 2 ff. de muneribus & honoribus. Parangaria verò eſt exhibitio operæ ſuo proprio ſumptu, à Superiori impoſita, & ſic eſt munus mixtum, ſcilicet perſonale & patrimoniale, ita docet gloſſa in l. neminem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Ioannes de Platea hic. Aliquando etiam angaria eſt onus perſonale propriis ſumptibus præſtitum; perangaria verò ſeruitium perſonaliter præſtandum, vt tenet Iaſ. in dicta l. placet, verbi gratia. *Quando el Rey ſin juſta cauſa manda a vn parti-*

particular que le ſirua con tantas lanças, o peones, ſe diga angaria; *pero quando perſonalmente manda ſin juſta cauſa que le vaya a ſeruir por ſu perſona, ſe llame* perangaria, vt tradit
9 Otalora in loco ſupra citato, vbi docet, quòd hæ duæ voces, angaria, & perangaria, non ſunt merè Latinæ, ſed Perſicæ, quæ ſignificant perſonalem coactionem, & ſeruitutem coactam. Indeque fluxit verbum, angario angarias, quod ſignificat ad opus vel ſeruitium graue & corporale aliquem inuitum conducere, iuxta illud Euangelij: *Angariauerunt quendam Simonem Cirinæum, vt tolleret crucem poſt eum.* Verum enimuerò, in huius
10 tituli tractatione, angaria, & perangaria, ſeu angariæ, & perangariæ, non accipiuntur in præfatis ſignificationibus, ſed potius ſignificant equorum, ſeu iumentorum, aliorumque animalium præſtationes ad curſum publicum, ac neceſsitatem à Principe prouincialibus impoſitā onerum vehendorum per curſum publicum, l. 10. §. angariorum, l. 11. ff. de vacatione m[illegible] er. l. 7. in princip. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. 2. C. de Epiſcopis & cleric. l. 2. C. de quibus mune. ſupra lib. 10. iuncta l. 19. & 20. & 21. infra eod. Et vtrumque onus angariæ & perāgariæ à prouincialibus exigitur in tranſuectione armorum per curſum publicum, l. fin. de fabricenſibus, ſupra lib. 10. Vel publicarum ſpecierum, l. 1. de quibus muneribus, iuncta l. maximarum, de excuſatione muner. ſupra lib. 10. Vel tempore belli, aut alia publica neceſsitate eminente; exiguntur enim equi, iumenta, aliaque animalia, plauſtra, naues, & opere, & alia extraordinaria, vt docent Briſſonius & Prateius, verbo, Angaria, & Cuia. hic. Quo fit, vt licèt tantùm fiat expreſſa mētio de angariis & perangariis in dicta l. 20. & 21. infra eod. Tamen ex quo in toto iſto titulo agitur de equorum & iumentorum ad curſum publicū præſtationibus, & neceſsitate onerum vehendorum, tacitè videtur tractari de illis, etiam in aliis huius tituli legibus, vti rectè ad-
11 uertit Rebuſus hîc. Expoſitis ſic verbis rubricæ, videndum eſt, quale ſit iſtius tituli inten-tum; quod quidem ex his, quæ eius legibus & conſtitutionibus definiuntur, percipitur. Et primò cauetur, vt equi ad publicum curſum diſpoſiti, flagellis, non lignis, vel fuſtibus cædantur & verberentur, l. 1. Et ne liceat Præſidibus & procuratoribus Cæſaris, aliiſque officialibus, quibus Reſpublica

præbet expenſas parauedos prouincialium vſurpare pro ſuis equis & pecoribus, ac ducentes curſum publicum non debent à recto & conſueto itinere diſcedere, l. 2. l. 5. Item, vt cuſtodes publici curſus non patiatur per publicum curſum aliquem ire, niſi priùs oſtendat licētiam euectionis; & qui reſiſtit, capitur ac punitur, l. 3. Rurſùs, vt quotannis quarta pars veredorū à Prouincialibus præparetur, ac eorū ſumpta ſtabulla reparentur, l. in omnibus. Et nè plures quàm decem veredi ex vtraque parte māſionum per curſum publicū dimittantur, l. 8. Preterea, quòd nemo priuatus curſu publico vtatur, l. 11. Et quòd nemo tempore expeditionis belli ab angariis & parangariis excuſetur, l. 20. & 21. Continentur & alia ex propoſito omiſſa. Et ex præfatis & 12 ſuperiùs dictis, ſatis aperta, claraque colligitur hæc ad præſens rubrum interpretatio, titul. 51. in quo tractatur de curſu publico, id eſt de itinere publico, quo currebant, & comeabant, equi, & iumenta diſpoſita deferetes annonas, arma, aliaque neceſſaria, quoties Imperator, vel eius exercitus iis indigebat; & angariis, & parangariis, hoc eſt de præſtationibus equorum ac iumentorū, & neceſsitate impoſita prouincialibus onerum vehendorum per curſum publicum, nempè oſtenditur, qualiter curſu publico, & per quos vtendum ſit; & quando Prouinciales ad angarias & parangarias teneantur. Et videnda ſunt quæ ſcribimus in titulo de agentibus in rebus, & in titulo de curioſis & ſtation. ſupra hoc lib. 12. & in titulo proximo ſequenti.

Titul. LII.

De Tractoribus & ſtatiuis.

SVMMARIVM.

1 *VARIA rubricæ lectio.*
2 *Præludium ex titulo ſuperiori.*
3 *Tractoria, an tractoria legendū ſit, & quid ſit.*
4 *Tractores, & retractores, qui ſint, remiſſiuè.*
5 *Hæc vox tractoria cuius generis ſit, & quomodo inflectatur.*
6 *Statiua vox qualiter inflectatur, & quid ſtatiua ſint.*
7 *Iſtius tituli ſumma breuis refertur.*
8 *Rubrum explanatur.*
9 *Forma tractoriæ cum ſtatiuis, remiſſiuè oſtenditur.*

Variæ

1 VARIE legi ſolet
&inſcribi rubrica noſ
tra. Quidam enim au.
tores ita eam cōcipiunt, de rracta
toriis & ſtatiuis; alij, de tractato-
riis & ſtariuis; alij verò de tracto-
riis & ſtatiuis. Et hæc poſterior
lectio verior & frequentior eſt,
vt probant Briſſonius & Prate-
ius ad verbum, Tractoriæ; & Cu
2 ia. hic. Et pro eius, totiuſque hu
ius tituli explicatione, quampri-
mùm præmittēda ſunt, quæ ſcri-
pta reliquimus in titulo 1. ſupe-
riori, vbi quid ſit curſus publicus
latè explicuimus. Diximuſque,
neminē poſſe curſu publico vti,
niſi ad hoc expreſſam habeat à
Principe licentiā, exceptis præ-
fato prætorio & magiſtro officio
rum, ex l. 3. l. nullus, infra l. iudi-
3 cibus, illius tituli. Et huiuſmodi
licētia ab antiquioribus rractato-
ria vocatur; cuius opinionis ſunt
Bart. Lucas de Pena, Platea, Re-
buf. & Alciatus hic, & in l. vni-
ca, infra eod. Qui quidem Scrip-
tores rubricam noſtram, detrac-
tatoriis inſcribendā eſſe putarūt.
Ab aliis autem recentioribus, nō
tractatoria, ſed tractoria appel-
latur, ex l. penultima, ſupra dicto
tit. 1. l. 2. de deſertoribus, ſupra
hoc lib. 12. & multis autoritati-
bus probant Briſſon. Prateius, &
Cuiac. in locis ſupra citatis. Et ſe-
cundùm hanc acceptationem ve
riùs detractoriis, quàm de tracta-
toriis inſcribitur rubrica noſtra,
vt ſupra diximus, & tenent præ-
fati nouiores; idque probat dicta
l. vnica; infra eod. in princip. ibi:
Tractoriæ cum ſtatiuis, quæ ve-
rior eſt lectio, quàm tractores cū
ſtatiuis, vt quidam Codices mē-
doſi habēt, vt rectiſsimè animad
uerrunt Briſſon. & Prateius vbi
ſupra. Appellatur etiā eiuſmo-
di licentia euectio, vulgò; *Carta
de lleua, o guia*, dicta l. 3. dicta l. iu
dicibus, lib. 6. dicto tit. ſuperiori.
Et etiam diploma, vel duploma,
vt autores ſunt Alciat. Briſſon.
& Cuia. vbi ſupra. Itaque tracto-
riæ; de quibus agit is titulus, ſunt
literæ licentiæ, quæ à Principe
conceditur his, qui ad vtendum
curſu publico deputati ſunt, vt
probant dict. l. 3. l. iudicibus, cum
aliis, dict. tit. 1. ſuperiori, & dicta
l. vnica, infra eod. vbi & hic fate-
tur frequentior Doctorum anti-
quorum & nouiorum caterua,
quidquid hàc vel illac fluctuet
Acurſ. hic. Aliàs autem, tracto-
ria accipitur pro comeatu, ſeu li-
centia, quæ militibus armatæ mi
litiæ conceditur abeūdi à caſtris
pro certo tempore. dict. l. 2. ſu-
pra de deſertoribus; & diximus
in titulo ſupra de comeatu, hoc
4 lib. 12. Inueniūtur etiam in iu-
re tractores, & retractores, de
quibus nobis actum eſt in tit. de
canone largitionalium titulorū
5 ſupra lib. 10. Sanè hæc vox trac-

Digitized by Google

toria generis eſt fœminini. inflectiturque per primam declinationem in numero ſingulari tractoria tractoriæ. & in plurali, tractoriæ tractoriarũ. Diciturq; tractoria à tractu temporis, quo eiſdem literis tractoriis & licentia vti debent hi, quibus conceſſæ ſunt, de quo tempore agit dicta l. vnica, infra eod. vt inferiùs
6 dicemus. Et hactenus de tractoriis, & ſic de prima parte rubricæ. Reliquum eſt ad ſecundã accedamus, in qua de ſtatiuis agitur. Hæc vox ſtatiua, inflectitur per tertiam declinationem in numero plurali, ſtatiua ſtatiuorũ. Sunt autem ſtatiua, loca, in quibus aliquis moratur, à ſtando dicta; vnde legitur, quòd Cæſar habuit ſtatiua caſtra, vt tenet Alciatus hic. Sed meliùs intellexit Cuia. hic dicens, quòd ſtatiua ſunt diuerſoria & manſiones, in quibus aluntur ſumptu publico hi, qui cum literis tractoriis in curſu publico verſantur, quales ſunt perſecutores, & ductores equorum & iumentorum onera deferentium, & nuntij ab Imperatore citiſsimè miſsi; nam eis non tantùm equorum & iumentorũ copiam dabat Imperator, ſed etiam viatica. *Yo entiendo que erã* ſtatiua, *los meſones, y ventas, y eſtancias, donde auian de parar a ſus tiempos eſtos correos y perſonas*, qui curſu publico vtebatur, *como por los caminos reales, por dõde ſe corre la poſta en eſtos tiẽpos, ay poſtas de quatro en quatro leguas*. Et in hac ſignificatione accipiuntur ſtatiua in hoc titulo; & ſic rectiùs, veriusque de ſtatiuis rubrica inſcribitur, quam de ſtatuis, vt perperam intelligebãt Platea, & quidam alij ex antiquioribus, qui pro ſtatuis, imaginem Imperatoris accipiebãt.
7 Igitur, de tractoriis & ſtatiuis eſt huius tituli tractatus, vt patet in dicta l. vnica, infra eod. qua cauetur, quòd literæ tractoriæ debent continere duos dies ad iter arripiendum, & quinque ad iter faciendũ; nec ſunt concedẽdæ niſi deputatis perſonis ad e-
8 quos curſus publici ducendos & reducendos. Et hæc eſt totius tituli ſumma, ex qua & ſuperioribus deducitur talis ad eius rubrũ explanatio, tit. 52. in quo agitur de tractoriis, id eſt de licentia à Principe data perſonis ad curſum publicum deputatis & ſtatiuis, hoc eſt, diuerſoriis & manſionibus, in quibus tales perſonę ali debent, ac viatica recipere, ſcilicet demonſtratur quot dies ad iter arripiendum, & quot ad iter
9 agendum in his literis licentiæ illis dari debeant. Formam autem tractoriæ cum ſtatiuis referunt Briſſonius, Prateius, & Cuia. vbi [illegible] ſupra [illegible]

Titulus

Titul. LIII.

De Apparitoribus Præfecti prætorio, & priuilegiis eorũ.

SVMMARIVM.

1 *Apparitores qui ſint, & num. 2.*
2 *Vnde dicantur.*
3 *Præfectus prætorio quis fuerit, remiſſiuè.*
4 *Apparitores variis nominibus vocantur.*
5 *Cornicularij qui ſint.*
6 *Præfectiani & primi ſcrinij & numerarij, ſcriniarij, & exceptores, remiſſiuè.*
7 *Tituli ſumma traditur.*
8 *Rubrum explicatur.*
9 *Vtilis conſideratio pro iſtius tituli, & ſequentium explicatione adducitur.*

1 Apparitiores (vniuerſaliter loquendo) ſunt miniſtri & officiales magiſtratuum, qui eorum iuſſa & mandata exiguntur, l. 1. de execut. & exactor. infra hoc lib. 12. in quorum numero ſunt, viatores, lictores, præcones, alguacelli, & executores, alijque ſimiles, quorũ varia ſunt
2 miniſteria & officia, Vnde nimirùm ſi variis nominibus vocẽtur, vt infra dicemus. Dicuntur autem apparitores à verbo apparere, quod inter cætera ſui ſignificata, exibendi officij & obſequij gratia prẽſto eſſe ſignificat; & ſic apparere exponitur, id eſt præſto eſſe, ac obſequium & miniſterium exhibere; vnde apparitores appellantur, quòd coram magiſtratibus præſto eſſe & apparere debent, vt eorum mandata exequantur, dicta l. 1. infra de executoribus & exactor. & docet Penenſ. in rubro tit. 1. ſequentis, multiſque autoritatibus probant Briſſon. & Prate. ad verba; Apparere, & Apparitores. Carolus Sigon. lib. 2. de antiquo iure Roma. cap. 15. & Petr. Gregor. de ſyntag. iur. lib. 47. c. 40. num. 1. 2. 14. 18. cum ſequentibus. Et diximus in tit. de exactoribus tributor. lib. 10. num. 3. vulgò. *Los oficiales de los juezes deſtinados para ſeruirles en ſus oficios, y executar ſus mandamientos*, vt exponit Calepin. de quinque linguis, verbo, Apparitores, *como ſon Alguaziles, porteros, pregoneros, executores, y otros ſemejantes*, vt diximus in titul. C. de ſportulis & ſumptibus in diuerſis iudiciis, *los quales en eſtos tiẽpos no tienen tanta honra como anti-*

antiguamente ſe les daua por las leyes deſte titulo, y los ſiguientes. E t hoc ſit generale præmiſſum ad intellectum omnium titulorum ſequentium huius libri, in quibus de apparitoribus tractantur.
3 tur. In hoc autem titulo ſpeciatim agitur de appatitoribus Præfecti prætorio, vt rubrica noſtra demonſtrat, & quod fuerit officium, qualis dignitas & origo Præfecti prætorio, latè expoſitū nobis eſt in tit. ff. de officio Præfecti prætorio, & C. eod. & in titulo C. de ſententiis Præfe. prætor.
4 tor. Cuius apparitores variis nominibus vocantur, nempè Cornicularij, l. 1. & 3. infra eod. Præfectiani, l. 2. & 3. eod. tit. Primiſcrinij, numerarij, excrinarij, exceptores, dicta l. 3. infra eod. De
5 ceptores, dicta l. 3. infra eod. De quibus ſingulis diſſeramus. Cornicularij dicti ſunt à corniculo; corniculum autem, licèt diminutiuum nomē videatur, huius nominis, cornu, ſignificat etiam ornamentū veſtis, quo milites donabantur ab Imperatoribus pro re proſperè geſta, vt patet ex Tito Liuio lib. 10. vbi ſcribit, Papyrum Conſulem equites omnes ob inſignē in bellis donaſſe corniculis, armilliſque argēteis; vnde cornicularij erant milites, qui eiuſmodi corniculi ornamento donabantur, vt pluribus autoritatibus probant Briſſonius, Prateius, & Calepinus, verbo, Cornicularij. Petrus Gregor. de ſyntagm. iuris lib. 19. c. 3. num. 27. vbi ait: *Que eſto era armar y hazer Caualleros a los ſoldados que auian hecho hazañas en la guerra, lo qual oy ſe haze con eſpuela dorada, y otras ceremonias*, vt inquit ipſe autor, & probat l. 11. 12. 13. 14. tit. 21. Parti. 2. l. 6. tit. 1. lib. 6. nouæ Recopil. Et hæc eſt vera expoſitio exploſa Acurſiana in dicta l. 1. infra eod. quā antiquiores ſequuntur, omiſſa etiā alia Cuiacij in l. 2. ſupra de proximis ſacrorum ſcrinn. hoc lib. 12. Igitur, huiuſcemodi milites cornicularij, etiam apparitores erāt Præfecti prætorio, vt indicat dicta l. 1. & 3. infra eod. quia non ſolùm forenſibus negotiis, ſed & rei militari Præfectus prætorio operam dabat, vt diximus in dicto tit. C. de ſentent. Præfect. prętor. & in tit. C. de officio magiſtri militum. Vnde nimirùm, ſi milites in re militari apparitores ſub ſua diſpoſitione & obſequio haberet; & de his eſt etiam titulus de cohortalibus, Principibus, & cornicularììs, infra hoc
6 lib. 12. Præfectiani autē poſſunt appellari omnes officiales & apparitores ipſius Præfecti prætorio. Dicuntur enim præfectiani à Præfecto ipſo, vt colligitur ex Acurſ. 1. exchoho, in dicta l. 2. infra eod. vbi omnes primiſcrinnij verò & numerarij ſcrinniarij, &

excep-

exceptores qui fuerint, expoſuimus ſigillatim in titulo de numerariis, & in tit. de magiſtris ſacrorum ſcriniorum, necnon in tit. de proximis ſacrorũ ſcrinii, ſupra hoc lib. 12. omnes tamẽ ſunt Præfecti prætorio apparitores, & apparitorum appellatione continentur, vt ex Rubro iuncto huius tituli nigro cõſtat.

7 De his igitur apparitoribus omnibus Præfecti prætorio, eorũq; priuilegiis datus nobis eſt titulus iſte, quo continentur & definiuntur ſequentia. Primò, quòd cornicullariis poſt finitũ eorum officium, concedatur honor, vt poſsint Principem adorare, quo honore obtento, etiam datur eis immunitas & otium ab omnibus muneribus perſonalibus, maximè à munere ſuſceptorũ, l. 1. Itẽ, ne præfectiani ſeſe immiſceant exactionibus prouincialiũ ratione lucri vel quæſtus conſequendi, neque curam euectionum, nec cuſtodiã horreorum habere poſsint, l. 2. Tandem, vt numerarij & primiſcrinij, poſt finitum eorum officiũ, requiem ſuorum laborum conſequatur, & ab omnibus muneribus perſonalibus immunitatem adipiſcãtur, & ſolùm corãm iudicibus, & non militaribus, conueniantur; atque eorum bona, ſi deceſſerint abinteſtato ſine legitimo hærede, non fiſco communi, ſed archæ Præfecti prætorio deferãtur; & cùm in prima legione Principis militauerint, ſolùm coram ipſo Præfecto poſſunt conueniri, & in prouinciis coram Præſidibus, niſi publicum gerãt officium, l. 3.

8 Et hæc totius tituli ſummaria intentio, ſecundùm quam & ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, tali modo rubrũ noſtrum poſſumus explicare, titulus 53. in quo agitur de apparitoribus Præfecti prætorio, ideſt miniſtris & officialibus præfecti prætorio, qui eius iuſſa & mandata exequuntur, ei obedientes, & obſequium præſtantes, nempè declaratur, quæ ſint eorum priuilegia, exemptiones, & immunitates; ipſiſque abinteſtato decedentibus ſine legitimo hærede, cui illorum bona deferantur. Et videnda ſunt quæ ſcribimus in titulo de executoribus & exactoribus, vbi diximus, omnes iudicum & magiſtratuum apparitiores, vocari etiam executores & exactores.

9 Illud ſanè animaduertendum eſt pro huius tituli & ſequentium (in quibus de apparitoribus agitur) intelligentia, quòd huiuſmodi apparitores variis nominibus vocãtur, vt ſuprà oſtẽdimus; quod ita fiebat ſecundùm cuiuſque officium & apparitionem, l. fin. de diuerſis officiis, infra hoc lib. 12. vbi videndus eſt Cuia. nec poſſunt

ſunt

ſunt ad vnguē, nec ſigillatim eorū officia explicari cum eorū notitia claram nō habeamus, & diuerſis conſuetudinibus gubernaretur imperium, quàm hodie gubernentur Regna, in quæ ipſum diuiſum fuit potiſsimùm noſtræ Hiſpaniæ regnum.

Titul. LIIII.

De apparitoribus Præfecti Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *PRæfectus Vrbis quis fuerit, remiſsiuè.*

2 *Apparitores Præfecti vrbis qui, remiſsiuè.*

3 *Tituli ſumma & compendiū.*

4 *Rubri declaratio.*

5 *Piſtores qui ſint, remiſsiuè.*

1 QVALIS fuerit magiſtratus Præfecti Vrbis, poteſtas, & origo, expoſitum nobis eſt in titulo ff. de officio Præfecti Vrbis, & C. eodem. Equi ſint eius apparitores
2 facillimum erit colligere ex his, quæ diximus in tit. præcedenti. Quibus præcognitis, intellige, quòd hoc titulo proponuntur ſequentia. Primò, vt apparitores Præfecti prætorio, & Præfecti Vrbi, ſuo officio completo, ac militia ſua finita poſsint purpuram Principis adorare, quod facere nequeunt apparitores & officiales rectorum prouinciarū, l. 1. Deinde, & ſecundò, vt ſi Præfecti Vrbi apparitores alicui ex piſtoribus Vrbis concuſſionem inferant, piſtorū corpori & collegio addicantur in pœnam ſui
4 maleficij, l. 2. Et id eſt huius tituli compendium, & hæc ſumma, ex qua, & antea præmiſsis, hæc dari poteſt ad eius rubrum declaratio, titulus 54. qui agit de apparitoribus Præfecti Vrbis, id eſt de miniſtris & officialibus ipſius præfecti, qui eius mandata exequuntur; nempè oſtēdit, quando poſsint Principis veſtē purpuream adorare, & qualiter ob conceſsionem piſtoribus il-
5 latam puniantur. Qui autē ſint piſtores, dictum nobis eſt in titulo de piſtoribus, ſupra lib. 11.

Titul. LV.

De apparitorib. magiſtrorum militum, & priuilegiis eorum.

SVMMARIVM.

1 *MAgiſter militum quis fuerit, remiſsiuè.*

2 *Appa-*

Digitized by Google

2 *Apparitores magiſtri officiorum, qui, remiſsiuè.*
3 *Tituli ſumma & intentio.*
4 *Rubri expoſitio.*

1 Vamprimùm prælegenda ſunt, quæ ſcribimus in tit. C. de officio magiſtri militũ, vbi quale fuerit eius officiũ, qualiſque origo & poteſtas, docuimus.
2 Sunt etiam præmittenda quæ diximus in titulo 2. ſuperiori; ex his namquè colliges & diſces, qui fuerint apparitores magiſtri militum, de quibus eſt iſtius tituli tractatio. Quibus præiactis, hæc, is titulus conſtituit. Primò, nè appa-
3 ritores & officiales magiſtri militum equitum & peditum ad munera perſonalia vocētur, l. 1. infra eod. Item, idem apparitores cenſentur eſſe ordinis militaris, & militibus adnumerantur; ideòque, habent caſtrenſe peculium, non tamen iure militari teſtantur, l. 2. vbi Acurſ. & Cuia. Rurſus, vt adſcriptitij vel cohortales nequeant apparitores eſſe magiſtri equitum,
4 l. 3. Conſtituit & alia, quæ breuitatis cauſa omittimus. Ex ſuperioribus namque ſatis clarè colligitur, talis ad præſens rubrum expoſitio titulus 55. in quo tractatur de apparitoribus magiſtrorum militũ, id eſt de eorum miniſtris & officialibus, qui ſua manda & iuſſa exequuntur, videlicet explicatur, quæ ſint horum apparitorũ priuilegia, & immunitates.

Titul. LVI.

De apparitoribus Proconſulis & Legati.

SVMMARIVM.

1 *ORigo, officium, & poteſtas Proconſulis & Legati, remiſsiuè.*
2 *Apparitores Procõſulis & Legati, qui ſint, remiſsiuè.*
3 *Tituli ſumma & intentum traditur.*
4 *Rubrum exploratur.*

1 DE origine, officio, poteſtate, & iuriſdictione Proconſulis & Legati, latè nobis actum eſt in tit. ff. de officio Procõſulis & Leg. & in tit. C.
2 eod. Et qui ſint horũ magiſtratuũ apparitores, planè deprehẽdes ex his quæ ſcripta reliquimus in tit. de apparitoribus Præfecti prætorio, ſupra hoc lib. 12. & de his apparitoribus hic titulus iſta conſtituit. Primò,

Digitized by Google

Primò, vt nullus curialis, vel alicui collegio, vel corpori adſtrictus, poſsit eſſe apparitor Proconſulis vel eius legati, l. 1. Item, quòd apparitores Procõſulis & legati ſint numero quadrigenti, dùm tamen non ſint membra Reipublicæ, l. 2. id eſt qui aliis officiis Reipublicæ nõ ſint deputati & obligati, quẽadmodum enim in corpore humano ſunt diuerſa membra, diuerſas operationes & officia exercentia. Sic etiam in Republica ſunt diuerſa & plura mẽbra, ideſt officia, quæ diuerſas exercent operationes, vt tradũt gloſſa & Doctores in l. 21. l. 2. Tandem conſtituit, vt Proconſules & legati in prouinciis ſibi commiſsis exigant illos apparitores, qui ſolent eſſe, nec alienis partibus ſe immiſcere debent, l. fin. infra eod. Et hoc eſt
4 in ſumma iſtius tituli intentũ; ex quo, & præmiſsis, facillimũ erit præſens rubrum ita explorare & exponere, titulus 56. qui agit de apparitoribus Proconſulis & legati, ideſt de eorum magiſtratuum miniſtris & officialibus, qui eorum mãdata exequuntur, & obſequio præſto ſunt; nempè definit, quales, & quot numero eſſe debent.

(§§)

Titul. LVII.

De Apparitoribus Comitis oriẽtis.

SVMMARIVM.

1 Comes orientis quis fuerit, remiſsiue.
2 Apparitores Comitis orientis, qui ſint, remiſsiue.
3 Tituli ſumma & intentio.
4 Rubri explanatio.

1 QVIS fuerit Comes oriẽtis, planè deprehẽdes, ſi legeris quę ſcripſimus in titulo C. de offi-
2 cio Comitis oriẽtis. Et qui ſint eius apparitores, etiam diſces ex generali doctrina à nobis tradita in titulo de apparitoribus Præfecti prætor. ſupra hoc
3 lib. 12. Quibus præmiſsis, percipies facilè huius tituli intentum; definit enim non plures quàm ſexcentos apparitores habere poſſe Comitem orientis, l. vnica, infra eod. Cuius & totius tituli hæc eſt ſummaria
4 concluſio. Ex qua & ſupra pręmiſsis, talis dari poteſt ad eius rubrum expoſitio, titulus 57. qui agit de apparitoribus, ideſt de officialibus & miniſtris Comitis orientis, qui eius obſequio

quio & officio ſeruiunt, eiusque mandata exequuntur, videlicet oſtendit quot numero eſſe debeant.

Titul. LVIII.

De cohortalib. Principibus, cornicula- riis, ac primipilaris.

SVMMARIVM.

1 *Rubri diuiſio, veraquè inſcriptio.*
2 *Cohors quid ſignificet.*
3 *Cohortales qui ſint, & vnde dicti.*
4 *Cohors domeſtica qualis ſit, & an cohortales collegium habuerunt.*
5 *Principes, qui appellentur.*
6 *Cornicularij, qui, remiſſiuè.*
7 *Hæ voces, primipilum, primipilus, primipilarius, primipilaris, quid ſignificent.*
8 *Primipilarij, ſeu primipilares qui dicantur.*
9 *Tituli diſpoſitio, & intentio.*
10 *Eius ſumma.*
11 *Rubri interpretatio.*
12 *Vtilis conſideratio.*

1 IN quatuor partes diuidenda eſt rubrica noſtra. Prima eſt, ibi: De cohortalibus. Secunda, ibi: Principibus. Tertia, ibi: Cornicularijs. Quarta & vltima, ibi: Ac primipilariis. De quibus ſingulis explicandis differamus. Et pro primæ expoſitione, priùs ſupponendum eſt, quòd aptiùs, propriuſque inſcribitur de cohortalibus, quàm de cohortalibus, vti rectè
2 aduertit Alciatus hic. Deinde conſiderandum eſt, quòd hæc vox, cohors, varia, pluraque patitur ſignificata; accipitur enim pro ſocietate militũ pedeſtriũ, & tunc cohors dicitur peditum, vulgò, *eſquadron, o eſquadra, o compañia de ſoldados de infanteria*; quemadmodùm turma dicitur equitum, vulgò *compañia, o tropa de cauallos de guerra*, vt etiam diximus in titulo de Comitibus rei militaris, ſupra hoc libro 12. & docet Petrus Gregorius de ſyntag. iuris, lib. 47. cap. 40. num. 1. 2. 3. Accipitur etiam pro hominũ multitudine, & congregatione, *y de aqui ſe llamò Corte el lugar donde habitan los Reyes, Principes, y Emperadores*, quia ibi ſolet eſſe magna hominũ cõgre

 gatio

gatio & multitudo, vt hodie probat l.27.tit.9.par.2. Sumiturq; in aliis pleriſque ſignificationibus, vt docent Varro lib.4. de lingua Latina, & Alexand. ab Alexand.lib.6. genialium dierum, cap.13.& lib.1.cap.5. Tandem accipitur cohors pro familia iudicum & magiſtratuum, ideſt pro eorum miniſtris & officialibus, vt plurimis autoritatibus tradit Calepinus, verbo, Cohors. Indeque cohortales appel-
3 lantur apparitores, miniſtri, & officiales iudicum & magiſtratuum, qui eorum iuſſa & mandata exequũtur, vt tradit Petrus Gregor. vbi ſupra. De quibus latè nobis actum eſt in titulo de apparitoribus Præfecti prætorio, ſupra hoc lib. 12. Et de his eſt iſta prior pars rubricæ, & aliqua tituli huius tractatio, vt probat l.4. 6. 7. & 12. infra eod. & vltra antiquiores, tenet Cuia.in l.1.infra eod. Prateius in lex.iur. ad vltimũ cohortales; qui quidẽ quandoque cohortalini vocantur, l.11.& 12.infra eod.vbi Scribentes. Vnde dicitur cohors do-
4 meſtica, ſicuti militaris; videmus etenim à re militari ſumpta nomina fuiſſe inter Palatina officia, vt rectiſsime animaduertit Alciatus hic. Sanè eiuſmodi cohortales exiſtimamus corpus & collegium habuiſſe, quemadmodùm piſtores, ſuarij, & alij, de quibus egimus in titulo 14. 15.16. ſupra lib.11.& probat dicta l.11.ibi: Si quis egregiè, infra eod.l.2.C.de defenſor.ciuita.l.2. C.de aduocatis diuerſor.iudicũ. Et ſic, quando in huius tituli legibus cohortis mentio fit, accipienda eſt pro familia iudicum & magiſtratuum, ideſt pro collegio & ſocietate apparitorum & officialium, ſeu miniſtrorũ, qui iudicibus in ſuo officio deſeruiunt, eorumque mandata & iuſſa exequuntur, dicta l.4.& 5. ibi: Cohorti ſatisfacere, infra eodem. Et hactenus explicita manet prior pars rubricæ. Pro ſecundæ autem explanatione, ibi:
5 Principibus. Sciendum eſt, quòd Princeps, in iure noſtro, poſtiſsimum accipitur pro Imperatore, Rege, & Summo Pontifice, vt patet ex titulo ff.de cõſtitutionibus Principum, & extra de conſtit. & C. de legibus, & C. de mandatis Principum, & vbique diximus. Et dicitur Princeps, quia primum locum capit, vt docet Penenſis in rubr. C.de Princip.agen. in rebus, & Bouad.lib.3.c.2.n.2. Et etiã pro Principe agentiũ in rebus, vt in titulo de agent.in rebus, ſupra hoc.li.12.& ibi diximus. Verùm in hoc tit. hæc vox, Princeps; nõ capitur in his ſignificationibus, ſed Principes appellantur maiores, officiales, & apparitores ex cor-

ex corpore & collegio cohortalium, vt indicat Acurſ. in l. 4. de apparitoribus magiſtrorũ militum, verbo, Principatus, & hic. Quem antiqui Scriptores in vtroque loco ſequuntur. Cuiacius autem in l. 13. infra eod. ſen ſit Principes cohortalis officij eos eſſe, qui cùm initio non eſſent ſubiecti cohorti, cohortali officio paſsi ſunt ſe adſcribi, vt ſunt filij cohortalium, ſed nihil allegat; idcircò magis placet præfata Acurſi & antiquorum ſententia, vt ſcilicet Principes dicantur maiores cohortales, ideſt maiores officiales ipſius cohortis, hoceſt, familiæ, iudicum, & magiſtratuũ, quorum mentio fit in dicta l. 13 infra eodem. Et ſic manet enucleata ſecunda pars rubricę. Pro
6 tertiæ explicatione ibi, cornicularijs, videnda ſunt quæ ſcripta reliquimus in titulo de apparitoribus Præfecti prætorio, ſupra hoc libro 12. vbi, qui fuerint cornicularij ſatis exploratum habes. Pro quartæ & vl-
7 timæ partis intelligentia, ſciendum eſt, quòd in iure noſtro, hæ quatuor voces reperiuntur, primipilus primipili, primipilum primipili, primipilarius primipilarij, primipilaris primipilaris. Et quid ſignificent primæ duæ, ſatis clarè oſtendimus in titulo de primipilo, infra hoc libro 12. vbi explicamus, quid ſit primipilum, & quis primipilus; à primipilo nãquè primipilarius, ſeu primipilaris deriuatur, & inter primipilarium & primipilarẽ nulla verſatur differentia, vt latè probamus in dicto titulo, infra de primipilo aduerſus aliquot ſcriptores reluctantes. Igitur, de primipilariis inſcripta eſt hæc pars rubricæ, & tractat aliqua
8 tituli pars. Sunt autem primipilarij, ſeu primipilares, qui iam non ſunt primipili, nec Centuriones, ſed primipili honorem geſſerunt, ac Centuriones eſſe deſierunt, l. 33. §. quædã. ff. de auro & argento legato, l. 10. §. fin. ff. de excuſatione tutorum, l. 5. l. 13. ſic intelligendæ, infra eod. & tradit Coua. lib. primo variarum, cap. 16. numero 7. Antonius Contius, alijque plerique autores, quos ipſe nuncupatim allegat Briſonius verbo, Primipilarius; quidquid contrà putent Corraſius lib. 5. Miſcellan. cap. 4. alijque ſcriptores antiqui & nouiores, quos refert Coua. in loco modo citato. Quemadmodum in ſimili, cõſularis dicitur, qui iam non eſt Cõſul, ſed deſiit eſſe, vt diximus in titulo ff. de officio Cõſulis. Nec obſtat l. 16. titulo 9. par. 2. quæ aſſerit, primipilariũ eſſe illũ, qui actu gerit primipilũ; nã lex illa

ſequitur opinionem Acurſi, &
antiquorum, & procedit de iu-
re regio. Nos autẽ veritatẽ in-
ueſtigamus ſecundùm ius com-
mune. Ex quibus ita pro tenoris
9 rubricæ explicatione, prænota-
tis deducitur, cohortales, ſeu co-
hortalinos Principes & cornicu-
larios eadem ferè officia habuiſ-
ſe, licèt inter ſe diſtincta, ſiqui-
dem omnes ſunt iudicum & ma-
giſtratuum apparitores & offi-
ciales, vt ſupra expoſitum eſt.
Differre tamen omnes à primi-
pilariis, ſeu primipilaribus; nã
illi ſunt ex cohorte domeſtica,
ideſt ex iudicum familia. Hi au-
tem ex cohorte militari fuerũt,
& primipili eſſe deſierunt; de
omnibus tamen quandoque ſi-
mul & mixtim, quandoque ſe-
paratim tractatur titulus iſte:
qui quidem de his ſequẽtia cõ-
10 ſtituit. Primò, nè ſtationarij, qui
ex cohortalibus ſunt, vllas faciãt
ſuperexactiones, nec aliquem
in carcerem conficiant, l. 1. vbi
Cuiac. videndus; quam legem
voluerunt quidam ad titulum
ſuperiorem proximum perti-
nere, falluntur tamen; nam ſta-
tionarij, de quibus loquitur, ex
cohortalibus erant, vt ibi aduer-
tit Cuia. Deinde, nè quem ex
cohortalibus Præſides ſine ſa-
cra probatoria Principis ad of-
ficium aliquod promoueãt, ex-
ceptis officialibus curſus publi-
ci, l. 2. Item, nè cohortales Sy-
riæ ad munus vel officium na-
uiculariorum, ſeu vaſtagiorũ,
vel militiam vocentur; ſed com
pleto ſuo officio, & reddita ra-
tione, paſtus primipili, ideſt
militaris annonæ, ab omnibus
ſint ſoluti & liberati, l. 3. vbi Al
ciatus & Cuiac. Rurſus, vt in
ad ærandа & æſtimanda anno-
na militari habeatur, conſide-
ratio ad pretia ſimiliũ ſpecierũ,
quæ in foro publico vendun-
tur, l. 8. Tandem, vt primi-
pilarij & Principes, emeritis
ſtipendiis ſuæ ciuitatis reſtituan
tur, nec ad vllam dignitatem,
vel militiam poſsint adſpirare,
11 l. 13. Conſtituit & alia, quæ cõ-
ſultò omiſſa facimus; nam ex
ſuperioribus optimè deduci po
teſt ad præſens rubrum huiuſ-
modi conſtitutio & interpre-
tatio, titulus 58. in quo tracta-
tur de cohortalibus, ideſt ap-
paritoribus, miniſtris, & offi-
cialibus iudicum prouinciarũ,
qui eorum officio deſeruiunt,
eorumque mandata exequun-
tur Principibus, hoceſt, ma-
ioribus apparitoribus, & offi-
cialibus inter ipſos cohorta-
les; cornicularis, ideſt militi-
bus, quibus ornamentum veſ-
tis (quod corniculum appel-
latur) ob rem in bello proſ-
perè geſtam à Principe dona-
tum eſt, & primipilariis, ideſt
illis

illis, qui cùm fuerint centuriones & primipili honoré geſſerunt, iam illud officium depo
12 ſuerunt. Inſuper, animaduertimus, quòd in huius tituli legibus de cornicularijs nulla mentio ſpecialis fit, ſed in titulo de apparitoribus Præfecti pretorio ſupra hoc lib. 12. vbi diximus, & vbi vide quæ ſcripſimus pro maiori iſtius tit. explicatione.

Titul. LIX.

De apparitoribus Præfecti annonæ.

SVMMARIVM.

1 *Apparitores Præfecti annonæ, qui ſint, remiſſiue.*
2 *Quis fuerit Præfectus annonæ, remiſſiue.*
3 *Præfectus annonæ fuit ſub diſpoſitione Præfecti Vrbi.*
4 *Tituli ſumma & diſpoſitio.*
5 *Rubricæ explanatio.*

1 QVI ſint apparitores, diximus in tit. de apparitoribus Præfecti præ-
2 torio, ſupra hoc lib. 12. Et quis fuerit Præfectus annonæ, expoſitum nobis eſt in tit. C. de officio Præfecti annonæ, & ff. & C. de of
3 ficio Præfecti vrbi. Vbi videndum eſt, & inſuper animaduertendũ, quòd Præfectus annonæ eſt ſub diſpoſitione Præfecti vrbis, eique ſubeſt, & vterque annonæ ciuilis curã habet, & agit l. 1. C. de officio Præfecti vrbi; generaliter enim Præfecto vrbi commiſſa eſt cura omniũ, quæ in vrbe ſunt, l. 1. §. cùm vrbem, ff. de officio Præfecti vrbis; & ſic tacitè ei quoque comiſſa videtur annonæ cura. Specialiter autem Præfecto annonæ, l. 3. ff. ad l. Iul. de annona, in fin. Nec iſta ſpecialis iuriſdictio Præfecti annonæ poteſt derogare generali, quam habet Præfectus vrbi, l. 1. C. de officio Præfecti vrbi, & docet Platea, & alij hic, Cuia. in l. 1. infra eod. Bouad. in Polit. lib. 3. c. 3. n. 3 vbi alios refet. Quibus ita præmiſſis, hoc tit. duo propo
4 nũtur. Primò, quòd licèt Præfectus vrbi, & Præfectus annonæ, vterque annonæ ciuilis curã habeat, & iuriſdictionẽ exerceat, ſeparatos tamen & diſtinctos apparitores habere debẽt; ideòque apparitores Præfecti vrbi nõ debent ſe intromittere in his, quæ ad officiũ Præfecti annonæ expectant: at cùm Præfectus vrbi de annona cognoſcit, tunc per ſuos appatitores ſuum officium exercere poteſt, l. 1. ſic intelligenda, infra eod. Deinde, & ſecundò, vt Præfectus annonæ

per ſuos apparitores & officiales, canonem & alia ad ſuum officium ſpectantia exigat, & ex negligentia ſuorum apparitorum obligatus manebit, l. 2. Et
5 id eſt in ſumma, quod hoc titulo definitur, ex quo, & antea poſitis elicitur talis ad eius rubrũ explanatio, titulus 59. qui agit de apparitoribus Præfecti annonæ, ideſt de ipſius miniſtris & officialibus, vulgò *Vendedores, cõpradores, diſtribuydores, medidores, y Alguaziles*, ex Bonadilla vbi ſupra, ſcilicet prohibet apparitores Præfecti Vrbi exequi officium Præfecti annonæ, ſimulque alia conſtituit.

Titul. LX.

De diuerſis officiis & apparitoribus iudicum, & probatoris eorum.

SVMMARIVM.

1 *Officium multipliciẽ habet ſignificationem, & num. 2.*

2 *Apparitores, qui ſint, remiſſiuè.*

3 *In hoc titulo quid ſignificet officium. Explicanturquẽ illa dua rubricæ particula, officiis & apparitoribus.*

4 *Probatoria quid ſit.*

5 *Huius tituli ſumma & intentio refertur.*

6 *Rubrum explicatur.*

7 *Differentia inter hunc titulũ & præcedentes traditur.*

1 OFFICIVM in iure noſtro diuerſimodam, ampliamque habet ſignificationem. Nam primò accipitur pro imperio, iuriſdictione, & poteſtate iudicum & magiſtratuum, l. 1. ff. de iuriſdictione omnium iudic. & probant omnes tituli, qui ſunt in ff. veteri à tit. de officio Conſulis, vſque ad titulum ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, & titulus C. de officio Præfecti prætor. orientis & illirici, cum ſequentibus; necnõ titulus extra de officio iudic. delegat. cum ſequentibus; & vbique explicuimus. Secundò ſumitur pro ipſis officialibus, miniſtris, & apparitoribus iudicum & magiſtratuum, l. nemo, C. de Epiſcopali audientia, l. Chriſtianus, C. de ſacrificiis pagan. & docet gloſſa in 1
2 l. in officiis, infra eodem. Qui autẽ ſint apparitores, nobis explicitũ fuit in tit. de apparitoribus Præfect. prætorio, ſupra hoc lib. 12. Et pleraſque alias ſortitur ſigni- 2

ſignificationes, officium, vt docent Lucas de Pena ibi, & alij, quos citauimus in rubrica, extra de officio Archidiachon. Sed in
3 hoc titulo accipitur pro ipſis officialibus & apparitoribus omnium iudicum & magiſtratuũ, vt tenet Acurſius in præfatione l. in officiis, infra eod. & Cuia. hic. Idque mihi veriùs videtur aduerſus Penenſem, Plateam, aliosque antiquiores hic, qui exiſtimant, in hoc titulo capiẽdum eſſe officium, pro iudicum poteſtate & iuriſdictione; fallũtur namque, ſiquidem in hoc lib. 12. à tit. de apparitoribus Præfecti prætor. tractatur, dũtaxat de officialibus, miniſtris, & apparitoribus iudicum & magiſtratuũ, nõ autem de ipſorum officiis & dignitatibus; cùm de his iam actum ſit in initio huius lib. 12. in tit. de dignitatib. & ſequentibus. Nec huic ſententiæ refragatur text. in d. l. in officiis, infra eod. Nam illa vox, officiis, ita exponenda eſt, ideſt officialibus, vti rectè exponit Acurſ. ibi. Similis expoſitio fieri debet in rubrica de lucris aduocatorum, infra hoc lib. 12. ibi. Et concuſſionibus officiorum, ideſt officialiũ, vt ibi diximus. Vnde ſequitur, quòd in præſenti rubro idem ſignificant illæ duæ particulæ, officiis, & apparitoribus, & pro iudicum & magiſtratuũ miniſtris & officialibus, qui eis in officio ſuo deſeruiunt, acci-
4 piuntur. Probatoria eſt ſcriptura ab Imperatore, vel Principe ſubſcripta, quæ probat, ideſt approbat electionem à magiſtratu vel iudice factam de aliquo apparitore & officiali factã, l. probatorias, vbi Platea in principio, l. vltima, infra eod. Non enim ſufficit, quòd apparitores & officiales ad officium apparitionis electi ſint, vt ſuum officium exercere poſsint, ſed neceſſarium eſt, vt talis electio à Prinoipe confirmetur & approbetur; quæ confirmatio probatoria appellatur, dicta l. probatorias. Cauebis tamen, quia non omnes officiales & apparitores indigẽt huiuſmodi probatoriis, ſed tantùm qui recenſentur in dicta l. probatorias, & in dicta l. fin. §. & eſt notitia, infra eod. vti rectè animaduertit Acurſ. in dicta l. probatorias, gloſ. 2. & Ioan. de Platea in d. l. fin. in princip. Et probatoriæ formula extat apud Caſiadorum lib. 7. Et eſt quò poſsint eligi & creari apparitores, tradit Petrus Gregorius de ſyntagm. iuris, lib. 47. c. 40. n. 17. Bouad. lib. 1. cap. 13. num. 1. 2. 3. 4. 5. Igitur de diuerſis officiali-
5 bus & apparitoribus iudicum & magiſtratuum in communi eſt iſtius tituli tractatus, & de probatoriis eorum. Cuius

Digitized by Google

finis & intentum eſt definire & decidere ſequentia. Primum, vt ſi aliquis apparitor vel officialis derelicto officio ſuo ad aliam militiã ſe transferat, reducendus eſt, vt rationẽ priſtini officij reddat, & alius in locum eius in noua militia eſt ſubrogandus, l. 1. Item, ſi quis ſemel a militia vel officio ſuo ſit remotus, amplius ad illud non poteſt admitti, niſi ex ſpeciali Principis reſcripto, ſine obreptione obtento, l. 2. Rurſus, vt nullus poſsit eſſe officialis vel apparitor in ea prouincia, in qua ipſe originem duxit, vel domicilium habet, vel etiam anteà ſimile officium adminiſtrauit, l. 3. vbi Cuia. Præterea, vt nullus poſsit eſſe officialis vel apparitor Proconſulis Aſiæ, & Comitis orientis & Præfecti Auguſtalis, vel horũ vicariorũ, niſi priùs ſacram Principis probatoriam fuerit conſecutus, dicta l. in officiis. Tandẽ, vt apparitores quorũdam iudicum & magiſtratuũ non admittantur ad ſua officia abſque Principis probatoriis; & quòd talis officialis ſit catholicę fidei chriſtianus, dicta l. probatorias; quæ probatoria dada eſt originalis ipſi apparitori, quam oſtendere debet iudici, cuius apparitor futurus eſt, & ipſe iudex eius exemplum apud ſe retinere debet, & probatoriam originalem apparitori & officiali reſtituere, dicta l. fin. Quæ etiam recenſet iudices & magiſtratus, quorum apparitores indigent probatoriis, in qua videdus eſt Cuia. qui ſingula apparitorum ibi contentorum officia declarat: continentur & alia in hoc titulo, quæ gratia breuitatis omit-
6 timus. Sat ſit hæc retuliſſe, ex quibus & antea dictis eius intentum percipitur, & talis ad eius rubrum expoſitio colligitur, titu. 60. qui tractat de diuerſis officiis & apparitorib. iudicũ, id eſt de diuerſis officialibus, apparitoribus, & miniſtris iudicum in cõmuni & de probatoriis eorũ, hoc eſt, de literis manu Principis ſubſcriptis, quibus ipſe probat, id eſt approbat & confirmat electionẽ & nominationem factam de quorũdam iudicum apparitoribus & officialibus. Et ſic illa particula, eorum, referri debet ad iſtiuſmodi apparitores &
7 officiales. Differt autem is titulus à præcedentibus, in quibus de apparitoribus tractatur; in hoc, quòd illi ſpecialiter loquũtur de ſingulorum iudicum & magiſtratuum apparitoribus, vt patet à titulo de apparitor. Præfect. prætorio, cum ſequentibus, ſupra hoc lib. 12. At verò, iſte agit in communi de omniũ iudicum apparitoribus; vnde cõmunis eſt hic titulus ad præcedentes, vt ſenſit Cuia. hic. Nec eſt

eſt nouum, vt poſt titulos ſpeciales ſubijciatur titulus cõmunis & generalis, qui de eadẽ materia differat, vt in titul. C. communia vtriuſque iudicij, & C. cõmunia, de ſucceſsionibus, & alibi ſæpè.

Titul. LXI.

De executoribus & exactoribus.

SVMMARIVM.

1 *Executores varij in iure reperiuntur.*
2 *De quibus executoribus loquatur hic titulus, & exactores & executores idẽ ſunt.*
3 *Apparitores, qui fuerint, remiſſiuè.*
4 *Huius tituli ad ſuperiores cõtinuatio & differentia inter illos & iſtum traditur.*
5 *Huius tituli ſumma refertur.*
6 *Diſcrimen inter hunc titulum & titulũ de exactoribus tributorum, oſtenditur.*
7 *Rubricæ tenor explicatur.*
8 *Antiqua quædã huius rubricæ lectio & inſcriptio, refellitur.*

1 Executores in iure noſtro varij ac diuerſi generis ſunt, nẽpè, executores, qui rem iudicatã exequũtur, l. penultima, & totus titulus C. de execu. rei iudicatæ, l. 4. ff. de appellation. Item, executores teſtamentarij, & vltimarũ voluntatum, l. alio, ff. de alimẽt. & cibariis lega. vbi Bartol. l. id quod pauperibus, l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcopis & clericis, c. 2. de teſtament. lib. 6. Et
2 alij plerique. Cæterùm in hoc titulo executorum nomine cõtinentur apparitores miniſtri, & officiales iudicum, & magiſtratuum, qui eis in officio ſuo deſeruiunt, eorumque mandata exequuntur, l. 1. l. 2. l. 4. l. fin. infra eod. qui quidem etiam in hoc titulo exactores vocantur. Licèt enim exactores propriè ſint, qui tributa ad Imperatorẽ vel Principem pertinentia exigunt, vt patet ex titulo de exactor. tributor. ſupra lib. 10. vbi diximus, generali tamen appellatione, executores, exactores, & apparitores idem reputantur in præſentis tituli tractatu, & ſimul ac mixtim de omnibus agitur, l. 1. l. 2. l. 5. l. 6. infra eodem. Qui quidem etiam vocantur cõpulſores, admonitores, portitores, agẽtes in rebus palatini, dicta l. 2. & viatores, §. tripli, In-
3 ſtitutis de action. (Qui autẽ ſint apparitores, explicitum nobis eſt in titulo 53. & ſequentibus ſupra hoc lib. 12.) Igitur in hoc

Digitized by Google

titulo tractatur generaliter de
huiuſmodi executoribus & exa-
ctoribus, ſeu appariroribus om-
nium iudicum & magiſtratuũ,
qui eorum iuſſu, tributa Princi-
pis, vel alia quæcũque debita pu
blica vel priuata exigunt, & alia
mãdata iudicum ſuorũ exequũ-
tur, vt in exemplis à me poſitis
de apparitoribus in dicto tit. 53.
ſupra lib. 12. & de exactoribus
in dicto titulo de exactoribus
tributorũ, ſupra lib. 10. & in tit.
C. de ſportulis & ſumptibus.
Poſtquam enim in hoc lib. 12. à
dicto titulo 53. vſque ad tit. 59.
actũ eſt ſeparatim, ſigillatimque
de diuerſorum iudicum & ma-
giſtratuum apparitoribus, & de
eorum immunitatibus & priui
4 legiis: & in tit. proximo præce-
denti, de apparitoribus iudicũ
in communi, & de eorũ proba-
toriis, ideſt cõfirmationibus ſua
tum electionum. Subijcitur is ti
tulus generalis, qui oſtẽdit, qua-
liter eiuſmodi executores, exac-
tores, & apparitores ſeſe gere-
re debeant in executionibus &
exactionibus, quas iuſſu iudi-
cum & magiſtratuum exequũ
tur. Et in hoc ab illis titulis,
5 hic titulus diſtat, circà quod ſe-
quentia conſtituit. Primò, vt
exactores & apparitores, qui ad
prouincias mittuntur pro tribu
tis exigendis, nõ debẽt ſua autori
tate ea exigere, ſed Præſides earũ
prouinciarũ inſtanter vrgere, vt
ſuo periculo faciãt tales exactio
nes, l. 1. Item, nè exactores execu
tiones faciãt contrà, vel prǽpter
voluntatem Præſidis, & ſic mo
dum exequẽdi excedãt; quòd ſi
contrarium fecerint, poterũt eis
Prouinciales reſiſtere; poteritq;
prouinciæ Præſes, eos vinctos
ad Præfectum prætorio puniẽ-
dos mittere, dicta l. 5. Deinde,
nè plures executores poſsint of
ficia ſua ſeparatim eis commiſ-
ſa permixtim mutua vice age-
re, l. 2. Rurſùs, vt exactores, vel
executores quicũque in prouin
cias mittuntur ad exactionẽ fa-
ciendam, tenentur intra annum
redire, & ſuæ exactionis rationẽ
reddere ei, qui illos miſit; alio-
quin tàm miſſus, quam mittens
puniẽdus erit, l. 3. Conſtituit &
plura alia, quæ breuitatis gratia
6 omnia omittere libuit. Ex præſa
tis namq; colligitur primò diffe
rentia hæc inter hunc titulum
& dictum titulum de exactori-
bus tributor. ſupra lib. 10. quòd
ille tantùm agit de exactoribus
tributorum Principis; hic verò
non tantùm de illis, ſed etiã de
aliis quibuſcũque exactoribus,
executoribus, apparitoribus, mi
niſtris, & officialibus omniũ iu-
dicum & magiſtratuũ, qui eo-
rum iuſſu & præcepto quaſcũ-
que faciunt exactiones & execu
tiones, ſiue circa tributa Princi-
pis

pis, ſiue circa alia quęcumque debita priuatorum, aliaque mã data exequuntur. Secundò de-
7 ducitur eiuſmodi interpretatio ad noſtrum rubrum, titulus 61. qui agit de executoribus & exactoribus, ideſt de apparitoribus, officialibus, & miniſtris omniũ iudicum & magiſtratuum, quorum mandata & præcepta exequuntur, eisque in officio ſuo deſeruiunt. Docetque, qualiter hi officiales circa exactiones & executiones faciendas ſe gerere debeant. Et quantũuis is titulus tractat de exactoribus tributorum, videtur habere ferè ſimilem diſpoſitionem in l. 25. tit. 9. p. 2. vbi Gregorius videndus eſt
8 omninò. Illud autem omittẽdum non eſt, quòd in aliquibus Codicib. rubrica huius tit. nõ inſcribitur de executorib. & exactoribus, ſed ita, & eſt notitia ſcrinnij memoriæ probatoriæ, quæ verba ſunt in l. vltima tituli proximi ſuperioris. Sed verior, aptiorque lectio eſt ſupra poſita, vti rectè aduertit Acurſ. in dicta l. vltima, verbo, Et eſt notitia.

Titul. LXII.

De lucris aduocatorum, & concuſſionibus officiorum, ſeu apparitorum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, quis ſit, remiſsiuè,*
2 *De quibus aduocatis loquatur iſtitulus, & num. 3.*
3 *Scholaſtici, qui dicantur.*
4 *Concuſsio quid ſit.*
5 *Officium, quid ſignificet.*
6 *Apparitores, qui, remiſsiuè.*
7 *Lucra de quibus rubrica inſcribitur, qualia ſint.*
8 *Tituli mẽs & intentio ſummaria traditur.*
9 *Rubri tenor cõſtruitur & explicatur.*

1 QVIS ſit Aduocatus oſtendimus in titulo C. de poſtulando, & in titulo C. de aduocatis
2 diuerſorum iudiciorum. Verùm enimuerò, in huius tituli conſtitutionibus dũtaxat fit mẽtio aduocati fiſci, & non aliorũ, l. 1. infra eod. de cuius munere & officio eſt titulus C. de aduocatis fiſci, & ibi, necnon in titulo C. vbi cauſæ fiſcales, & in titulo ff. de officio procuratoris Cæſaris diximus; vnde videtur, quòd reſtringenda ſit rubrica noſtra ibi; Aduocatorum, ad fiſ-
3 ci aduocatos. Cuiacius tamen in l. 2.

in l. 2. infra eod. multis autoritatibus probare contendit; ſcholaſticos, quorum ibi fit mentio, accipiendos eſſe pro aduocatis, quorũ opinio nobis placet, & ea retẽta, rubrũ noſtrũ generaliter & indiſtinctè intelligendum eſt de quibuſcũque aduocatis, & nõ ſolùm de fiſcalibus; idque euidẽter probatur ex generali & indefinita rubricæ inſcriptione ibi: Aduocatorum, quæ non ad fiſci aduocatos ſe reſtrinxit.
4 Concuſſio autem crimen eſt, & tunc temporis cõmittitut quotiens aliquid terrore poteſtatis, vel iudicis aut ipſius apparitorum, officialium, & miniſtrorum illicitè extorquetur, aufertur, & deprædatur, l. illicitas, ff de officio Præſidis, in princip. l. 1. 2. 3. 4. infra eod. totus titulus, ff. de concuſſ. & ibi diximus.
5 Officium in iure noſtro multiplicẽ habet ſignificationem, vt diximus in tit. 60. ſupra hoc lib. 12. Sed in hoc titulo accipitur pro miniſtris, officialibus, & apparitoribus iudicũ & magiſtratuũ, l. 2. infra eod. ibi, Poſtulantur ab officialibus.
6 Apparitores qui ſint, explicitum nobis eſt in titulo de apparitoribus Præfecti prætorio, vbi diximus eſſe iudicum officiales, qui eis in officio deſeruiunt, & eorum mandata exequuntur. Et ſic in rubro iſtius tituli, officia & apparitores idem ſunt. Officia namquè, pro officialibus accipiuntur, queadmodùm in dicto titulo 60. & ibi diximus; qui quidem etiam appellantur centenarij & ducenarij, dicta l. 1. infra eod. & compulſores, dicta l. 3. infra eod. & exactores, & executores, aliiſque nominibus, vt diximus in dicto titulo 60. & in dicto titulo de apparitor. Præfecti prętor.
7 Deinde animaduertimus, quòd licèt rubrica noſtra in ſui principio inſcribatur de lucris aduocatorũ; nihil tamẽ expreſsim de iſtis lucris in hoc tit. tractatur, ſed tãtùm de cõcuſsionib. & prædationib. quas faciunt iudicũ appatitores & officiales, vti rectè conſiderant Rebuf. & alij. Putò tamẽ, quòd appellatione lucrorum veniant concuſsiones & deprædationes aduocatorum fiſci & aliorum, necnon apparitorum & officialium iudicũm & magiſtratuum, vt intellexit Platea hic. Et ſic, quòd de lucris illicitis iſtorũ loquatur hic titulus, cuius mẽs & intentio eſt definire ſequẽtia:
8 Primò, vt paſſus iniuriam vel concuſsionem ab officialibus & aduocatis fiſci poſsit eos accuſare, vt pœna cõdigna plectantur, l. 1. Deinde, vt præfati officiales & apparitores, item & ſcholaſtici, ideſt quicũque aduocati nullum grauamen, nullamque cõcuſsionem inferant prouincialibus

Digitized by Google

libus pro alimoniis ſibi, ſuiſque animalibus præbēdis, nec quidquam vltrà regulares ſolutiones tributorū exigant; alioquin à iudicibus ordinariis poterunt puniri, l.2. l.3. maximè, ſi contra nauicularios, aliosque corporatos cōmiſerint, l.4. Et hæc eſt
9 ſummaria præſentis tituli deciſio, ſecundùm quam, & quæ antea expoſita ſunt, ita poſſumus eius rubrum conſtruere & explicare, titulus 62. in quo tractatur de lucris aduocatorum, ſcilicet illicitis, & concuſſionibus officiorum, ſeu apparitorū, ideſt extorſionibus & deprædationibus officiorum, hoceſt, officialium & apparitorum, qui iudicibus in ſuo officio deſeruiunt, nempè oſtenditur, qualiter puniantur tales aduocati & officiales & apparitores facientes ſimiles extorſiones & concuſſiones.

Titul. LXIII.

De primipilo.

SVMMARIVM.

1 *Primipilus quis fuerit.*
2 *Vnde dictus.*
3 *An inter primipilum, primipilarium, & primipilare nulla ſit differentia.*
4 *Primipilum, quid ſignificet, & num. 2.*
5 *De primipilari adminiſtratione.*
6 *In Hiſpania quo nominē vocetur primipilus, & num. 1.*
7 *In hoc titulo primipilus in quā ſignificatione accipiatur.*
8 *Tituli ſumma.*
9 *Rubri expoſitio.*
10 *Differentia inter hunc titulum, & titulum ſupra de cohortalibus.*

1 Sciendum eſt, quòd apud Romanos cuiuslibet legionis militaris, ſignum vexillare Aquila erat, vt tradit Plinius lib. 10. c. 4. & Alexand. ab Alexan. lib. 4. genial. dierum, c. 2. Et cuilibet legioni & aquilæ præerat Centurio, qui quidem, primipilus dicebatur; isque, quadringentos milites ducebat & gubernabat, eratque caput ſuæ legionis, vulgò *le podremos llamar el Capitā*
2 *de cada compañia de ſoldados.* Qui autem erat Præfectus decimæ legionis, & primi ordinis, Comes dicebatur, & tanquā caput ipſius legionis decimæ, merita conſequebatur & cōmoda, vt ex Vegetio & aliis autoribus docent Alciat. hìc, Corraſ. lib. 5. Miſcell. cap. 4. Couar. lib. 1. va. capit. 6. num. 7. Nec vnus tantùm primipilus in exercitu erat, ſed

ſed totidem quot legiones erãt, per excellentiam tamẽ; quia decima legio erat prima, ac cæteris præſtantior & nobilior, eius Centurio primipilus dicebatur; qui quidem, reliquis aliarum legionum Centurionibus, honoris cauſa, præferebatur, vt ex Tito Liuio lib. 2. Decad. 5. tradit
2 Coua. vbi ſupra. Dicitur autẽ primipilus, qui à primum pilum, hoceſt, primum vexillum portat in acie, vt docet Platea hic. Planepilum erat quoddam genus telli vel haſtæ, à quo vexillũ pendebat, vt aliquot autoritatibus probat Lucas de Pena hic.
3 Sanè primipilum aptiùs, propriùſque primipilarem vocari, &non primipilum, teſtatur Corraſ. vbi ſupra, qui in effectu vult eũdem eſſe primipilum & primipilarem; & quòd nulla ſit differentia inter primipilum, primipilarium, & primipilarem, exiſtimant Acurſ. & ſequaces per l. ſed & milites, §. vlt. ff. de excuſation. tutor. Eiuſdem opinionis ſunt Suidas, Alciatus, & Cotareus, relati à Coua. in loco ſupra citato. Id tamẽ falſum eſt; nam primipili dicuntur hi, qui actu exercent munus ſuum primipilum, ideſt vexillum geſtantes, aliaque facientes, tanquàm, Centuriones ſuarum legionũ. Primipilares autem, ſeu primipilarij, qui eo munere iam functi fuerunt, & primipili eſſe deſierunt, vt ex Antonio Auguſtino tradit Coua. vbi ſupra, & ex Briſonio, aliiſque authenticis locis obſeruauimus in titulo de co
4 hortalibus, ſupra hoc lib. 12. Primipilum, ſeu primipilus, etiam dicebatur annona militaris, quę ipſi Centurioni primipilo tradebatur, vt inter milites ſuæ legionis eam diſtribueret, vt ex Theodoro Hermopolite lib. 9. tit. 9. tradit Cuia. in l. 3. de cohortal. ſupra hoc lib. 12. Prateius ad verbum, Primipilus, Alciat. hic, Corraſ. & Coua. in locis ſupra allegatis. Idque probat dicta l. 3. ibi: Paſtus primipili, & l. 7. ibi: Priusquàm primipili paſtum, & l. 8. ibi: Speciebus primipilaribus, ſupra de cohortalibus hoc lib. Annonæ autem appellatione continentur in caſu militum victualia, & edulia, & ſtipẽdia, quæ annona militaris vocatur, de qua eſt titulus de erogatione militaris annonæ, ſupra
5 hoc lib. 12. & ibi diximus. A veteribus quoque illud conſtitutum legimus, vt ex donatiuo, quòd milites conſequebantur in bello dimidia pars apud vexilla & ſigna ſequeſtraretur, ipſiſque militibus ſeruaretur, quo interim annona publica ſuſtentati eorum caſtrenſe peculium locupletiùs fieret, ſciẽteſque fortunarum ſuarum partem apud

ſigna

ſigna depoſitam eſſe, de deſerẽdo militiam, non facilè cogitarent, vt tradunt Corraſ.& Coua.vbi ſupra. Itaquè, iſtius donatiui dimidia pars ad curã & adminiſtrationem primipili Centurionis pertinebat ſimul, atquè ſtipendiorum ſolutio, & annonę militaris diſtributio inter milites ſuæ cuiuſque legionis, quorum omnium primipilus, ipſe rationem fiſco reddere tenebatur; ex qua, ſi debitor ſuperérat, voluit lex ius ſpeciale cõſtitui in cauſa primipilari, in hoc, quòd primipili vxoris bona, etiam dotalia, pro tali adminiſtratione hypothecæ ſubiecta ſint, l. 3. infra eod. Necnon filiorum facultates, tametſi hæredes patris non ſint, l. fin. infra eod. Et hæc eſt vera huius adminiſtrationis cognitio, licèt Corra. vbi ſupra neget primipilo annonam militarem cõmiſſam fuiſſe. Hæc ſunt quæ de primipili cognitione à recẽtioribus tradita ſunt, omiſſis ſomniis Acurſij & antiquorũ ſequacium, qui eam aſſecuti nõ
6 fuere. Porrò, licèt ſuperiùs diximus, primipilũ appellari poſſe hodie, *el Capitan de cada compañia de ſoldados, eſto es reſpeto de los nombres de los oficiales de la milicia que ſe vſan en eſtos tiempos, no en tiempo antiguo, en el qual en Eſpaña ſe llamaua* primipilus, ſeu primipilarius, *Alferez, y Duque, y era el Capitan general del exercito*, l. 16. tit. 13. p. 2. vbi Gregor. gloſ. 2. & 5. l. 11. titulo 18. p. 4. idem Gregor. in l. 25. tit. 13. par. 5. gloſ. fin. in medio, & diximus in titul. C. de officio magiſtri milit. quas leges non
7 allegat Coua. vbi ſupra. Sed in huius tituli tractatu, primipilus accipitur in præfata ſignificatione ſupra à nouioribus tradita, nempè pro Cẽturione, qui cuilibet legioni exercitus præerat, & vexillum ſuæ legionis in acie geſtabat, & ad quem donatiui, & militaris annonæ & ſtipẽdiorum militum, ſuæ cuiuſque legionis adminiſtratio pertine-
8 bat. De quo præſenti titulo hæc deciſa & conſtituta ſunt, vt cõmoda primipilatus, quæ ſaliaria & ſtipendia ſunt primipili ei ſoluantur poſt finitam primilatum functionẽ, & eo defuncto, quæ debita ſuperſunt, ad hæredes eius trãſmittãtur, l. 1. Deinde ſi quem primipilus conuenire vult occaſione primipilaris adminiſtrationis, illud debet facere coram iudice competenti ipſius rei, l. 2. Item, ne dos vxoris in cauſa primipilari fiſco prę feratur in hypothecis, d. l. 3. Tandem, vt ex ea teneantur filij primipili, etiam ſi eius hæredes nõ extitiſſent, l. fin. Et hæc eſt huius tituli ſumma, mens, atque intentio; ex qua, & anteà expoſitis

9 ſitis, non erit difficile colligere expoſitioné ad noſtrum rubrũ. titulus 63. in quo à iuris compilatoribus diſſeritur & agitur de primipilo, ideſt de Centurione, qui vnicuique exercitus legioni Præfectus erat, & primumpilũ, ideſt ſignum & vexillum ſuæ legionis in acie ferebat, & quadringẽtos milites ducebat, & gubernabat; quorum annonam & dimidiam parté donatiui. Ité, & ſtipendia adminiſtrabat, videlicet docetur, qualiter in eiuſmodi adminiſtratione ſe gerere debeat, & qualiter ipſe, eiusq; vxor
10 & filij ex ea fiſco teneantur. Differt autem is titulus à dicto titulo de cohortalibus, in hoc; quòd ille agit de primipilariis, ſeu primipilaribus, qui munere primipilatus iam functi fuerũt. & primipili eſſe deſierunt, vt ibi oſtendimus; ſed hic loquitur de primipilis, qui actu primipilare munus, eiusq; adminiſtrationé exercent, vt ſupra diximus. Et vide quæ diximus in titulo de Comitibus rei militaris, ſupra hoc lib. 12.

Titulus LXIIII.

Publicæ lætitiæ, vel Conſulum nunciatores, vel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, vel iudicialium literarum ex deſcriptione, vel ab inuitis, nè quid accipiant immodicum.

SVMMARIVM.

1 *NVnciatores, qui dicantur.*
2 *Differentia inter nunciatores, & legatos, traditur.*
3 *Inſinuatores, qui ſint explicatur.*
4 *Deſcriptionis vox quid ſignificet, oſtenditur.*
5 *Huius tituli intentum manifeſtatur.*
6 *l. 1. infra eod. diuerſas patitur lecturas, remiſſiuè.*
7 *De Græca conſtitutione ex prætermiſſis, quæ huic titulo deeſt, agitur.*
8 *Præſentis rubricæ tenor exponitur & cõſtruitur, & vtilis in praxi conſideratio traditur.*

1 QVamprimùm tria verba præſentis rubricæ explicare cõſentaneũ erit, vt deinde facilioti negotio ad eius verũ ſenſum & tituli huius intentũ poſſimus accedere: quorũ primum eſt

eſt nunciatores. Quæ vox, à nũtiare verbo deſcendit; quòd etſi plures, variaſque admittat ſignificationes, vt in tit. ff. de noui operis nunc. & extrà eod. & ibi diximus, & alibi ſæpè; in præſenti tamen huius tituli tractatione, nũciatores dicũtur, nuncij, qui ſpecialiter certi negotij cauſa ad aliquem abſentem deſtinãtur, abſentibusque miniſteriũ præbẽt, l. 2. ff. de pact. l. 14. §. fin. ff. de cõſti. pecunia. Aliqua gaudia annũciãtes, & in publicũ referentes; qui quidẽ appellãtur *mãdaderos* in l. 21. tit. 9. p. 2. vbi Greg. ſcholio 3.
2 Differunt autẽ à legatis in hoc, quòd legati ſunt perſonę in dignitate poſitæ, vt proceres & magnates, & alij ſimiles; eſt enim munus legationis, honore, & dignitate plenũ, vt conſtat ex titulis ff. de legation. & ſupra de legationib. lib. 10. & ibi dimus, vulgò, *ſon Embaxadores de los Reyes, y Principes, y Republicas*. At verò nũciatores nullam habent dignitatem; imò ſæpeſæpiùs sũt viles perſonæ, & pedites viatores, & portitores, vulgò *mẽſajeros y correos de apie, o de acauallo, q̃ lleuan y traen nueuas, y cartas, y otros recados de vna parte a otra*; quam differentiã ſenſit pręfatã lex Partitæ modo allegata.
3 Alterum & ſecudũ rubri verbũ eſt, ibi: Vel inſinuatores; quæ vox à verbo, inſinuare, deriuatur, quòd propriè ſignificat in ſinũ alterius mittere; & ſic nũciare, manifeſtare, & patefecere aliquid, ſecũdùm omnes hic, & in l. vna, infra eod. Qui quidem, ſimiles ſunt nũciatoribus, immò idem exercent officium, & pro
4 eodem in rubrica ponũtur. Tertiũ verbum eſt, ibi: Ex deſcriptione; quæ vox, etſi plura patiatur ſignificata, vt oſtendimus in tit. de imponend. lucra. deſcriptione, & in tit. de apochis public. ſupra lib. 10. Tamen in hoc tit. idem eſt quod exẽplum; deſcribimus enim ea, quorũ exẽplum accipimus, l. fin. C. de bonis autorit. iud. poſsid. & tradit Platea in d. l. vnica, infra eod. n. 2. Prateius
5 verbo, Deſcriptio. Quibus ita expoſitis, huius tit. finis, ſcopus, & intentũ eſt, ſtatuere & definire, nè præfati nunciatores publicæ lætitiæ, ideſt qui referũt bona, nouaq; nũcia ciuitatibus vel perſonis priuatis, vt putà quòd bella ceſſant & eſſe deſinũt, vel quòd peracto prælio cõtra hoſtes victoria obtenta eſt, vel quòd Principes nouũ regnũ eſt adeptus, &c. vel inſinuatores cõſtitutionũ aliarumvè ſacrarũ, vel iudicialiũ literarum, ideſt qui inſinuãt, ideſt demõſtrant & manifeſtãt aliquot Imperatoris cõſtitutiones, vel priuilegia, aut iudiciũ literas, in quibus immunitas vel aliquod publici gaudij nouũ nunciũ cõtinetur ex deſcriptione, ideſt ex exẽplo earum cõſtitutionũ, ſeu literarũ, vel occaſione noui & proſperi nũcij, nè (inquàm)

quàm) ab inuitis immodicũ &
magnũ præmium accipiant, ad
quos tale nuncium defertur, vel
eiuſmodi literæ & conſtitutio-
nes mittuntur, alioquin nũciato-
res accipientes, ſimul atque co-
gẽtes ad immodicã iſtã præmij
præſtationẽ infamia facti & bo-
norum amiſsione plectẽtur & iu
dices diſsimulantes & permittẽ-
tes, eorumq́; officiales triginta li
brarũ auri pœna afficiẽtur. Mo-
dicum autẽ accipere non vetan-
tur, d. l. vnica, vbi omnes, ſpecia-
tim Alciat. infra eod. Cuius is
6 eſt verus ſenſus, veraq́; deciſio,
& ſummaria cõcluſio, ſecũdùm
ſaniorẽ literam & electiorẽ, quã
tum aſſequi potui: diuerſas nãq́;
patitur lecturas & literæ emẽda
tiones, vti ex Acurſ. Bart. Luca
de Pena, Plát. Rebuf. Pyrho. Al
ciat. & Cuiá. ibi colligere licet. Po
7 rò huic tit. ideſt conſtitutio Græ
ca ex prætermiſsis, quæ ſecunda
futuræ erat in ordine; quã ad li-
teram refert Cuia. in calce huius
tit. ex Græco in Latinũ ſermonẽ
verſam: qui quidẽ aſſerit, quòd ſi
illa cõſtitutio deeſſet, illæ duæ par
ticulæ rubricæ, ibi: Ex deſcriptio
ne vel ab inuitis, eſſent ſine lege,
ideſt quòd in illa l. & nõ in pri-
ma agitur de earũ materia; &
ſic rubrica noſtra ſuperflueret.
Sed nihilominus exiſtimamus,
quòd in præfa. l. tractatur de deſ
criptione, ideſt exẽplo, in verbo
exẽpli, quod exponi debet, ideſt
exẽplari, vti rectè animaduertit
ibi Plat. n. 2. Et etiam de coactio-
ne, ibi: Cogentẽ, & coactio nãquè
in inuitũ inſurgit & præſuppo-
nit voluntatem reluctãtem, vt
pluſquàm notiſsimum eſt: vnde
rectè deducitur ex d. l. 1. ſumma
8 ria cõcluſio ſupra relata. (quid-
quid dicat Cuia. ipſe) ſecũdùm
quã, & quæ ſuperiùs dicta ſunt,
facillimè poſſumus præſentis ru
bricæ tenorẽ ita exponere, cõſti
tuere, & interpretári, tit. 64. qui
ſtatuit, nè nunciatores publicæ
lætitiæ, ideſt viatores, portitores
nuncij; qui proſpera & publici
gaudij nũcia noua referũt & nar
rãt, vulgò, *menſajeros, y correos q̃
traen buenas nueuas de publica
alegria*, occaſione talis nuntij.
Rurſùs, vel inſinuatores conſti-
tutionũ, vel aliarum ſacrarũ vel
iudicialium literarum, hoceſt,
qui inſinuãt & manifeſtant ali-
quot Imperatoris cõſtitutiones
nouas, vel literas ipſius, vel iudi
cum, in quibus aliqua immuni-
tas, vel aliquod priuilegiũ, vel a-
liud gaudij nouũ nunciũ cõtine
tur, ex deſcriptione, ideſt exẽplo
vel occaſione exempli, & tran-
ſumpti earum cõſtitutionũ & li
terarum, vel ab inuitis, ideſt no-
lentibus dare immodicum ali-
quod præmium accipiant. *Eſte
titulo es derechamente contra los
Correos, que piden grandes albri-
cias por las buenas nue-
uas que traen.*

Soli DEO honor & gloria.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS

Rubricarum trium poſteriorum librorum Codicis.

A

ADminiſtratione rerum publicarum, lib. 11. tit. 30. fol. 120.
Agentibus in rebus, lib. 12. tit. 20. fol. 186.
Agricolis, & cenſitis, & colonis, lib. 11. tit. 47. fol. 134.
Agricolis, & mancipiis dominicis, & c. lib. 11. tit. 67. fol. 155.
Alexandriæ primatibus, lib. 11. tit. 28. fol. 118. b. ult.
Annonis ciuilib. lib. 11. ti. 24. f. 115.
Anonnis & tributis, lib. 10. ti. 16. f. 21.
Apochis publicis, lib. 10. tit. 22. fol. 30. b.
Apparitoribus Comitis orientis, lib. 12. tit. 57. fol. 216.
Apparitoribus magiſtrorum militum, lib. 12. tit. 55. f. 215. b.
Apparitoribus Præfecti anonæ, lib. 12. tit. 59. fol. 219.
Apparitoribus Præfecti Vrbi, libro 12. tit. 54. fol. 215. b.
Apparitoribus Præfectorum prætorio, & c. lib. 12. tit. 53. fo. 214.
Apparitoribus Proconſulis & legati, lib. 12. tit. 56. fol. 220.
Aquaductu, lib. 11. tit. 43. f. 131.
Argenti pretio quod theſauris infertur, lib. 10. tit. 76. f. 90. b.
Athletis, lib. 10. tit. 53. fol. 69.
Auro coronario, li. 10. ti. 74. f. 89.
Auri publici perſecutoribus, li. 10. tit. 72. fol. 87.

B

Bonis vacantibus, & de incorporatione, lib. 10. tit. 10. fol. 12.

C

Canone frumentario vrbis Romæ, lib. 11. tit. 22. fol. 112. b.
Canone largitionalium titulorũ, lib. 10. tit. 23. fol. 33.
Capiendis & diſtrahendis pignoribus debitorum cauſa, lib. 10. tit. 21. fol. 29.
Capitatione ciuium cenſibus eximenda, lib. 11. tit. 48. fol 138. b.
Caſtrenſi omnium Palatinorum peculio, lib. 12. tit. 31. fol. 194.
Caſtrenſi peculio militum, lib. 12. tit. 37. fol. 199.
Caſtrenſianis, & miniſterianis, lib. 12. tit. 26. fol. 191.
Cenſibus & cenſitoribus, lib. 11. tit. 57. fol. 121.
Claſſicis, lib. 11. tit. 12. fol. 104.
Cohortalibus, & c. lib. 12. tit. 58. fol. 217.
Collatione æris, lib. 10. tit. 29. folio 41. b.
Collatione donatorũ, & c. lib. 10. tit. 28. fol. 40. b.
Collatione fundorũ fiſcalium, libro 11.

bro 11.titulo 73. fol.161.
Collatione fundorum patrimonialium, lib.11.tit.64 f.151.b.
Collegiatis, & chartopratis, libro 11.tit.17.fol.107. b.
Colonis illyricanis, lib.11.ti.52.folio 136. b.
Colonis Paleſtinis, l.11.ti.50.f.138
Colonis Thracenſibus, lib.11. titulo 51. fol.139.
Comitibus & Archiatris ſacri palatij, lib.12.tit.13. f 179. b.
Comitibus conſiſtorianis, lib 12.titulo 10. fol.176.
Comitibus & tribunis ſcholarũ, lib.11.tit.12. fol.177.
Comitibus, qui prouincias regũt, lib.12.tit.14. fol.180. b.
Comitibus rei militaris, lib.12.titulo 12.fol.178. b.
Cõmeatu. lib.12.tit.43.f.204.
Cõditis in publicis horreis. lib.10. tit.26.fol.37.
Cõductoribus, &c. lib.11.tit.71.folio 159. b.
Conſulibus, &c. lib.12. tit. 3. folio 168. b.
Conueniendis fiſci debitoribus, libro 10.tit.2. fol. 3.
Cornicularijs & primipilariis, lib.12.tit.58.fol.218.
Cupreſſis ex luco Daphnenſ. libro 12.tit.77.fol.
Curioſis & ſtationariis, lib.12. titulo 23.fol.188.
Curſu publico, & angariis & perangariis, lib.12. titulo 51. folio 210.

D

De quibus muneribus, vel praeſtationibus, lib.10.tit.48.f. 64.
Debitoribus ciuitatum, lib.11. titulo 32 fol.122. b.
Decanis, lib.12.tit.27.fol.192.
Decretis decurionum, lib.10.titulo 46.fol.61. b.
Decurialibus vrbis Romæ, libro 11.tit.13.fol.105.
Decurionibus & filiis eorum, libro 10.tit.31. fol.43.
Delatoribus, lib.10. tit.11.fol.14.b.
Deſertoribus, lib.12.tit.46. f.206.
Dignitatibus, lib.12.tit.1.f.165.
Diſcuſſoribus, lib.10.tit. 30. folio 42. b.
Diuerſis officiis, &c. lib.12. titulo 60. fol.
Diuerſis prædiis vrbanis, & ruſticis, lib. ... fol.157.
Domeſticis & protectoribus, libro 12.tit.17.fol.183.

E

Equeſtri dignitate, lib.12. tit.32. fol.195.
Erogatione militaris annonæ, libro 12.tit.38.fol.200.
Exactoribus tributorum, lib.10. tit.19. fol.26.
Exactione & translatione militaris annonæ, lib.12.tit. 39. folio 201.
Excuſationibus artificum, lib.10. tit.64.fol.78. b.
Excuſationibus munerũ, lib.10. tit.47.fol.63.

Excu-

Index Titulorum.

Executoribus & exactoribus, li bro 12. tit. 61. fol. 221.
Expēſis ludorū, li. 11. ti. 41. f. 130. b.

F

Fabricenſibus, lib. 11. ti. 9. f. 100. b.
Fideinſtrumētorum, & iure haſtæ fiſcalis, li. 10. ti. 3. fol. 4.
Filiisfamilias, &c. lib. 10. tit. 60. fol. 75.
Filiis officialium militarium, libro 12. tit. 48. fol. 207.
Fiſcalibus vſuris, lib. 10. tit. 8. folio 10. b.
Frumento Alexandrino, lib. 11. tit. 27. fol. 117. b.
Frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, lib. 11. tit. 23 fo. 114. b.
Fugitiuis colonis, li. 11. tit. 63. f. 151.
Fundis & ſaltibus rei dominicæ, lib. 11. tit. 66. fol. 154.
Fundis limitrophis, lib. 11. tit. 59. fol. 146.
Fundis rei priuatæ, lib. 11. tit. 65. fol. 152. b.
Fundis patrimonialibus & ſaltuenſ. lib. 11. tit. 56. fol. 140.

G

Gladiatoribus, li. 11. ti. 43. f. 131. b.
Grege dominicō, li. 11. ti. 75. f. 162. b

H

His, qui à Principe vacationem acceperūt, lib. 10. ti. 44. f. 60. b.
His, qui ex officiis, &c. lib. 11. titulo 38. fol. 127. b.
His, qui ex publica collatione, libro 10. tit. 73. fol. 88.
His, qui ex publicis rationibus, libro 10. tit. 6. fol. 7. b.
His, qui in exilium dati, lib. 10. tit. 59. fol. 74.
His, qui non impletis ſtipendiis, libro 10. tit. 54. fol. 70.
His, qui numero, &c. lib. 10. ti. 51. fol. 66.
His, qui ſe deferūt, li. 10. t. 13. f. 17.
His, qui ſpōtè munera publica, libro 10. tit. 43. fol. 59. b.
Honoratorū vehiculis, li. 11. ti. 19. f. 110.

I

Immunitate nemini concedenda, lib. 10. tit. 25. fol. 36.
Imponenda lucratiua deſcriptione, lib. 10. tit. 35. fol. 50.
In quibus cauſis coloni cenſiti, libro 11. tit. 49. fol. 137.
Incolis & vbi quis domicilium, lib. 10. tit. 39. fol. 54.
Indictionibus, lib. 10. tit. 17. f. 23.
Infamibus, lib. 10. tit. 57. fol. 73.
Irenarchis, lib. 10. tit. 75. f. 90.
Iure fiſci, lib. 10. tit. 1. fol. 1.
Iure Reipublicæ, li. 11. ti. 29. f. 11.

L

Legationibus, li. 10. ti. 63. f. 77. b.
Libertinis, lib. 10. tit. 56. f. 73.
Littorum & itinerū cuſtodia, libro 12. tit. 45. fol. 205.
Lucratione prædiorū ciuilium, libro 11. tit. 70. fol. 158.
Lucris aduocatorum, lib. 12. titulo 62. fol.

Index Titulorum.

M

Magiſtris ſacrorũ ſcriniorum, lib.12.tit.9 f.175.
Maiuma,lib.11.tit.45.fol.133.
Mancipiis & colonis,lib.11.titu lo 62.fol.150.
Mendicantibus validis,lib.11. tit.25.fol.115.
Menſoribus,lib.12.tit.28.f.192.
Metatis & epidemet.li.12.ti.41. fol.202.
Metalariis & metalariis,lib.11. titulo 6.f.96.
Metropoli Berynto,lib.11.tit.21. fol.111. b.
Militari veſte, li.12.ti.40.f.201.
Mulieribus in quo loco,lib.10.titulo 62.fol.76. b.
Muneribus & honoribus nõcõtinuandis, lib.10.tit.40.f.56.
Municipibus & originariis,li.10. tit.38.fol.53.
Murilegulis,lib.11.tit.7.fol.97.

N

Naufragiis, lib.11.tit.5.f.95. b.
Nauibus non excuſandis, lib.11. tit.3.fol.94. b.
Nauiculariis,lib.11.tit.1.f.91. b.
Nautis Tyberinis,li.11.ti.26.f.117.
Nẽ fiſcus rem,quã vendidit, libro10.tit.5.fol.7.
Nẽ operæ à collatoribus exigantur,lib.10.tit.24.fol.35.
Nẽ quid oneri publico imponatur, lib.11.tit.4.fol.95.
Nẽ quis liber inuitus actũ gerere cogatur, lib.11.tit.36.f.126.
Nẽ ruſticani,&c.li.11.ti.54.f.141
Negotiatores nẽ militent, lib.12. tit.35.fol.197.
Non licere habitatoribus, lib.11. tit.55.fol.141. b.
Nulli licere in frenis, lib.11.ti.12. fol.102.
Numerariis,lib.12.tit.50.f.208.

O

Oblatione votorum, lib.12.titulo 49.fol.207.
Omni agro deſerto,lib.11.tit.58.folio 145.

P

Palatiis & domibus dominicis,libro 11.tit.76.fol.173. b.
Palatinis ſacrarum largition. libro12.tit.24.fol.189.
Paſcuis publicis, li.11.ti.60.f.148.
Perfectiſſimatus dignitate, li.12. tit.33.fol.196.
Periculo eorum,&c.li.11.ti.34.folio124. b.
Periculo nominatorum,lib.11.titulo 33.fol.123. b.
Periculo ſucceſſorum parentis, libro 10.tit.61.fol.76.
Petitionibus bonorũ ſublatis, libro 10.tit.12.fol.16.
Piſtoribus, lib.11.tit.15.fol.106.
Pœnis fiſcalibus, li.10.ti.7.f.8. b.
Ponderatoribus, lib.10.ti.71.f.86.
Potioribus ad munera nominandis,lib.10.tit.65.fol.79. b.
Præbẽdo ſalario,li.10.ti.36.f.51. b.
Prædiis decurionũ,li.10.ti.33 f.47

Prædiis

Prædiis & omnibus rebus naulicu-lariorum, lib. 11. tit. 2. f. 93. b.
Prædiis tamiacis li. 11. ti. 68. f. 156.
Præfectis prætorio, ſiue Vrbi. li. 12. tit. 4. fol. 170.
Præpoſitis agentium in rebus, libro 12. tit. 21. fol. 187.
Præpoſitis laborũ, li. 18. ti. 12. f. 184
Præpoſitis ſacri cubiculi, li. 12. ti. 5. fol. 171.
Prætoribus, lib. 12. tit. 2. fol. 169.
Primiterio. lib. 12. tit. 7. f. 172.
Primipilo, lib. 12. tit. 63. fol. 223.
Principibus agentium in rebus, libro 12. tit. 22. fol. 188.
Priuilegiis corporatorum vrbis Romæ, lib. 11. tit. 14. fol. 105.
Priuilegiis domus Auguſtæ, lib. 11. tit. 74. fol. 162.
Priuilegiis eorum, &c. li. 12. ti. 29. fol. 193.
priuilegiis ſcholarũ, li. 12. ti. 30. f. 193
Priuilegiis vrbis Conſtantinopo-li. lib. 11. tit. 20. fol. 111.
Profeſſoribus & medicis, lib. 10. tit. 52. fol. 67.
Profeſſoribus, qui in vrbe Cõſtan-tinop. lib. 12. tit. 15. f. 181. b.
Proximis ſacrorum ſcriniorum, lib. 12. tit. 19. fol. 185.
Publicæ lætitiæ, lib. 12. tit. 64. f.

Q

Quæſtoribus & magiſtris officio-rum, lib. 12. tit. 6. fol. 172.
Quemamodũ ciuilia munera in-ducuntur. lib. 10. tit. 42. f. 59.
Quando, & quibus, quarta pars debe. lib. 10. tit. 34. fol. 49.
Qui ætate vel profeſſione ſe ex-cuſ. lib. 10. tit. 49. fol. 65.
Qui militare poſſunt, vel non, libro 12. tit. 34. fol. 197.
Qui morbos ſe excuſant, lib. 10. titulo 50. fol. 66.
Quibus ad conductionem, & c. libro 11. tit. 72. fol. 160. b.
Quibus muneribus excuſentur, libro 10. tit. 55. fol. 71.
Quibus muneribus vel præſtationibus, lib. 10. tit. 48. fol. 64.
Quo quiſque ordine cõueniatur; libro 11. tit. 35. fol. 125.

R

Rẽ militari, lib. 12. tit. 36. f. 198.
Reis poſtulatis, li. 10. ti. 58. f. 73. b.

S

Salgamo hoſpitibus non præſtando, lib. 12. tit. 42. fol. 203.
Sententiis aduerſus fiſcum latis, libro 10. tit. 9. fol. 11.
Si Curialis relicta ciuitate, rus, & cæt. lib. 10. tit. 37. fol. 52. b.
Silentiariis & decurionibus eorũ, libro 11. tit. 10. fol. 182.
Si liberalitatis Imperialis ſocius, &c. lib. 10. ti. 14. f. 18.
Si poſt creationem quis deceſſerit, libro 10. tit. 68. fol. 81.
ſi propter inimicitias, li. 10. ti. 66. f. 80
Si ſeruus aut libertus, & c. lib. 10. tit. 32. fol. 46.
Solutionibus & liberationibus, libro 11. tit. 39. fol. 128.

FF 4 Specta-

Index Titulorum.

Spectaculis, lib. 11. tit. 40. fol. 40. b.
*Strato*r*ibus, lib. 12. tit. 25. fol. 120.*
Studiis liberalibus urbis Romæ, libro 11. tit. 18. fol. 109.
Suariis & ſuſceptoribus, lib. 11. titulo 16. fol. 107.
Sumptus iniuncti muneris, libro 11. tit. 37. fol. 127.
Sumptuum recuperatione, lib. 10. titulo 67. fol. 70. b.
Superexactionibus, lib. 10. ti. 20. folio 28. b.
Superindicto, li. 10. tit. 18. f. 24. b.
Suſceptoribus, lib. 10. tit. 70. f. 84.

T

Tabullariis, lib. 10. tit. 69. f. 81. b.
Theſauriis, lib. 10. tit. 15. f. 19. b.
Tractatoriis & ſtatiuis, li. 12. ti. 52. fol.
Tyronibus, lib. 12. tit. 44. fol. 105.

V

Vacatione publici muneris, lib. 10. tit. 45. fol. 61.
Venatione ferarũ, li. 11. ti. 44. f. 132. b
Vendendis rebus ciuitatis, lib. 11. titulo 31. fol. 121. b.
Vẽditione rerũ fiſcal. li. 10 ti. 4. f. 6.
Veſtibus oleberis, li. 11. tit. 8. f. 99. b.
Veteranis, lib. 12. tit. 47. fol. 206.
Veteris numiſmatis poteſtate, libro 11. tit. 10. fol. 101. b.
Vt armorũ uſus, li. 11. ti. 46. f. 133. b.
Vt dignitatũ ordo, li 12. tit. 8. f. 174.
Vt nemo ad ſuum patrocinium, libro 11. tit. 53. fol. 139. b.
Vt nemini liceat, lib. 10. ti. 27. f. 38.
Vt nullus ex uicaneis, li. 11. ti 56. folio 142.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS RE-
rum notabilium, quæ in hac lucerna rubricarum trium poſteriorum librorum Codicis continentur, exacto ordine Digeſtus per eundem autorem Garſiam Toletanum, in iure Cæſareo Salmantinum Licentiatum Iudicem quondam, & Aduocatum.

A

ACademiæ, quibus in locis ſint, li.11.titulo 18. num.8.fol.101.

Addictio quid ſit, & in quo ab adiectione diſtet, lib.10.tit. 3. num.8. fol. 5.

Adiectio quid ſit, lib.10.tit.3.n.7.f.5.

Adiutores ſcriniarij qui ſint, li.12.tit.50. numero 8.fol.209.

Aduocatus quis ſit, lib.12.ti.62.n.1. & 2. fol.222.

Aduocationem impleuiſſe, qui dicantur, lib.10.tit.55.n.3 fol.63.

Adminiſtratores Reipublicæ, qui ſint, libro 11.tit.38.n.1.fol.127.

Accuſare, verbum, quid ſignificet, li.11. tit.49.n.5.fol.137.

Adſcriptitij, qui dicantur, li.11.ti.47.n.3. & an ſerui, vel liberi ſint, & à iure approbati, ibi num.11. & 13.f.135.

Actio, quæ datur inter agricolas & dominos, lib.11.tit.47. num.12. fol.135.

Actores, qui dicantur in certis caſibus, libro 11. tit.71. num.5. fol.160.

Actus ſignificatione quid cõtinetur, li.11. tit.36.n.2.3.& 4.fol.12.

Actuarij, qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib.12.tit.50.n.6.f.209.

Ærariũ quid ſit, lib.10.tit.29.n.3.fol.41.

Æris appellatio quid ſignificet, li.10.titulo 29.num.2.fol.41.

Ætas, à quibus muneribus excuſet, li.10. tit.49.n.4.fol.56.

Agẽtes in rebus, qui ſint, & quibus hodie adſimilẽtur, li.12.ti.20.n.1.& 4.f.186.

Ager quid ſit, lib.11.tit.58.n.3. fol.145.

Ager deſertus, derelictus, ſterilis, & fertilis, qualis ſit, ibi n.3.4.5.& 7.f.145.

Agricolæ, qui appellẽtur, vnde dicti, & an ſint idem quod ruſtici & coloni, & an liberi, vel ſerui ſint, & à iure ciuili, canonico, & regio approbati, li.11 ti.47.n.1.2.10.11.13. & ti.62.n.7.f.134.

Agriculturæ laudes, li.11.ti.47.n.16.f.135

Agri tributary, qui ſint.li.11.ti.58.n.2. folio 131.

Alexandria ciuitas, cur ſic dicta, lib.11. titulo 27.n.1.fol.118.

Alienationis, verbo, quid continetur, libro 10.tit.33. num.5.fol.47.

Angaria & parãgaria, quid ſint, lib.12. tit.51.n.7.8.9.10.& 11.fol.

Annonæ ſignificationes, li.10.tit.16.n.3. fol.21.

Annona à tributo quo diſtet, ibi n.4. & 5.fol.21.

Annonæ ciuiles quæ ſint, li.11.tit.24.numero.1.2.4.& 5.fol.115.

Annorũ cõputatio ab indictionibus quo tempore cæpit, lib.10. tit.17.n.7.f.24.

Antiqua Græcia, quæ appelletur, li.10.titulo 53.num.4.fol.70.

Apparitores, qui ſint, & vnde dicti, libro 12.tit.53.num.1.& 2.fol.214.

Apparitores Præfecti prætorio, aliorũq́ diuerſorũ magiſtratuũ, ibi, & tit.54. 55.56.57.59.fol.215.

Apocha, & antapocha, quid ſint, lib.10. titulo 22.num.2.& 4.& 5.fol.31.

Aquaductus, quid & quotuplex ſit, libro 11. tit. 42. n. 1. 2. 3. & 4. f. 31.
Archiatri, qui ſint, li. 12. tit. 13. n. 2. f. 180.
Arma, in quibus caſibus iure communi & regio ſint prohibita & permiſſa, libro 11. tit. 46. n. 2. & 3. f. 134.
Armorum appellatione quid contineatur, ibi n. 5. f. 134.
Archiepiſcopi, eorumque Vicarij, cur metropolitani dicãtur, lib. 11. ti. 21. n. 2. f. 112.
Arcarius, qui ſit, li. 10. ti. 70. n. 6. f. 85.
Argentum eſt triplex, lib. 10. titulo 76. num. 1. & 3. fol. 90.
Ars quid ſit, li. 10. ti. 64. n. 2. f. 78.
Artes liberales, quæ ſint, & cur ita appellentur, ibi n. 3. f. 78. & titulo 52. numero 3. fol. 68.
Artes mechanicæ, quæ ſint, & cur ita vocẽtur, li. 10. ti. 64. n. 4. f. 78.
Artifices, qui dicãtur, ibi n. 5. f. 78.
Artifices palatini, qui ſint, lib. 11. tit. 11. n. 8. fol. 103.
Athletæ, qui ſint, & an ſint infames, eorumque certamina an ſint hodie permiſſa, ti. 35. n. 1. 2. 6. f. 132.
Auriponderator, quis ſit, lib. 10. tit. 71. n. 3. fol. 86.
Auri publici perſecutores, qui ſint, li. 10. tit. 72. n. 4. fol. 87.
Aurum eſt triplex, lib. 10. tit. 71. nu. 2. & 4. fol. 86.
Aurum publicum, quid ſit, lib. 10. tit. 72. n. 2. fol. 87.
Aurum coronarium, quid ſit, libro 10. tit. 74. n. 1. & 2. fol. 89.
Aurum quas virtutes habeat, li. 10. ti. 6. n. 6. f. 8.

B

Baluta quid ſit, li. [illegible] ti. 6. n. 11. f. 26.
Balteus quid ſit, li. 11. ti. 11. n. 7. f. 103.
Baphei qui dicantur, lib. 11. tit. 7. nu. 5. & 10. fol. 97.
Baſtagiaris, ſeu baſtagarij, qui ſint, ibi n. 8. & 10. fol. 98.
Bellum, quis poſſit indicere, vel non, lib. 11. tit. 46. n. 1. f. 134.
Borthi qui ſint, li. 10. ti. 69. n. 10. f. 83.
Bona vacãtia, quæ dicantur, & qualiter ab hæreditate differãt, lib. 10. titulo 10. n. 1. cũ ſeqq. & n. 7. f. 12.
Bona curiæ, vniuerſitatis, & ciuitatis, an vẽdi & locari poſſint, & cuius licẽtia opus ſit, li. 10. tit. 33. n. 8. & 9. f. 47.
Bona cõmunia Reipublicæ qualia ſint, & an vendi poſſint, li. 11. ti. 31. n. 5. f. 122.
Bona propria ciuitatis & Reipublicæ, qualia ſint, & an vendi poſſint, ibi. n. 4. fol. 122.
Bona debitoris ciuitatis, an tacitè ſint pro tali debito obligata. lib. 11. tit. 32. num. 4. fol. 123.

C

Canones, quid ſignificent, quique canonicari dicantur, li. 10. tit. 17. n. 3. fol. 24.
Canõ, quid ſit, li. 10. ti. 23. n. 5. f. 33.
Canõ frumentarius quid ſit, lib. 11. ti. 22. n. 1. cum ſeqq. f. 113. & titulo 23. n. 4. f. 114. & tit. 24. n. 3. fol. 115.
Charta quid ſit, & quid chartoprati, vel chartheopratæ, lib. 11. tit. 17. num. 6. fol. 108.
Chartularij, qui ſint, lib. 10. tit. 23. n. 10. & tit. 69. n. 5. f. 70.
Captatio quid ſit, lib. 11. tit. 48. num. 1. & 4. fol. 139.
Caſtellum quid ſit, lib. 11. tit. 59. nu. 7. & 8 fol. 146.

Caſtellani

Caſtellani, & caſtellani milites, qui dicantur, ibi n. 2. fol. 147.
Caſtrū, caſtri, & caſtra caſtrorū, quid ſignificent, ibi n. 8. *f.* 147.
Caſtrenſe peculium, quid ſit, libro 12. *tit.* 31. *n.* 2. *fol.* 194.
Caſtrenſiani, qui ſint, & quibus hodie aſsimilentur, lib. 12. *titulo* 26. *n.* 2 3. *&* 4. *fol.* 191.
Certamina, an ſint prohibita, libro 11. *tit.* 43. *n.* 4 *fol.* 132.
Cenſiti, qui dicantur, lib. 11. *titulo* 47. *n.* 4. *fol.* 135.
Cenſitores, qui ſint, lib. 11. *tit.* 57. *num.* 3. *fol.* 144.
Cenſus varia ſignificatio, lib. 11. *tit.* 48. *n.* 2. *fol.* 139.
Cenſus publicus, priuatus, rei, capitis, quid ſit, ibi n. 3. 4. 5. *&* 6. *fol.* 140.
Cenſuales, qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib. 10. *titulo* 69. *n.* 8. *fol.* 83.
Ciuitas, quid ſit, lib. 10. *ti.* 37. *n.* 2. *f.* 53. *& lib.* 11. *tit.* 31. *n.* 7. *& titulo* 32. *n.* 2. *fol.* 122.
Ciuitas, cuius voluntate fiat, libro 11. *tit.* 21. *n.* 4. *fol.* 112.
Ciuitates Tyro & Berytus, quae, ibi n. 5. *fol.* 112.
Ciuitatum tres ordines olim fuere lib. 11. *tit.* 21. *n.* 1. *fol.* 112.
Ciues, qui dicantur, lib. 10. *ti.* 38. *n.* 1. *fol.* 53.
Concilium ciuitatis, quid ſit, libro 10. *tit.* 31. *n.* 5. *fol.* 43.
Conditionales, qui appellentur, libro 11. *tit.* 47. *n.* 6. *f.* 138.
Cohors, quid ſignificet, lib. 12. *titulo* 58. *n.* 2. *fol.* 217.
Cohors domeſtica, quid ibi nu. 4. *fol.* 217.
Cohortales, qui dicantur, ibi n. 3. *fol.* 218.
Conchilium quid ſit, lib. 11. *tit.* 7. *num.* 3. *&* 10. *fol.* 97.
Conchileguli, qui dicantur, ibi.
Collegiū, quid ſit, & quotuplex, & in quo à corpore diſtet, & in quo cum eo conueniat, li. 11. *tit.* 17 *n.* 2. *fol.* 108.
Collegia plura memorātur, ibi numero 3. *fol.* 108.
Collegae & collegiati, qui dicantur, ibi n. 4. *& lib.* 11. *tit.* 35. *numero* 2. *fol.* 125.
Collatio, quid ſignificet, lib. 11 *titulo* 64. *n.* 2 *& tit.* 73. *n.* 1. *& titulo* 74. *n.* 1. *f.* 162.
Collatores, qui ſint, lib. 10. *tit.* 24. *n.* 3 *& ti.* 71. *n.* 1. *& tit.* 78. *n.* 3. *&* 4. *fol.* 89.
Colonorum multiplex genus, l. 11. *ti.* 49. *n.* 1. 2. 3. *&* 4. *f.* 137.
Coloni ſimplices, qui ſint, lib. 11. *titulo* 47. *n.* 9. *f.* 137.
Coloni Paleſtini Thracenſes & Illyricani, qui ſint, lib. 11. *tit.* 51. *nu.* 1. 2. *&* 3. *& tit.* 51. *n.* 1. *& tit.* 52. *n.* 1. *& tit.* 62. *n.* 3. *f.* 150.
Coloni dominici, qui dicantur, libro 11. *tit.* 68. *n.* 3. *f.* 156.
claſſis, quid ſit, li. 11 *ti.* 12. *n.* 1. *f.* 104.
Claſſici, qui dicātur, ibi n. 2. *f.* 104.
Claſsis, quid ſit, lib. 11. *tit.* 11. *numero* 10. *fol.* 103.

Comes,

Comes rerum priuatarum, quid ſit, quis ſit, lib. 10. tit. 10. n. 13. f. 12. & lib. 12. ti. 6. n. 1. f. 172.
Comes ſchola epularũ quis dicatur, lib. 12. tit. 11. n. 5. f. 177.
Comes ſacriſtabuli, ibi n. 6. f. 178.
Comes fabricæ palatij, ibi n. 7. folio 178.
Comes horreorum quis, lib. 11. titulo 15. num. 4. fol. 106.
Comites in iure varij memorantur, & vnde ita appellẽtur, libro 12. tit. 10. n. 1. & 7. f. 178.
Comites conſiſtoriani qui ſint, earumq́; officium quale, ibi n. 2. & 6. & li. 10. ti. 47. n. 6. f. 63.
Comites ſcholarum qui ſint, li. 12. tit. 11. n. 3. & 5. fol. 179.
Comites rei militaris qui ſint, & quibus hodie aſsimilentur, ac quotuplex eorum genus, lib. 12. tit. 12. n. 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 180.
Comites & Archiatri, an differãt inter ſe, lib. 12. tit. 13. n. 2. & 6. fol. 181.
Comites qui prouincias regũt, qui ſint, li. 12. tit. 14. n. 2. f. 182.
Comitis ſacrarum largitionum dignitas & officiũ, li. 12. ti. 6. n. 1. & lib. 10. ti. 72. n. 3. f. 88.
Comitiua, quid ſit, lib. 12. tit. 13. num. 3. & tit. 14. nu. 1. fol. 181.
Comitum dignitas, an hodie duret, nec ne, li. 12. ti. 14. n. 5. f. 182.
Cõmeatus, quid ſit, & vnde dicatur. & qualiter vulgò appelletur, lib. 12. tit. 43. nu. 3. 4. 5. 6. & 7. fol 204.
Conductores, qui ſint, lib. 11. tit. 61. nu. 6. & tit. 71. nu. 4. fol. 160.
Conductores vectigalium, qui ſint, lib. 10. tit. 55. n. 6. f. 72.
Concuſsio quid ſit, lib. 12. tit. 62. num. 4. fol. 222. b.
Confiſcare, verbum, quid ſignificet, lib. 10. tit. 1. n. 2. fol. 1.
Confiſcãdi ius, quid competat, libro 10. tit. 7. n. 2. fol. 8.
Conſiſtorium, quid ſit, & in quo à tribunali differat, lib. 12. titulo 10. n. 3. 4. 5. & 6. f. 178.
Conuenire, verbum, quid ſignificet, lib. 10. tit. 2. n. 2. fol. 3.
Conſtantinopolis etymologia, libro 11. tit. 18. n. 6. & ti. 20. n. 1. & 2. f. 111. & ibi, quòd noua Roma appelletur.
Conſtantinopolis priuilegia, & cur hodie ceſſent, d. tit. 20. n. 3. & 5. fol. 111.
Cõſtantinus in ſomniis vidit crucẽ Dñi, li. 12. ti. 18. n. 2. f. 184.
Conſulum origo, officium, & dignitas, lib. 12. tit. 3. nu. 2. f. 169.
Corpus, quid ſit, li. 11. tit. 14. nu. 1. fol. 105.
Corporati, qui dicantur, ibi nu. 2. 3. 4. & 5. & ti. 17. n. 5. f. 18.
Cornicularij, qui dicãtur, lib. 12. titulo 51. n. 5. & ti. 58. n. 6. f. 217.
Creditores, qui ſint, lib 10. tit. 7. num. 5. fol. 9.
Cubicularij, qui ſint, lib. 10. ti. 47. n. 6. & li. 12. ti. 5. n. 2. & 3. f. 171.
Curator Reipublicæ, lib. 11. titulo 39. n. 5. f. 18.

Curcu-

Digitized by Google

Curcunia, quid ſit, lib. 11. tit. 11. numero 10. fol. 103.
Curia quid ſit, lib. 10. ti. 31. n. 3. & 15. fol. 43.
Curiales, qui ſint, & an à decurionibus differãt, ibi n. 4. & 15 & lib. 10. tit. 22. n. 7. & lib. 11. tit. 13. n. 1. 2. & 3. fol. 104.
Curioſi, qui appellentur, lib. 12. titulo. 28. n. 1. cum ſequẽt. f. 188.
Curſus publicus quid ſit, & an hodie in vſu verſetur, lib. 12. titulo 51. n. 2. 3. & 6. fol. 211.
Cuſtodes curſus publici, qui ſint, ibi, num. 5. fol. 211.
Cuſtodia, multiplex memoratur, lib. 12. tit. 45. n. 1. 2. & 3. f. 205.

D

Decani, qui dicantur, lib. 12. titulo 27. n. 1. 2. 3. & 4. fol. 192.
Decretum quid ſit, lib. 10. tit. 33. n. 4. & tit. 46. n. 2. vbi quid decretũ decurionum, & quã iterũ ſermone Hiſpano vocetur, f. 47
Decuriones qui ſint, vnde dicti, quibus nominibus appellẽtur, quale eorum munus & officium, quæ origo, dignitas, & poteſtas, electio, ac priuilegia, lib. 10. tit. 31. a nu. 1. ad 11. f. 43.
Decuriales, qui ſint, ibi num. 3.
Decurionum decreta, quæ, & eorũ cõuocatio, & cõgregatio ad cõcilium, qualiter & cuius iuſſu fiat, ibi n. 12. & tit. 46. n. 3. f. 62.
Decuriones ſilentiariorum & eorum dignitas, lib. 12. tit. 16. numero 1. 2. 3. 4. & 5. fol. 184.
Debitores, qui dicantur, lib. 10. titulo 2. num. 4. fol. 3.
Deferre, verbum, quid ſignificet, lib. 10 tit. 10. n. 1. fol. 12.
Delator, quis ſit, cur ſic appelletur, & quis poſsit eſſe delator, vel nõ, li. 10. ti. 11. n. 2. 3. & 6. f. 15
Delator, in quo ab accuſatore differat, lib. 10. tit. 11. n. 4. fol. 15.
Delatorum duplex genus, lib. 10. tit. 13. num. 1. fol. 17.
Delatorum præmiũ, ibi n. 2. f. 17.
Delatorum calumnoſiorum pœne, lib. 10. tit. 11. n. 7. fol. 15.
Delatio quomodo ſit faciẽda. libro 10. ti 10. n. 14. & ti. 11. n. 5. f. 15.
Deſcriptionis, vox, quid ſignificet, lib. 12. tit. 64. n. 4. f. 225.
Deſcriptiones curialium, vel curiales, quæ dicantur, lib. 10. titulo 22. n. 6. & 7. fol. 31.
Deſertores, qui ſint, lib. 12. tit. 46. num. 1. fol. 206.
Diaſtoleæ, qui dicantur, lib. 10. titulo 69. n. 10. fol. 83.
Dignitas accipitur multipliciter, lib. 12. tit. 1. n. 1. & 2. f. 165.
Dignitatis definitio, ibi n. 4. f. 165 & lib. 11. ti. 19. n. 3. fol 110.
Dignitas & nobilitas an differant inter ſe, nec nè, ibi nu 3. dicto tit. 1. fol. 110.
Dignitas attenditur ex conſuetudine regionis, ibi n. 5. fol. 111.
Dignitatum quatuor ſunt gradus, & quales, ibi n. 7. fol. 111.
Dignitatum adæquatio & prælatio

latio in quibus conſiſtat, lib. 12. tit. 4. n. 5. fol. 170.
Dignitatũ ordo in quibus cõſiſtat lib. 12. tit. 8. à n. 2. ad. 7. f. 174.
Dignitatũ certa definitio dari nõ poteſt. lib. 12. tit. 32. n. 3. f. 195.
Dignitates, quis conferri poſsit, libro 12. tit. 1. num. 6. fol. 165.
Digniori omiſſo an dignus eligi poſsit, li. 10. tit. 65. n. 6. fol. 79.
Diſcuſſores, qui ſint, & qualiter vulgari noſtro appellentur, libro. 10. tit. 30. a num. 1. ad 7. & lib. 11. tit. 57. n. 4. fol. 144.
Diſtrahere, verbum quid ſignificet, lib. 10. tit. 21. n. 2. fol. 29.
Diſtributiones ciuiles quæ dicantur, lib. 10. tit. 22. n. 8. fol. 31.
Doctores iubilati, an hodie gaudeãt Comitũ dignitate, y ſe les pueda llamar Señoria, libro 12. tit. 15. n. 6 & 7. f. 181.
Domiciliũ quid ſit, & in quo loco cõſtitui videatur, & an mutari poſsit, lib. 10. tit. 39. n. 3. 4. & 5. fol. 54.
Domeſtici, qui dicantur, & quibus hodie adſimilentur, lib. 12. tit. 17. n. 1. & 5 fol. 182.
Domus Auguſta quæ dicatur, li. 11. tit. 71. n. 3. & tit. 74. n. 3. f. 162.
Domus dominica, quæ ſit, lib. 11. tit. 76. n. 2. 3. & 4. f. 164.

E

Epidemeticæ & epidemetici, quid, lib. 12. tit. 41. n. 1. 6. & 7. fol. 202.
Embola quid ſit, lib. 11. tit. 3. n. 4. fol. 94.
Exactores, qui, & qui exactores tributorũ, & quibus vocibus nominentur, & in quo à ſuſceptoribus differant, lib. 10. tit. 19. n. 1. & 3. & 4. & 7. & titulo 70. n. 4 & lib. 12. tit. 61. numero 1. 2. & 5. fol. 26. & f. 84.
Exceptores qui ſint, lib. 12. tit. 50. num. 9. fol. 210.
Executores, qui dicantur, lib. 12. tit. 61. n. 1. 2. & 5. fol. 221.
Exceſſus pragmaticæ panit, in quo caſu non puniatur, lib. 10. tit 27. num. 8. fol. 38.
Exigere, verbũ, quid ſignificet, lib. 10. tit. 19. n. 2. & 3. & titulo 70. n. 4. fol. 84.
Excuſatio munerũ, quid ſit, li. 10. tit. 47. n. 1. & 10. fol. 63.
Excubiculary, qui ſint, ibi nu. 6. & lib. 12. tit. 5 n. 3. fol. 171.
Exilium, quid, & quotuplex ſit, lib. 10. tit. 59. n. 2. fol. 74.
Exiliũ vnde dictũ, & qui dicãtur in exiliũ dati, ibi n. 3 f. 74.
Expenſarum appellatione quid cõtinetur, li. 11. tit. 41. n. 1. f. 57.
Expenſæ ludorum publicorum, quæ ſint, ibi num. 3. fol. 57.
Equeſtris dignitas, qualis, lib. 12. tit. 32. n. 1. cum ſeqq. fol. 101.

F

Faber, quid ſignificet, lib. 11. tit. 9. n. 1. fol. 101.
Fabrica quid ſit, li. 11. ti. 9. n. 3. f. 101

Fabri-

Index rerum notabilium.

Fabricenſes,qui dicantur,ibi numero 2.3. & 4.
Fabricēſiū collegiū,ibi nu.4.f.101.
Fabricenſium primicerius quis ſit,ibi num.5.fol.101.
Faciens contra priuilegiū ſuū,an amittat illud,lib.10.tit.43 numero 6.fol.60.
Fideiuſſores magiſtratuum ad quid in ſindicatu teneātur, libro 11.tit.34.n.3. & 4.fol.125.
Filijfamilias,qui dicātur,lib.10. tit.60 n.1.fol.84.
Fiſci etymologia,lib.10.tit.1.n.6. fol.1.
Fiſci iura,quæ ſint,ibi n.7.fol 2.
Fiſco quod remedium competat pro tributis exigendis,lib.10 titulo 19.n.8.fol.26.
Fiſcus quid ſit,& quibus bonis cõſtet,lib.10 tit.1.n.2.& 3.fol.1.
Fiſcus & Reſpublica an differāt inter ſe,ibi num 12.fol 3.
Fiſcus an habeat tacitam hypothecam pro pœnis fiſcalibus.libro 10.tit.7.n.3 fol.9.
Fiſcus pro bonis vacantibus quod remedium habet,lib.10.tit.10. num.9.fol.11.
Fiſcus ſuccedens in bona vacantia,an ad legata & fideicõmiſſa teneatur, & an ad æs alienū vltra vires hæreditarias, lib.10.tit.10 n.10. & 6.f.11.
Fiſcus Imperatoris duplex eſt,libro 11.tit.65.n.2.fol.153.
Folis quid ſit ,lib.12.tit.2.num.5. & 6.fol.167.
Fortuna,quid ſignificet,lib.10.titulo 31.n.1.fol.43.
Fluuius Tyberis vbi ſit,& cur ita appelletur,lib.11.tit.26 n.2.f.117
Freni equeſtres,qui ſint,lib.12 numero 6.fol.162.
Frumenti appellatione quid comprehendatur,lib.11.tit.22.n.3. & tit.23.n.1.& 2.fol.113.
Frumentū Alexandrinū quid ſit,& qualis eius diſtributio,libro 11.tit.27.n.2.3.& 3 fo.118
Frumentū publicū in quo aſſerat à rationi frumentario,ibi numero 7.fol.118.
Functio ſeptem ſolidorum,quid ſit,lib.12.tit.2.n.7.fol.167.
Fundus quid ſit,lib.11.tit.59.numero 2.fol.146.
Fundi emphiteutici,lib.11.tit.61. num.5.fol.49.
Fundi limitrophi,qui dicantur, lib.11.tit.59.n.5 fol.146.
Fundi limitanei,qui appellentur,ibi num.6.fol.146.
Fundi patrimoniales,qui ſint,libro 11.tit.61.num,3.fol.149.
Fundi ſaltuenſes,qui dicantur, ibi,num.4.fol.149.
Fundi rei priuatæ,vel rei dominica,qui,lib.11.tit.65.n.4.& tit.66.num.1.fol.154.

G

Gemma,quid ſignificet,lib.11.titulo 11.num.2.fol.103.
Genus quid ſit,lib.10,tit.27.n.3. & 4.fol.40.

Gla-

Digitized by Google

Gladiatores, qui ſint, eorūquè certamina, an ſint ſublata, lib.11. tit.43.n.1.2.& 3.fol.132.
Glena quid ſit, lib.12.tit.2.n.3.& 6.fol.166.
Gynecciarij, qui ſint, lib.11.titu.7 num.4.& 10.fol.97.
Grex quid ſit, & quid grex dominicus, lib.11.tit.75.num.1.2. & 3 fol.163.

H

Haſta fiſcalis quid ſit, lib.10. titulo 3.num.3.& 4.fol.4.
Hæredes eius, qui ad munus publicum vel honorem electus eſt, & poſtea mortuus, an tale munus vel honorem continuare teneantur, lib.10.titu.68.n.1. & 2.fol.81.
Honor quid ſit, lib.10 tit.62.nu.1. & lib.11.tit.19.nu.2.fol.110.
Honorati qui ſint, ibidem.
Horrea publica & priuata, quæ ſint, lib.10.tit.26.nu.1.2.& 3. fol.117.
Hyacintus quid ſit, lib.lib.11.titulo 11.n.5.fol.103.

I

Incolæ, qui appellenter, lib.10.titulo 38.num.1.fol.53.
Indicere verbū, quid ſignificet, lib.10 tit.18.num.2.fol.25.
Indictio, & indictum quid ſit, libro 10.tit.13.nu.5.& 6.fol.27.
Incorporatio, quid & qualiter ſit facienda, lib.10.tit.30.nu.12. & 13 fol.13.
Illatio quid ſit, lib.10.tit.71.nu.1. fol.85.
Immūnitas quid ſit, & vnde dicta, lib.10.tit.25.n.2.fol.36.
Infames, qui ſint, & quid infamia, & quœuplex, & an infames à muneribus excuſentur, lib.10.tit.57.num.1.2.& 4.fol.73.
Inimicitia quid ſit, & quotuplex, lib.10.tit.66.n.1.& 2.fo.80.
Inquilini, qui ſint, lib.11.tit.47. num.7.fol.134.
Irenarchæ, qui ſint, vnde dicti, quibus hodie aſſimilentur, & an eorum officiū duret, lib.10. tit.75. à num.ad 7.fol.90.
Inſinuatores, qui ſint, lib.12.titulo 64.num.3.fol.225.
Inſpectores, qui appelletur, lib.11. tit.57.num.6.fol.144.
Interuala, quæ dicantur, & quæ liter in Hiſpania vocentur, libro 10.tit.40.n.4.fol.56.
Intinctio ſacri muricis quid ſit, libro 11.tit.8.n.3.fol.100.
Iudex, qui præeſt concilio & curiæ decurionum, an poſſit ſuffragium dare, lib.10.tit.46.numero 4.fol.62.
Iudices ciuiles qui ſint, & qui iudices militares, lib.12. tit.50. n.3.f.208.b.

L

Laborum, vel labarum, quid ſit, lib.

lib 12.tit. 18. num.1. & 2.f.184.
Largitionales tituli,qui ſint,lib.10. tit.23.n.6. & 7.f.33.
Legati,qui ſint, eorumquè variū genus,lib.10.tit.63.num.1. folio 7.
Legatorum munus,legatio dicitur, & an ſit perſonale, ibi n.2. & 7. fol.78.
Lennones,qui ſint,lib.11.tit.40.numero 5.fol.129.
Liberorum appellatione,qui continentur,& quotus numerus liberorum a muneribus excuſet, libro 10.tit.51 num.2.& 3.& 8. fol 66.
Libertini,ſeu liberti,an a muneribus excuſentur,& ab honoribus arceantur,lib.10. tit.56. a nu.1. ad 3.f.73.
Licitatio,quid ſit,& in quo ab adiectione & ab addictione differat,lib.10.tit.3.n.8.f.4.
Limina,& limites,quid ſint,li.11. tit.59.n.3.f.146.
Limitanei milites,qui ſint,ibi n.4. fol.146.
Lintearii,& linifiarij,ſeu linificēs, qui ſint,lib.11.tit.7.nu.6. & 10. fol.97.
Locatio eſt duplex, temporalis, & perpetua, lib.11.titulo 70.numero 5.f.15.
Logiſta,qui ſint,lib,10.tit.69.n.10. fol.81.
Logographi, qui dicantur, & quibus hodie camparentur, ibi n. 4. & 5.f.81.
Ludi publici,qui ſint,lib.11.tit.41. n.2.f.130.
Lucratiua deſcriptio, & lucrum, & lucratiuus titulus, quid ſit: lib.10.tit.35.n.5.f.50.
Lucra aduocatorum, & aliorum, lib.12.titulo 62. numerò 7. folio 222. b.
Lucus Daphnenſis vbi ſit. lib.11.titulo 77.n.1.f.164.
Luſtrum,quid ſit,lib.10.tit.17. n.6. fol.23.
Luſtralis collatio,quid ſit,lib.10.titulo 29.n.5.f.42.

M

Magiſter ſacrorum ſcriniorum, quis & quotuplex,lib.12.tit.9. a num.1.ad 8.f.175.
Magiſter militum,quis & quotuplex,lib.12.tit.3.n.3.& tit.4.n.3. fol.170.
Magiſter officiorum,lib.12.tit.6.numero 1.f.172.
Megiſtratus,durante officio conueniri nequeunt,lib.11.tit.4.nu.1. fol.124
Magiſtratus officij ſui rationē reddere debent, ad idq́ fideiuſſorēs præſtare cogūtur in principio,ibi num.3.f.124.
Maiuma,quid ſit, vnde dicta, & an hodie in vſu ſit,lib.11.tit.45. a num.1.ad 4.f.133.
Margarita,quid ſit,lib.11.tit.11.numero 3.f.103.
Maragdus,quid ſit, ibi n.4.f.103.

Man-

Mancipia,quæ dicantur, lib.11.titulo 62.n.2 f.15.
*Medici,qui ſint,lib.*10.*tit.*52.*nu.*4.*fol.*67.
Medicorum generalis definitio tradatur,lib.12.tit.13. num. 8. folio 18.
*Medrogantes,qui ſint,lib. 10. titulo 69. n.*10.*f.*82.
*Mendicantes, vel mendici, qui ſint,quiq́ mendicantes debiles, & mendicantes validi, lib.11. tit 25.n.1. 2. & 3.f.*116.
Menſores,qui ſint,lib.12.tit.28. numero 1.& 2.f 192.
Menſurarum ac põderum origo,libro 10.tit.71. n 6.f.86.
Mercium illicitarum appellatione, quæ contineantur, lib.12. tit. 45. n.4.f.205.
Metallij appellatio,quid cõprehendat,lib.11.tit.6.num.1.& 3.folio 96.
Metallarij, qui dicantur,quidq́ ſiſ ca ſoluere debent,ibi nu. 4.& 5. fol.95.
*Metata,metati,& metatores,quid ſint lib.*12.*tit.*41. *à num.*1. *ad* 4. *fol.*202.
*Metrocomia,quid ſit,lib.*11. *tit.*55. *n* 1.2.3.& 4.*f.*142.
*Metrobi homines,qui dicantur, ibi n.*2.*f.*142.
*Metropolis ciuitas,quæ ſit, lib.*11. *titulo* 21.*n.*2.*f.*112.
Militare, verbũ,quid ſignificet, libro 12.*tit.*19.*nu.*6. & *tit.* 29.*n.*1. *fol* 185.
Militantes in ſacris ſcriniis, qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib.12.tit.19. num.5. folio 185.
*Militantes in ſacro Palatio,qui dicantur,lib.*12.*tit.*29.*num.*3. *folio* 193.
Militaris annona,quid ſit, & per quos eroganda,li.12.ti.38.a n.1. ad 4.f.200.
Milites, qui ſint, & quæ ſolemnitate eligantur, & an eorum priuilegia hodie dureut, & de eorum miſſione agitur,lib.10.ti.54. a num.2.ad 8. & lib.12.tit.44. n.5.f.205. & f.70.
Militia eſt duplex,armata,& inermis,lib.12.tit.34 num. 2. 4. folio 197.
Militiam ſuam impleuiſſe,qui dicantur,lib.10.tit.55. num. 3. folio 72.
Militum genus eſt duplex, lib.12.titulo 43.num.1.f.204.
Miniſteriani,qui dicantur, lib. 12. tit.26.n.1.3. & 4.f.191.
Monetarij,qui ſint,lib.11. tit.7 n.7. & 10.f.97.
Morbus, a quibus muneribus excuſet, lib.10.titulo 50. num. 5. folio 66.
Mulierum appellatione, quæ contineantur, & a quibus muneribus & honoribus ſunt remotæ, vel nõ,lib.10.tit.62.n.2.3. & 4. fol.77.
Municipes,qui dicantur,lib.10. titulo 38.n.1.f 53.

Digitized by Google

Munus, quid, & quotuplex ſit, li. 10. tit. 16. n. 1. & tit. 25. n. 1. & ti. 40. num. 1. 2. & 3. fol. 21. & 36. & 56.

Munus ciuile, quid, & quotuplex ſit. li. 10. tit. 38. n. 3. & tit. 42. n. 1. fol. 53. & 59.

Munera perſonalia, quæ habent dignitatem anexam, uel non, libro 10. tit. 42. n. 2. f. 59.

Munera, à quibus nullus excuſatur, quæ, lib. 10. tit. 48. nu. 1. cum ſequentibus, fol. 65.

Munerum & honorum cõtinuatio quando locum habeat, uel nõ, libro 10. tit. 40. num. 11. & 12. folio 56.

Muri leguli, qui dicantur, lib. 11. titulo 7. num. 2. 3. & 10. fol. 97. & 98.

N

Naues non excuſantur à publicis neceſſitatibus, lib. 11. tit. 3. nu. 1. fol. 94.

Nauicularij, qui ſint, & quibus nominibus uocentur, lib. 11. tit. 1. n. 3. fol. 91.

Nauiculariorum collegium & officium, quale, ibi num. 4. f. 91.

Nauiculariorũ bona, an tacitè ſint fiſco obligata, li. 11. tit. 2. n. 5. f. 93.

Naufragiu, quid ſit, eiusq; materia traditur, li. 11. ti. 5. n. 1. cum ſequẽtibus, fol. 95.

Nautæ Tyberini, qui ſint, lib. 11. titulo 26. n. 1. f. 117.

Negotium, quid ſignificet, lib. 12. titulo 35. n. 1. f. 198.

Negotiatores, qui dicantur, ibi n. 2. & 4. fol. 198.

Negotiantes circa ueſtes Principis, qui ſint, lib 10. tit. 47. num. 5. fol. 63. Vbi, quo nomine ſermone uernaculo appellẽtur.

Nominatores, qui, & quotuplices ſint, lib. 11. tit. 33. num. 1. & 3. folio 123.

Notarij, qui ſint, & quibus hodiè aſsimilentur, lib. 10. tit. 47. nu. 6. & lib. 12. tit. 7. n. 4. & 5. fol. 63. & fol. 172.

Nilus fluuius rigat Ægyptũ, quia ibi non pluit, lib. 11. tit. 28. n. 2. folio 118. & 119.

Nummularij, qui ſint, lib. 11. tit. 17. n. 7. f. 108.

Numerarij, qui ſint, li. 10. ti. 69. numero 5. & lib. 12. tit. 50. n. 4. & 5. f. 83. & f. 208.

Numiſmatis ſignificatio & etymologia, lib. 11. tit. 10. n. 1. 2. 3. 4. folio 101. & 102.

Nunciatores, qui dicantur, lib. 12. tit. 64. num. 1. & 2. f. 224. b.

O

Oblatio uotorum, quid ſit, lib. 12. tit. 49. num. 1. 2. 3. & 4. folio 208.

Obſequium, quid ſignificet, lib. 12. tit. 54. n. 1. 2. & 3. f. 141.

Officiales militares, qui ſint, lib. 12. tit. 48. n. 5. f. 207.

Officia ſordida & villa, quæ ſint, lib. 10. tit. 47. num. 7. & lib. 11. tit. 38. num. 4. & 5. fol. 63. & 116.

Officium, quid ſignificet, lib. 12. titulo 60. n. 1. & 3. & tit. 62. n. 5. fol. 219. b.

Occultatores, qui dicantur, lib. 12. titulo 46. n. 2. f. 206.

Onus publicum, quod appelletur, libro 11. tit. 4. n. 1. & 3. f. 95.

Operarum definitio, ac diuiſio, libro 10. tit. 24. num. 1. & 2. folio 35.

Optimates, qui ſint, li. 11. tit. 28. n. 1. fol. 119.

Ordo decurionum, quid ſit, quiq; ab ordine moti dicantur, li. 10. ti. 59. n. 4. fol. 74.

Ordo ſeruandus in munerum & honorum electionibus, lib. 10. ti. 65. n. 1. fol. 80.

Origo propria, quid ſit, & qui originarii dicantur, lib. 10. tit. 38. numero 2. & lib. 11. tit. 47. num. 8. fol. 134.

P

Palatina nomina à re militari deſumpta fuerunt, lib. 12. num. 2. fol. 165.

Palatini dicuntur dupliciter, li. 12. tit. 24. num. 2. & tit. 31. num. 3. folio 189. b.

Palatini ſacrarum largitionũ qui ſint, ibi num. 3. & 7. fol. 190.

Palatini rerum priuatarum, ibi numero 4. & 7 fol. 190.

Palatium Imperatoris, cur ſacrum vocetur, lib. 11. tit. 29. num. 6. folio 193.

Palatium dominicum, quid ſit, libro 11. tit. 76. num. 2 & 3. f. 164.

Paſcua, quæ publica, & quæ priuata ſint, lib. 11. tit. 60. n. 1. & 2. folio 148.

Paraguada, quid ſignificet, lib. 11. titulo 8. n. 5. f. 100.

Pater ciuitatis, quis ſit, lib. 11. tit. 32. num. 5. & tit. 39. num. 5. f. 223.

Patriarchæ, eorumq; vicarii, cur Metropolitani dicantur, lib. 11. tit. 21. n. 3. f. 113.

Patricii, qui ſint, lib. 12. tit. 3. num. 4. fol. 169.

Patrimoniale munus, quid ſit, & quotuplex, & vnde dictum, libro 10. tit. 41. num. 2. 3. & 4. folio 58.

Patrimonium Principis duplex, fiſcale, & priuatũ, lib. 10. tit. 1. n. 4. & 5. f. 7.

Panis bucellatus, & panis integer, quid ſit, lib. 10. tit. 38. nu. 4. & de eius executione, tit. 39. n. 1. 2. & 3. f. 54.

Parangaria, & angaria, quid, libro 12. tit. 51. à num. 7. ad 11. folio 210.

Paraueredi, & veredi, qui dicantur, lib. 12. tit. 51. num. 4. folio 211.

Paupertas, quid, & qui pauperes, lib. 10. tit. 51. nu. 4. & 5 folio 67.

Peculij multiplex genus, lib.12. titulo 31 n.1.f.195.
Pecunia, an ſolo are cudi cœpit, libro 10. titulo 29. numero 4. folio 42.
Pecunia fiſcalis, in quem uſum eſt eroganda. lib.10.tit.6.nu.3. fol.8.
Pecunias, an lætitiæ cauſa ſpargere liceat, lib.12.tit.3.num.5.folio 169.
Peræquatores, qui dicantur, libro 11 tit.57.num.4.5.& 6. folio 143.
Perfectiſſimatus dignitas, quæ ſit, lib.10.tit.33.n.1.f.165.
Perpetui, qui dicantur, lib.11.tit.47.n.5.fol.135.
Periculi ſignificatio, lib. 10. tit. 61. num.8. & lib.11.tit.33. num.2. fol.124.
Perſeis, quid ſit, lib.11.tit.77. nu.1. & 3.fol.175.
Perſona, quibus prædia fiſcalia conducere non licet, lib.11.tit.72.n.1. 2.& 3.fol.171.
Perſonarum deſcriptio, quid ſit, libro 11.tit.57.n.3.f.133.
Petitio bonorum ſublata eſt, li.10. tit.12.n.1.2.& 3.f.16.
Poſta huius temporis, in quo differant ab equis diſpoſitis, lib.12.titulo 51.f.222.
Piſtores, qui ſint, lib.11.tit.15.n.2. & 3.f.106.
Pœnæ fiſcales, qui ſint, lib.10.ti.7. n.1.f.8.
Pœna pecuniaria, ſeu mulcta, qualiter ſoluatur his quibus applicatur, lib.10. tit.4.num.4. folio 4.
Pœnæ fiſcales, per quæ remedia fiſco vendicentur, lib.10.tit.7.numero 4.fol.7.
Potiores, qui ſint, lib.10.tit.65.nu.2. fol.81.
Pragmatica Regia in fauorem agricultorum lata, lib.11.tit.54.libro 6.f.141.
Prædia ciuitatum, quæ dicantur, & prædia ciuilia, lib.11.tit.69. num.1.& tit.70. num. 2. & 4. fol.157.
Prædia fiſcalia, & priuata rei vel dominicæ, lib.11.tit.70.n 3.& titulo 71.n.2.& 3.f.158.
Prædia tamiaca, quæ dicãtur, libro 11.tit.68.num.2.f.156
Prædia vrbana & ruſtica, lib.11. tit.69.n.10.f.157.
Prædia templorum, ibi num:3. & tit.70 n.4.f.157.
Prædia tributaria, quæ ſint, lib.10.titulo 28.n.1.f.41.
Prædia donata, releuata, tranſlata & adærata, quæ dicãtur, ibi n.2.f.41.
Prędia decurionum, quæ ſint, & an alienari poſſint, libro 10.titulo 33.num.3.& 6.& tit. 35. n.4.f.48.
Præfectiales, qui fuerint, lib.12.titulo 33.n.2.f.196.
Prçſemicaui, qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib.12.n.4. fol.196.

Præfecti, qui ſint, lib. 12. tit. 3. nu. 3. fol. 169.

Præfectus prætorio orientis, cui hodie ſimilis ſit, lib. 11. tit. 12. nu. 6. fol. 103.

Præfectus prætorio quis ſit, lib. 12. titulo 4. n. 1. f. 170.

Præfectus Vrbis, quis, ibi nu. 2. & tit. 59. n. 2. 3. & 4. f. 170.

Præfectus annonæ, quis, lib. 12. titulo 59. n. 2. 3. & 4. f. 219.

Præpoſiti ſacri cubiculi, qui ſint, libro 12. titulo 5. num. 4. & 5. folio 171.

Præpoſiti laborum, qui, lib. 12. titulo 18. n. 2. 3. & 4. f. 184.

Præpoſiti agentium in rebus, qui ſint, & quibus hodie comparentur, lib. 12. tit. 20. n. 2. & 4. & titu. 21. f. 186.

Præpoſitis ſimpliciter, qui dicantur, lib. 10. ti. 47. num. 4. & ti. 7. n. 5. f. 63.

Prætoris dignitas & officium, li. 12. ti. 2. n. 2. f. 168.

Prætores elligebantur ex Senatoribus, ibi n. 4. f. 168.

Primates, qui ſint, lib. 11. ti. 28. nu 1. fol. 119.

Primicerius, quis dicatur, li. 12. ti. 7 n. 1. f. 172.

Primicerius domeſticorũ & protectorum, quis, & cui hodie ſimilis ſit, lib. 12. titulo 17. num. 4. & 5. fol 183.

Primipilum, primipilus, primipilarius, primipilaris, voces, quid ſignificent, lib. 12. tit. 58. nu. 7. 8. & 9. & titulo 63. numero 1. cum ſequentibus fol. 231.

Principes, qui appellentur, lib. 12. ti. 58. n. 5. f. 217.

Principes agẽtium in rebus, qui & quibus hodie ſimiles ſint, lib. 12. titulo 20. nu. 3. 4. & 5. & ti. 22. n. 1. & 2. f. 187.

Priuilegium, quid ſit, lib. 11. tit. 74. n. 1. f. 162.

Probatoria, quid ſit, lib. 12. ti. 60. n. 4 fol. 220.

Procuratores, qui dicantur in certis caſibus, libro 11. tit. 71. num. 5. folio 160.

Procuratrres metallorum, qui ſint, lib. 11. tit. 6. n. 7. f. 96.

Procurator fiſci, & procurator Cæſaris, qui, lib. 10 titulo 2. nu. 7. folio 2.

Procuratores Gynæcij, qui ſint, libro 11. titulo 7. num. 9. & 10. folio 97.

Profeſsio, quid, lib. 10. tit. 49. nu. 2. & quando à muneribus excuſet, ibi num. 4. & tit. 52. n. 1. folio 97.

Profeſsio bonorum, quid, lib. 11. ti. 57 n. 3. f. 144.

Profeſſores, qui ſint, & an à muneribus excuſentur, lib. 10. tit. 52. & num. 2. & 9. & lib. 12. tit. 15. n. 1. & 4. f. 182.

Protectores, qui dicantur, lib. 10. titulo 47. n. 4. & lib. 12. ti. 17. n. 1. 3. & 5. f. 183.

Protonotarij Principis, qui dicatur, lib. 10. ti. 47. n. 8. f. 63.

Pro-

Proteſtaſiæ munus,quid ſit,lib.10. tit. 60,n.4.f.75.

Pro male adminiſtrante munus publicum plures tenentur,lib.11.titulo 35.n.1.f.125.

Proximi ſacrorum ſcriniorum, & quibus hodie ſimiles ſint, libro 12.titu.19.à num.2. ad 8.folio 185.

Prouiſio Regia circa munera inter patrem & filium non continuãda,lib.10.ti.40.n.6.f.43.

Prouiſio Regia,quæ ſuperintendualis,vulgò,huecos,expeditur,ibi n.12.f.45.

Publica munera,quæ ſint,lib.10, titulo 43.n.1.f.60.

Publicæ ſpecies,quæ dicantur,li.11, titulo 1.num.3. & titulo 4.n.2. f.92.

Publicæ rationes,quæ ſint,lib.10.titulo 6,num.1,fol.7.

Q

Quarta ex bonis decurionum deducta,quæ dicatur,lib,10.titulo 34.n.1.cum ſequentibus,f.46.

Quæſtorum dignitas & officium. lib.12.ti.6.n.1.f.172.

Quotus numerus decurionum faciat Concilium vel Capitulum, lib.10.tit.46.num.5.f.61.

R

Rationalis,quis ſit,lib.10.tit.10.numero 13.f.12.

Redditus ciuilis,quid ſit,li.11.ti.69. n.5.f.157.

Referendarij Principis,qui ſint,libro 10.tit.47.n.6.f.63.

Reſpoſtulati,qui ſint,& an veteres honores retineant,& ad noua munera aſpirare poſſint, libro 10.tit.58.num.2.3.& 4. folio 74.

Reparatio pontium,fontium,murorum,& ſimilium,cuius expenſis fiat,lib.10.tit.25.num.4.folio 36.

Rerum multiplex diuiſio & differentia,lib.11.tit.31.num.1. folio 122.

Res ciuitatum,quæ dicantur, li.11. tit.31.n.5.f.122.

Res militaris,quid ſit,lib.12.ti.36. n.1.& 2.f.199.

Res priuatæ,quæ dicantur,lib.11.titulo 65.n.3.f.153.

Reſpublica, quotupliciter accipiatur,quid ſit,& an à fiſco diſtet,& quando vtatur iure cõmuni,& quando iure ſingulari. lib.11.tit.29.n.1. cum ſequentibus, & titulo 36. num. 6.folio 118.

Reſpublicæ,quæ dicantur,& qualis ſit earum adminiſtratio,lib.11. tit.30.num.1.2.3.& 4.f.119.

Retractare,verbum,quid ſignificet,lib.10.tit.9.d.1.f.10.

Retractores,qui ſint, lib.10. tit.23. n.10.f.33.

Reus,quis dicatur,lib.10.ti.58. n.1. fol.73.

Romæ etymologia, li. 11. tit. 58. n. 6. fol. 109.
Rus, quid ſit, lib. 10. tit. 37. num. 3. fol. 52.
Ruſticani, qui ſint, in quoq; ab agricolis, cenſitis, & colonis differant, lib. 11. tit. 53. nu. 1. 3. & 5. fol. 139.

S

Sacrum cubiculum, quid ſit, lib. 12. tit. 5. n. 1. f. 171.
Sacrum ſcrinnium, quid & quotuplex ſit, lib. 12. tit. 9. à num. 1. ad 6. f. 175.
Sacerdotij munus eſt patrimoniale, lib. 10. tit. 61. n. 4. f. 76.
Salarium, quid ſit, & an ex bonis ciuitatum præberi poſſit ſine licentia Principis, nec nè, lib. 10. tit. 36. n. 1. & 2. f. 52.
Salgami appellatione quid contineatur, lib. 12. tit. 42. nu. 1. & 3. fol. 201.
Saltus, quid ſignificet, lib. 11. tit. 60. n. 4. f. 148.
Saltus rei dominicæ, quid, lib. 11. titulo 66. n. 1. f. 154.
Secundicerius, quis ſit, lib. 12. tit. 7. n. 2. f. 173.
Sedes excelſa, quid ſit, lib. 10. ti. 50. n. 1. f. 209.
Seleucena ciuitas, quæ, lib. 11. ti. 12. n. 3. f. 104.
Sellæ, quid ſint, lib. 11. tit. 11. num. 6. fol. 102.
Sententia aduerſus fiſcum lata, an retractari poſsit, & qualiter, libro 10. tit. 9. num. 2. 3. & 4. folio 10.
Serui dominici, & fiſcales, qui dicantur, lib. 11. tit. 67. num. 5. folio 155.
Seruus, an poſsit decurionatum habere, lib. 10. tit. 32. num. 3. folio 46.
Seruus actor Reipublicæ, quis dicatur, lib. 11. tit. 36. nu. 3. & 4. & tit. 36. n. 4. f. 126.
Scena, ſcænica, & proſcænica, quæ ſint, & an inter hæc vlla ſit differentia, lib. 11. tit. 4. nu. 4. fol. 95.
Schola literaria, & ſchola non literaria, quæ dicantur, lib. 12. ti. 12. n. 1. 2. & 3. f. 178.
Schola domeſticorum & protectorum, lib. 10. tit. 17. num. 3. folio 183.
Scholaſtici, & ſcholares, qui dicantur, lib. 12. tit. 30. à num. 1. ad 4. & tit. 62. n. 3. f. 193.
Scholarum hodierna ſimilitudo, libro 12. tit. 30. à num. 1. ad 4. folio 193.
Scholaris, an in loco ſtudij domicilium contrahere cenſeatur, libro 10. tit. 36. n. 6. f. 54.
Scribæ qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib. 10. tit. 69. n. 6. fol. 81.
Scrinnium, quid ſit, lib. 12. ti. 9. n. 1. fol. 175.
Scrupulus auri, quid ſit, lib. 12. ti. 6. n. 12. f. 100.

Silen-

Digitized by Google

Silentiarij, qui ſint, & quale eorum officium, & quibus hodie comparentur, lib. 12. tit. 16. a numero 1. ad 5. f. 182.
Siliqua, quid ſit, lib. 10. tit. 35. nu. 2. & 10. f. 50.
Sitones, vel ſitonæ, qui ſint, & ſitoniæ munus, quid, lib. 10. tit. 27. n. 2. fol. 38.
Solennitas, vnde dicta, li. 10. ti. 3. n. 6. fol. 4.
Solidi valor & æſtimatio, lib. 10. titulo 76. n. 5. f. 90.
Solidi obrizati, qui ſint, lib. 11. tit. 10. num. 5. & lib. 12. tit. 49. num. 5. fol. 102.
Solutiones debitorum, in qua moneta fieri debent, lib. 10. tit. 29. n. 7. fol. 42.
Species, quæ dicantur, lib. 10. tit. 27. n. 3. 4. & 5. f. 38.
Spectacula, quæ ſint, & qualia, vnde dicta, & an ſint licita, necne, lib. 11. tit. 4. num. 2. 3. & 9. fol. 95.
Statiua, quid ſit, lib. 12. tit. 52. n. 6. 7. & 9. f. 213.
Stationis voce, quid ſignificetur, libro 10. tit. 5. n. 2. f. 6.
Statores, & ſtationarij, qui appellentur, lib. 10. tit. 5. num. 2. & libro 12. tit. 23. a num. 1. ad 7. folio 118.
Stipendia, quæ dicantur, lib. 10. titulo 54. n. 1. f. 70.
Studere, verbum, quid ſignificet, quidq́; ſtudium ſit, lib. 11. tit. 18. n. 1. f. 109.
Studium eſt duplex, ibi num. 2. folio 109.
Studia liberalia, quæ appellentur, ibi n. 3. f. 110.
Studia, quibus in locis ſint, ibi nu. 8. fol. 111.
Stratores, qui dicantur, & quibus hodie ſimiles ſint, lib. 12. tit. 25. n. 2. 3. & 5. fol. 190.
Suarij, qui ſint, & quod eorum collegium, lib. 11. tit. 16. num. 1. & 2. fol. 107.
Summates, qui ſint, lib. 11. tit. 28. n. 1. fol. 119.
Sumptuum appellatione, quæ contineantur. lib. 10. tit. 67. num. 1. 2. & 3. & lib. 11. tit. 37. num. 1. folio 80.
Succeſsio ab inteſtato, quot lineis ceſſet, lib. 10. tit. 10. num. 3 & 5. folio 12.
Superindictum, quid ſit, lib. 10. titulo 18. n. 3. 4. & 7. fol. 24.
Superindicti etymologia, ibi nu. 6. fol. 24.
Superexactores, qui ſint, & an contra eos vlla detur actio, lib. 10. tit. 20. num. 2. 3. & 6. fol. 28.
Suſceptores tributorum, qui & quotuplex ſint, & quibus nominibus hodie apppellentur, & quod eorum officium ſit, lib. 10. tit. 23. a n. 1. ad 4. & tit. 72. n. 3. f. 33
Suſceptores bini, qui ſint, lib. 11. ti. 16. n. 4. fol. 107.

T

Tabellio, quis ſit, & an tabellienis officium

Digitized by Google

officium ſit vile, nec nè, lib.10. ti.69.n.6.7.& 11.f.82.
Tabularij,qui ſint,vnde dicti, & qualiter vulgari noſtro vocentur,ibi num.2.f.82.
Theſaurus,dictio, dupliciter ſcribitur, libro 10. tit.15. num.1. folio 19.
Theſauri definitio & etymologia, ibi num.2. & tit.76.num.2.folio 19.
Theſauros quærere, an olim liceret, ibi num.3.f.19.
Theſaurus,qua actione petatur, ibi num.6.f.20.
Teſſera,qui ſint,lib.11.tit.27.nu.5. fol.118.
Tribunorum origo, & tribuni ſcholarum, epularum, ſacri ſtabuli, & fabricæ, qui ſint, lib.12.titulo 11. à num. 4.ad 7.f.178.
Tractores, qui ſint, lib.10. tit.23. num.10. & lib.12.tit.52.num.2. 3.4.5.& 9. Vbi, quid tractoria, vel tractoria,fol.212.
Tributi ſignificationes, vocabula, & etymologia,lib.10.tit.16.nu.5. 6.& 7.fol.21.
Tributorum,quædam ordinaria, alia extraordinaria ſunt,lib.10.titulo 17.num.2.3.& 4.& num. 8. fol.33.
Tributa Hiſpaniæ, quæ à principio fuerunt extraordinaria,&poſt effecta ſunt ordinaria, ibi num.8. fol.24.
Tributa quædam in ſpeciebus, alia in corporibus conſiſtunt,libro 10.tit.70.nu.2.& tit.73.n.13. fol.84.
Tributorum fiſcalium colligendorum plures,diuerſique ſunt deputati officiales,lib.10.tit.73.numero 2.f.88.
Tyrones,qui ſint, & vndè dicti, libro 12.tit.44.à num.1.ad 6. folio 205.
Tyrocinium, quid, ibi num.2.folio 206.

V

Vacatio,quid ſit,lib.10.tit.44.nu.2. fol.60.
Vacatio publici muneris,quid operetur, lib.10.tit.45. num.2. folio 61.
Vacationē, an ſolus Princeps concedere poſſit,lib.10.tit.44. nu.6. fol.60.
Vehiculum, quid ſit, eiuſque multiplex differentia,lib.11.ti.19. numero 4.5.& 8.fol.110. Vbi, quid iure Regio de his ſtatutum ſit.
Veſtis etymologia, lib.11.tit.8. n.7. fol.100.
Veſtes holobera & aurata,quæ ſint, lib.11.tit.8.n.2.f.100.
Veſtes militares,quæ, lib.12.tit.40. n.3.& 4.f.201.
Veſtiæ feræ & manſuetæ,quæ, & cur ita appellentur, & an venari poſſint, libro 11.titulo 4.numero 1. cum ſequentibus, folio 132.

Veredi,

Index rerum notabilium.

Veredi, & parauerredi, qui dicantur, lib. 12. titulo 51. num. 4. folio 210.

Veterani, qui ſint, lib. 10. tit. 54. numero 3. & lib. 12. tit. 47. num. 1. fol. 206.

Vicani, vicani, & vicarij, qui appellentur, lib. 11. tit. 53. & vicus quid ſit, ibi n. 2. & ti. 56. n. 2. 3 & 5. fol. 139.

Villanos, porque ſe llaman los que no ſon hidalgos, lib. 11. tit. 56. n. 4. fol. 142.

Votum, quid, & quotuplex, lib. 12. tit. 49. num. 1. 2. & 3. fol. 208.

Vncia, cuius ponderis ſit, lib. 11. tit. 6. n. 13 f. 97.

Vſuræ fiſcales, quæ dicantur, libro 10. titulo 8. numero 1. folio 9.

Vtraque Roma, quæ dicatur, lib. 11. tit. 22. num. 9. fol. 112.

MADRITI.

Apud Alphonſum Martin de Balboa Typographus.

Anno 1613.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google